L 129[d] ficatur per apostolos succedens ex quibuscunque fidelibus, per idem ecclesia Romana sic est in Anglia et ubicunque fuerit fidelis christianus, quia sancta ecclesia catholica; que non potest stringi secundum se totam in Roma vel cetu pape et cardinalium; sed distenditur per tria loca sancta, scilicet celum, locum peregrinacionis et purgatorium. Unde nimis erronee concipiunt qui fingunt quod ubicunque fuerit dominus papa, ibi est Roma, quia superflue equivocaretur in nomine civitatis, sicut pueri vocant Oxonie Romam monticulum Belli Montis; sed ubicunque dominus papa fuerit, ibi est ecclesia Romana, sicut fuit Jerusalem tempore Christi, in Constantinopoli tempore sinodi, ut patet XXII[a] dist. *Sacrosancta*, in Antiochia tempore cathedracionis sancti Petri et post in Roma tempore predicacionis et passionis Petri et Pauli.

Local name at Oxford.

Et sic intelligitur dictum pape post Luce XI°, 20.
M *Profecto pervenit in vos regnum dei* et illud Luce
XVII°, 22: *Regnum dei intra vos est*; *ubicunque enim*
*fuerit corpus, illic congregabuntur aquile.* Quamvis
enim ecclesia cepit a Judea et Christus caput ecclesie
130[a] fuit martirizatus in * Jerusalem, tamen racionabiliter
vocata est ecclesia Christi secundum quandam preemi-
nenciam propter tria: Primo quia Christus scivit gentes
1 sub Romano imperio loco Judeorum infideliter *dis-*
*credencium inserendas,* sicut dixit apostolus Rom.
XI°, 23. Secunda causa est, quia maior multitudo mar-
2 tirum ibi triumphavit quam in alia civitate; sic enim

For three reasons the Church of Christ is called the Romish Church.

2. B in marg: Probat ecclesiam Romanam esse ecclesiam universalem aut catholicam. 7. A: errone; B: erronie. B in marg: purgatorium. 14. B. in marg: 22[a] distinccione. 17. In codd. Matth. XII. Correxi; B in marg: Matth. 12. 18. B: Luce 17 deest. 20. B in marg: Quomodo capit ecclesiam dicens a Judea incepisse est: incepit ab Abel, ut sentit beatus Gregorius. 23. A in marg: Propter tres causas ecclesia Christi vocata est Romana ecclesia (Above col. 130[a]). B in marg: Nota quare ecclesia vocata est Romana ecclesia. 26. In codd: Rom. IX.

11. Bellus Mons is Beaumont, a royal palace new destroyed, in the North Suburbs of Oxford; see Wood's History of the City of Oxford (ed. Sir J. Peshall, pag. 311). 14. Decr. prima pars dist. XXII, cap. II.

ubi homo nascitur ex utero et triumphat gloriose, 130ᵃ M nomen abhinc contrahit. Cum ergo persona universalis ecclesie secundum multas partes suas ibi nascebatur, segregata ex utero synagoge, et ibi triumphavit crescens in gentibus: ideo fuit consonum quod caperet nomen a civitate metropoli gencium que est Roma. Tercia 3 causa est, ut notetur quod non locus sive antiquitas sed fides formata fundet Christi ecclesiam. Nam quoad personam et quoad tempus prius fuit ecclesia Christi in sedibus prioribus et ad sensum istum dicitur II°. Mach. V°, 19, quod *non locus gentem sed gens locum sanctificat*. Et hinc credo derelictum licere vocare Christi ecclesiam nomine cuiuscunque loci quem fideles inhabitant, sicut Christus vocatur Nazarenus propter concepcionem, et potest catholice vocari David Bethlehemiticus propter nativitatem, et sic de aliis civitatibus que possent licite dici sue propter inhabitacionem vel propter factum aliud notabile vel passionem.

We must be careful how we use local names for the Church.

Notando tamen quod vocando ecclesiam quamcunque nomine loci hoc potest intelligi dupliciter, vel appropriate quoad habitacionem illius loci vel secundum partem, et in hoc sunt quotlibet gradus secundum amplitudinem parcium ecclesie. Non enim est bona causa vocare matrem nostram Romanam ecclesiam propter fastum aut complacenciam imperatoris dotantis ecclesiam nec propter extollenciam domini pape pompantis de parte imperii ex suo primatu sive dominio nec tercio, ut credatur quod ad ipsum oportet omnem christianum recurrere et de necessitate salutis ipsum capitalem recognoscere, sed propter causas topicas supradictas. Cum enim Romana ecclesia sit terminus institutus preter fundacionem in scriptura sacra, satis est habere racionem probabilem cavendo semper de deduccione perfida.

2. B: ad nomen. 11. B in marg: Machabeorum. 12. derelictum; sic in codd. and in Hus, de ecclesia, Opp. tom. I, Fol. 208ᵃ. 25. B: excellenciam. 28. B: nec estimo ut. 34. B: de seduccione perfida.

*Sixth conclusion. No Christian should assert that he is head even of a local Church.*

N 130a Ex istis colligitur, cum solus Christus sit caput tocius ecclesie que non est pars ad aliam iuxta primam conclusionem, oportet concedere quod sicut nullus christianus debet presumere se esse caput universalis ecclesie, sic nec debet sine timore et sine speciali revelacione asserere quod sit caput cuiuscunque particularis ecclesie. Prima pars patet ex conclusione prima; si enim quis sit caput talis universalis ecclesie, tunc est *melior angelis effectus,* ymmo omni beato spiritu creato, quod soli Christo potest competere secundum apostolum Heb. I°, 4. Oportet enim ipsum esse primogenitum ex multis fratribus, et per consequens, capitaneum ex dignitate iuris primogeniture. Unde si aliquis christianus foret cum eo caput universalis ecclesie, cum ipsa non potest esse monstrum, habens ex equo duo capita, ut dicit secunda conclusio, oporteret concedere quod est Christus, vel aliter quod
130b Christus foret ipso inferior et humile membrum * eius.

*None of the apostles called himself head or spouse of the Church.*

Ideo apostoli confessi sunt concorditer se esse servos istius capitis et humiles ministros ecclesie sponse sue, nunquam autem presumpsit aliquis apostolorum asserere quod fuit caput vel sponsus dicte ecclesie, quia hoc foret antichristiane adulterari cum regina celi, zelotipando dominum Jesum Christum; quod foret nimis grave, cum Exodi XX°, 5, vere dicitur quod ipse sit *fortis zelotes.*

*A Head must be predestinate,*

O Et secunda pars patet ex hoc quod caput est nomen dignitatis atque officii dignitatis quoad predestinacionem eternam, qua Christus ordinavit prepositos (qui presunt secundum legem suam in ecclesia militante) habere mansiones superiores racione sui regiminis in ecclesia triumphante, quia si prepositi omnino deficiant ab officio ministrandi subditis sensum scrip-

1. Codd. in marg. Sexta conclusio. 2. B: primam questionem; ita et 7 (questione pro conclusione) et seqq. 9. A $A_1$ omnino beato. 11. B in marg: Heb. 1°. 11. AB: esse deest. 19. A in marg: Nullus papa debet presumere se esse caput ecclesie (above 130b without mark of reference). 23. Codd.: antichristine. 25. B: Exodi XX, 5 dicitur; et in marg: Exodi 20 V° (pro vere). 30. A: sue regiminis.

130^b O

ture et motum ad sequendum caput ecclesie, tunc non sunt caput in civitate Dei, sed in civitate diaboli capitis perimendi, quia Sap. VI°, 6, vere dicitur: *Durum iudicium hiis qui presunt fiet.* Cum ergo nos miseri ignoramus si sumus ad celestem Jerusalem predestinati, (quod tamen ex speciali revelacione habuerunt sancti) patet quod nimia presumpcio foret nobis pertinaciter asserere quod sumus capita cuiuscunque particularis ecclesie que foret pars sancte matris ecclesie, quia notum est ex concordi testimonio sanctorum quod nullus prescitus est vel membrum ipsius ecclesie. Quomodo ergo presumeret aliquis nostrum asserere quod sit caput, cum Eccl. IX°, 1, vere dicitur quod *nemo talis scit, utrum sit dignus amore vel odio* quoad predestinacionem vel reprobacionem. Insuper si respicimus ad sensum et motum quos in subditos influimus et ex alio latere ad speculum scripture iuxta quam totam vitam nostram regularemus, eligeremus pocius vocari servi et ministri ecclesie quam capita, cum notum sit, si non facimus officium capitatis, non sumus capita, quia secundum Augustinum in libello suo De Decem Cordis *maritus perversus non est caput uxoris sue,* multo magis prepositus ecclesie qui pure haberet a Deo dignitatem huiusmodi, si a Christo degenerat. Unde postquam Augustinus ostenderat quod *femina vere christiana debet dolere* de fornicacione viri *non propter carnem sed propter caritatem* et castitatem debitam viro Christo, dicit consequenter quod *Christus loquitur in cordibus feminarum bonarum, ubi vir non audit* dicens: *Dole de viri tui iniuriis sed noli imitari, quin pocius ipse te imitetur in bono. Nam*

which no one can know himself to be.

Augustine says that a wicked man is not the head of his wife.

2. B: capitatis perimendi. 3. B in marg: Sap. VI. 4. B: cum igitur; sic et in pluribus locis sequentibus eiusdem codicis. 6. B: quantum ex speciali. 9—11. A $A_1$: ecclesie — membrum deest. 13. B in marg: Eccl. IX°. 19. B: capitis. 21. A B in marg: Augustinus. A in marg: Vir perversus non est caput uxoris nec est per ipsam imitandus. B in marg: Maritus perversus non est caput uxoris. 25. B in marg: Augustinus.

22. Capp. III et IX. Aug. Opp. V, 1, 50, 56.

O 130[b] *in eo quod male facit noli eum putare caput tuum sed me Deum tuum.* Et probat hoc debere fieri. *Si* inquit *in hoc quod male facit caput est, et consecuturum est corpus caput suum, eunt ambo in precipucium. Ut autem christianus non sequatur malum caput suum, teneat se ad caput ecclesie Christum, huic debens castitatem suam, huic deferens honorem suum, absens sit vir privatus, presens sit vir matri ecclesie coniugatus.*

130[c] Patet ergo quod, sicut infinitum maiorem honorem * debemus patri spirituali domino Jesu Christo et sponse sue ecclesie que est *regina, assistens a dexteris eius* (ut dicitur Psal. XLIV°, 10) quam alicui parenti nostro carnali, sic nemo est parens vel proles huius celestis coniugii, nisi faciat debitum quod in predestinacione divina est deputatum isti officio. Nam esse caput vel membrum sancte matris ecclesie est inseparabiliter nomen officii.

Seventh conclusion. The Pope, if he is predestinate and does his pastoral office, is head of so much of the Church, as is under his government.

P Ex istis septimo sequitur quod dominus papa, si predestinatus est et exercet pastorale officium, est caput tante militantis ecclesie quantam regit, ut si sic regit capitaliter secundum legem Christi totam iam militantem ecclesiam, tunc est eius particularis capitaneus sub archicapite domino Jesu Christo. Hoc autem debet supponi in domino Romano pontifice, nisi factum doceat evidenter oppositum, cum clerus iam peregrinans consensit in eum ut capitaneum. Verumptamen non est in potestate alicuius christiani constitucione, eleccione vel acceptacione statuere quod dominus papa sit caput vel membrum sancte matris ecclesie. Nam hoc consistit in predestinacione et gracia Dei nostri.

Some deny that there is a Church;

In ista vero materia sunt quotlibet subterfugia, ut
a unus dicit quod nulla mater ecclesia potest esse; sed

4. B: tum ambo. B in marg: Non est imitandus malus prelatus nec est obediendum ei in hoc quod male facit. 7. B: hinc debens. 13. B in marg: Ps. 44. 18. AB in marg: Septima conclusio; A in marg: Papa si est predestinatus et exercet pastorale officium, est caput tante ecclesie quantam regit (above 130[c] without mark of reference). 31. A in marg: Contra illos qui negant ecclesiam esse.

iste videtur michi infideli deterior, cum nedum negat 130^c P fidem scripture et fidem ecclesie de credulitate qua oportet christianum credere ecclesiam sanctam catholicam, sed de facto non est filius illius celestis coniugii, sine cuius gignicione non possumus esse filii Dei, et per consequens, nec heredes regni. Alii autem dicunt b quod sancta mater ecclesia est eciam ecclesia, sed non est aliquid, et sic nec mulier nec corpus Christi mysticum nec regina. Sed isti (ut tetigi alias) debent negare magnam partem fidei scripture, decreta ecclesie Romane et simbolum fidei christiane. Tercii vero dicunt c quod universalis ecclesia non est nec erit ante diem iudicii, sed multi fuerunt et multi sunt qui erunt tunc partes eius, sed nec habet nec habuit partes aliquas, eo quod nec est nec fuit, cum tunc foret universitas predestinatorum qui erunt in die iudicii. Quod est impossibile, cum multi eorum sint generandi.

Others say that there is a Church, but that it is not a thing (i. e. is only a concept);

Others, that the Church will not exist until the day of judgment.

Sed oportet sic opinantes negare maiorem partem Q scripture sacre et specialiter *magnum sacramentum* de Christo atque ecclesia de quo loquitur apostolus Ephesiis V°, 32. Immo oportet sic loquentem negare omnem particularem ecclesiam, cum particulare non dicitur nisi in comparacione ad totale et universale. Ideo negata universali et totali ecclesia neganda fôret quelibet particularis ecclesia, vel aliter dicendum foret quod Deus cognoscit mille universales ecclesias: * quod 130^d esset summe hereticum, quia nedum sentiret contra ecclesiam sed omnino destrueret ecclesiam et singulas leges eius. Sic ergo error in logica scripture quem diabolus introducit ad cecandum mentes fidelium, facit filios eius prorumpere in conclusiones multas blasphemas ex quibus mater ecclesia perturbatur. Nam sancti doctores dicunt concorditer quod omnes electi a principio mundi usque ad diem iudicii sunt una

All the elect are one person and that is the Church.

3. B: igitur oportet. 6. B: autem deest. 8. B: aliquis. 12. B: nunc non est. 13. A: culti sunt. 21. B in marg: Eph. V°. 32. A in marg: Omnes electi qui sunt ecclesia sunt una persona (above 130^d without mark of reference).

Q 130[d] persona que est mater ecclesia, ut patet per beatum a Gregorium XXIII° Moralium primo capitulo supra illo Job XIX°, 25, *Scio quod redemptor meus vivit. Sciendum* inquit *quod redemptor noster unam personam se cum sua ecclesia quam assumpsit exhibuit. De ipso enim dicitur: Qui est caput Christus. Rursumque de eius ecclesia scriptum est: Et corpus Christi quod est ecclesia.* Et sequitur: *Quod Christum* inquit, *et ecclesiam unam personam credimus, hoc eciam* b *unius persone actibus significari videamus.* Et idem dicit XIX° Moralium cap. IX et IV° Moralium cap. IX. De illa siquidem ecclesia cuius Christus est caput (secundum testimonium huius sancti pape) suppono c quod fiat nobis sermo. Et patet quod, si christianus foret caput illius ecclesie, tunc vel haberet multa capita quod negat decretalis, vel aliter christianus foret Christo superior. Non enim est color quod quilibet qui est caput partis ecclesie sit caput illius ecclesie, quia tunc nedum dominus papa sed quilibet uxoratus et omne caput bestie foret caput ecclesie, et sic (ut sophiste concedunt) ecclesia haberet monstruosissime caput et membra quotlibet asinina; quod foret nimis sophisticum. Videamus ergo racionem secundum quam Christus dicetur singulariter caput tocius sponse sue post diem iudicii, et patebit luce clarius quod nemo alius potest esse caput illius ecclesie.

Gregory.

If a Christian could be head of the Church he would be above Christ.

R Sed obicitur per dominum Ardmacanum libro VII°, De Questionibus Armenorum cap. VI, ubi videtur tenere quod idem corpus habet multa capita sub-

Objection made by Armachanus:

2. AB in marg: Gregorius. 4. B in marg: Ecclesia est persona. 5. B in marg: Quomodo Christus assumpsit ecclesiam, tunc (cui?) est una persona. 5. Codd. cum sua; recte: sancta. 8. B: qui est. 12. B in marg: Gregorius. 27. AB in marg: Obieccio. Ardmacanus. A in marg: Contra dicta.

2. Moral. XXIII. Cap. I. Opp. (ed. Maur.) tom. I, 731. 27. On Richard Fitz Ralph, Chancellor of the University of Oxford in 1333, Archbishop of Armagh, cf. Wyclif's Polemical Works I, 91, cf. Cod. palat. Vindob. 4127, fol. 1[a]—210[a]. De erroribus Armenorum.

One head may be subordinate to another.

ordinata, sicut idem populus habet multos dominos, 130[d] R unum subordinatum alteri (sicut patet in materia civili). Et sic videtur dicere quod eadem ecclesia habet multa capita ordinata secundum inferius atque superius.

The Church has two heads, Christ's divinity and his humanity;

as there are two Paracletes,

and yet one.

Hic dicitur quod idem corpus ecclesie habet multa capita, ut quelibet particularis ecclesia habet ad minimum tria capita, scilicet divinitatem, Christi humanitatem et capitaneum illius ecclesie. Ecclesia autem universalis que est totum corpus Christi misticum habet duo capita, scilicet caput extrinsecum que est divinitas et caput intrinsecum que est Christi humanitas, et modo ineffabili divinitas et humanitas Christi sunt duo capita tocius ecclesie et cum hoc eciam unum caput: Sicut filius et spiritus sanctus sunt unus paraclitus, intelligendo principative vel essencialiter, et tamen sunt duo paracliti, intelligendo personaliter (cum Joh. XIV°, 16 dicitur: *Ego* * *rogabo* 131[a] *patrem et alium paraclitum dabit vobis):* sic iste due nature sunt duo capita ecclesie, et tamen sunt personaliter unum caput. Particulares autem ecclesie, sicut fuit pusillus grex cui presidebat sanctus Petrus, non erant nisi iuvencule tocius matris ecclesie, sicut exponit Gregorius XIX° Moralium cap. VIII, declarans etatem ecclesie quomodo *in principio fuit soror parvula, carens uberibus predicacionis.* Unde sic infert: *Universe quippe ecclesie que unam catholicam faciunt adolescentule vocantur.* Unde beatum Petrum et alias particulares ecclesias vocat membra illius ecclesie quam leenam nominat, Christum vero leonem (ut

1. B: multos deest. 6. A in marg: Responsio. Notatur de capitibus ecclesie. 8. A: deitatem. 12. 13. A: deitas. 9. B in marg: Divinitas ecclesie universalis est caput extrinsecum, humanitas Christi intrinsecum eius est caput. 15. B: eciam deest. 15. A in marg: Duo sunt paracliti in divinis. 16. B: principative et cum. 18. B in marg: Joh. 14. 22. B in marg: Sanctus Petrus ecclesie presidebat.

24. Moral. XIX, cap. XII. Opp. tom. I, 613.

R 131ᵃ declarat XXVIII° Moralium cap. XI), dicens quod, *sicut membra corporis non sunt ipsum corpus, sic particulares ecclesie non sunt illa sancta ecclesia, sed (ut docet apostolus 1° Cor. XII, 12) membra eius.*

No local Church is the great universal Church.

Istis positis dico quod nec dominus Ardmacanus nec aliquis doctor catholicus debet asserere quod aliquis christianus sit caput universalis sed particularis ecclesie, cum non sit color: Hoc caput est illius ecclesie, ergo hoc est caput illius ecclesie; nec est color: Si hoc est caput partis illius ecclesie, ergo hoc est caput illius ecclesie. Sic enim omnis vir foret caput Dei, sicut omnis prelatus inferior foret caput sue matricis ecclesie.

S Sed apostolus contradicit istis arguciis, 1° Cor. XI, 3, dicens: *Volo autem vos scire quod omnis viri caput est Christus, caput autem mulieris vir, caput vero Christi Deus.* In quo dicto patet ordo capitum et deteccio illarum fallaciarum. Quia aliter eque diceret econtra quod caput Christi et Dei foret tam vir quam mulier. Ecclesia itaque catholica, secundum beatum Gregorium super illo Matthei XXIII°, 34: *Ecce mitto ad vos sapientes et scribas*, est vinea domini plantata a principio mundi usque ad finem fructificans, quotquot sanctos gignit tot palmites producit. Et sicut nemo est naturaliter caput matris sue sed pars nisi Christus: sic nullus aliorum sanctorum est caput matris ecclesie sed membrum. Sic enim dicit beatus Gregorius (ubi supra) quod beatus Job, beatus Petrus et ceteri precones matris ecclesie sunt os eius, et breviter, qui-

Gregory.

What the Church is.

The Saints are only members of holy Church, not heads.

1. A in marg: Particularis ecclesia non est universalis illa magna ecclesia. B in marg: Ecclesie particulares unam catholicam constituunt. 4. B in marg: 1 Cor. XII. 7. 8. A: Nec si hoc est caput illius partis ecclesie, ergo; B: Nec — ecclesie in marg. 14. B in marg: 1 Cor. XI. 19. B in marg: Econtra. 21. A B in marg: Gregorius. A in marg: Ecclesia quid est. B in marg: Matth. 23. 27. A in marg: Membra sancte ecclesie sponse Christi sunt solum sancti. B in marg: Gregorius. 29. B: sunt esse eius.

1. Greg. Moral. XVIII, cap. XXXV; XXVIII, cap. X. Opp. I, 904, 581. 21. Greg. in Evang. Lib. I. Homilia XIX, Opp. I. 1510.

Gregory.

Different virtues were specially displayed in different patriarchs,

yet none of them presumed to call himself head of the Church.

libet aliorum sanctorum proporcionaliter ad analogiam 131ª S virtutis sue et proprietatis membri corporalis est pars sancte matris ecclesie. Unde beatus Gregorius IV° Moralium cap. XXXII narrat quomodo a principio mundi Deus ordinavit sponse sue patriarchas secundum virtutum principia tamquam membra radicalia ecclesie inserenda, ut patet de innocencia Abel, de mundicia Enoch, de * castimonia coniugali Isaac, de 131ᵇ tolerancia Jacob, de spe Noe, de obediencia Abrahe, de paciencia Job, de castitate Joseph, de mansuetudine Moysi, de fiducia Josue, de humilitate David, de zelo Helye, et sic discurrendo per omnes species virtutum; que secundum etatem seculi habuerunt in excessu notabili aliquos patriarchas eorum principia in quorum labores sponsus ordinavit posteros intrare (ut dicitur Johannis IV°). Nec solum isti sed omnes eorum imitacionis filii sunt eadem membra sancte matris ecclesie quod, si alicui desit virtutis officium, deerit sibi indubie quod sit sancte matris ecclesie membrum. Nullus autem eorum unquam presumpsit dicere quod sit caput et dominus matris sue, quia indubie, si aliquis homo sit caput tocius generis christiani (quod est sancta mater ecclesia), tunc ipse est Christus, quia solus Christus est huius generacionis principium; alii autem in ipso sunt palmites. Necesse ergo est hodie seminare istam fidem ecclesie, cum multi ex ignorancia occasione male accepta, dormiendo in nocte ignorancie uruntur a sancta matre ecclesia que est pulchra ut luna. Uruntur dico secundum inferiorem hominem pravitate heretica, quia omnes qui dicunt: *Ecce hic, et ecce illic est Christus* caput ecclesie, solum eius vicarium demonstrantes.

3. I. Mor. cap. X in codd. Correxi. A B in marg: Gregorius. 6. A B: secundum deest. 9. 10. A $A_1$: de spe — Job deest. 13. B: quo secundum. 16. B in marg: Joh. IV°. 18. 19. B: in dubio. 20. B: prescripsit dicere. 21. B: in dubio.

3. Greg. Opp. I, 132. 31. Luc. XVII, 23.

T 131b Oportet autem volentes proficere vel iudicare in ista materia primo cognoscere quiditatem sancte matris ecclesie ad modum loquendi scripture sacre et sanctorum qui sensum eius elucidant. Oportet secundo cognoscere materiam predestinacionis divine, quanto sit nobis incognita. Et tunc tercio possunt discernere, si sit sanum vel stolidum quod asseramus absque formidine nos esse membra sancte matris ecclesie, hoc est, de numero predestinatorum. Debemus autem hoc sperare et credere sed cum formidine de gracia perseverancie: ideo talis fides habet formidinem annexam quam non habet fides qua credimus nos esse in gracia secundum presentem iusticiam, cum casus futuri sit nobis incercior quam actus caritatis vel habitus pro presenti. Unde gentilitati inserte loco Judeorum in ecclesia dicit apostolus Rom. XI°, 20. *Noli altum sapere, sed time.* Timor ergo de casu a finali perseverancia stat cum spe, et cum caritas secundum presentem iusticiam foras mittit timorem de peccato habito pro presenti, videtur tamen quod omnis homo debet habere pro suo tempore specialem revelacionem, quia aliter non foret in firma spe excuciente omnem timorem.

We should know, a. what is the quidity of the Church; b. our ignorance as to what God has predestined; c. to believe ourselves predestined without venturing to assert it.

---

## CAP. II.

A Contra dicta obicitur probando, primo quod prima conclusio ad sensum expositum non est de intencione 131c domini * Bonifacii nec alicuius sui successoris, cum ex illo capitulo *Maioritatis et obediencie* intenditur quod

Objection: Our exposition is not what Pope Boniface intended.

1. AB in marg: Triplex epilogus. B in marg: Quero an Christus qui est caput universalis ecclesie debeat dici membrum eiusdem ecclesie vel non. 4. $A_1$: qui secundum sensum. 8. B: membra deest. 9. 10. B: hoc sapere. 11. B in marg: Fides qua quis credit se esse membrum ecclesie habet annexam formidinem. Viator habet fidem qua credit quod est in gracia (secundum) presentem iusticiam. 16. B in marg: Rom. XI. 18. B: fiat cum spe. 24. A in marg: Contra dicta. Nullus papa nec aggregatum ex papis est capud ecclesie (above 131c). 26. $AA_1$: tamen ex.

23. Ad cap. I. cf. Hus, De eccl., cap. I—III. Opp. I. Fol. 196b—199a.
27. Decret. Unam sanctam. Extrav. comm. lib. I, tit. VIII, cap. I.

He meant to claim the obedience of all princes to the Pope.

omnes principes seculi secum conversantes debent 131ᶜ A parere sibi et cuicunque pape qui fuerit pro tempore ut capiti sancte matris ecclesie. Ex quo videtur innuere quod ipse et quicunque papa sit caput universalis ecclesie. Et eodem modo videtur quod intelligit Romanam ecclesiam singulariter illam in qua ipse presidet cum cardinalibus cui sit necessarium obedire.

Answer: We must not attribute such blasphemy to the Pope.

Hic dicitur quod nullus papa citra Christum potest catholice illud intendere: ideo non debet supponi in domino papa tanta blasfemia. Nam iuxta secundam conclusionem unica est talis ecclesia cuius caput est Christus, et non habet in terris multa capita, ne sit monstrum. Cum ergo nullus Christi vicarius sit Christus, sequitur quod nullus Christi vicarius sit caput illius ecclesie. Antecedens istius consequencie ponitur in dicta decretali secundum quamlibet eius partem. Nec videtur catholicum quod dicta decretalis sit in hoc impossibilis vel improvide posita quoad logicam vel metaphysicam.

It is urged 1. that Christ and his successive vicars make up one Head.

This denies the headship of Christ,

Sed hic posset responderi tripliciter: primo quod Christus et tota successio suorum vicariorum sunt unum caput aggregative, sed nullus eorum per se. a Verumtamen non credo aliquem catholicum sani capitis hoc sentire, quia tunc negaretur Christum esse caput universalis ecclesie, sed unum aggregatum cuius Christus foret pars, et sic integrum corpus Christi non haberet Christum caput; quod reputo non minus hereticum quam blasfemum. Similiter, cum Christus sit caput b tocius multitudinis vicariorum suorum et ipsi caput tocius residui, videtur quod ipse sit archicaput tocius ecclesie et nullus eorum. Vocatur enim caput c matris ecclesie quod non communicat cum membris corporis in natura alia singulari, quia aliter haberet

1. A: conversantes parere. $A_1$: parerent correxit in marg. 8. B in marg: Responsio. 20. B in marg: Tercia responsio. 31. B in marg: Quid vocatur caput matris ecclesie? 33. B: in natura aut.

16. Decret. Unam sanctam. Extrav. comm. lib. I, tit. VIII, cap. I.

A 131[c] ecclesia nimis magnum et monstruosum caput; quod
repugnaret perfeccioni opificis, et si caput eius foret
tale aggregatum, insuper nullus papa foret caput illius
ecclesie.

and of each individual pope.

B 2 Si dicatur secundo quod quilibet Christi vicarius
est participacione ipse Christus, instatur tripliciter:
a primo per hoc quod talis participacio non tolleret
distinccionem personarum et capitum, et sic mater
b ecclesia haberet mille capita. Secundo per hoc quod
foret temeraria presumpcio vicarium Christi cui non
fit revelacio asserere quod sit Christus, quia tunc
verificaretur illud Luce XVII°, 23, de Antichristo dictum: *Ecce hic et ecce illic.* Sed Christus precipit:
c *Nolite ire neque sectemini.* Tercio per hoc quod
iuxta hanc evidenciam quilibet christianus qui est
membrum Christi foret caput universalis ecclesie. Et
sic ecclesia foret nimis monstruosa, quia haberet
quodlibet membrum caput, et per consequens, nullum
aliud membrum. Vocatur enim caput universalis
ecclesie persona capitalis vel principalis ecclesie quod
notum est vicario Christi non posse competere, quia
tunc foret super omnes angelos vel creaturas beatas
in celo.

2. that each Vicar of Christ is by participation Christ. But a. there would be a thousand heads. b. the vicar could not assert that he was Christ c. every member of Christ would be a head.

3 Ideo tercio dicitur quod loquimur de tota ecclesia
militante cuius quilibet papa est caput. Contra hunc
a sensum instatur tripliciter: primo videtur quod sunt
tot ecclesie quot persone ecclesie, et per combinacionem
longe plures, et per consequens, non foret tantum
una ecclesia ad sensum decretalis in secunda conclu-
131[d] sione expositum. Nam * ista ecclesia foret iste persone
fideles, que sunt omnino alie quam persone viantes
tempore Petri: ergo et omnino alia ecclesia; et per
idem, cum ista ecclesia individuatur ab istis personis,

3. that we speak of the militant Church of which each pope is head. But the Church would be always changing its individuality,

2. 3. $AA_1$: si — aggregatum deest. 19. A in marg: Caput universalis ecclesie quid vocatur. B in marg: Caput ecclesie. 24. A in marg: Nullus (papa) est capud ecclesie militantis. B in marg: Probat subtiliter quod papa non est caput ecclesie militantis. 32. Codd: et alia. 33. iudiatur in codd. The place here is certainly corrupt.

videtur quod quantumcunque corrupta vel gravata sit, 131d B erit de ecclesia, et per consequens, quicunque prepositus ecclesie foret nimis multociens viduatus et desponsatus ultra bigamiam, trigamiam et quemcunque gradum a nobis cognitum, et cum ecclesia non sit per accidens ecclesia, videtur quod mortua huic mundo manet ecclesia, sed triumphans.

and there would be as many churches as there were popes.

Si dicatur secundo quod manet continue eadem b C ecclesia propter unitatem capitis scilicet pape, non tollitur quin adhuc tot sunt ecclesie quot erant pape; quod est contra decretalem. Similiter, querendo de quiditate illius ecclesie, patet, cum sit date persone, ipsa non dependet ab ipso capite in racione ecclesie, cum decapitata ab isto capite manet eque sancta et sana; cum tamen iuxta responsionem hoc caput et hec ecclesia consequerentur se in morte et vita (nam sequitur expositorie: iste persone sunt hec ecclesia que durabit per totam vitam illius hominis): ergo iste persone sic durabunt, et per idem desinent, isto papa mortuo, quod nec oportet de ecclesia materiali nec spirituali, cum stat quod iste sit primus mortuus, tota ecclesia sua superstite.

Nor is it certain that a Pope is head of his contemporaries, for he may be reprobate.

Nec oportet quod iste sit capitaneus omnium istorum in viacione, quia stat quod sit prescitus, aliis in ampliori gracia eciam secundum presentem iusticiam et finaliter perseverantibus ac viam oppositam viantibus. Similiter, eadem ecclesia apostolica cui Petrus presidebat manet modo et manebit continue, ut dicit ista opinio cum decreto. Iste ergo papa non potest esse caput super ista totali ecclesia, quia tunc haberet ex equo tot capita quot papas, et per consequens, talis ecclesia successiva non capit suam unitatem ab isto papa, cum habuit unitatem eandem quam modo, antequam ipse fuerit, sicut et habebit post eius corrupcionem.

1. Quacunque corrupta vel g'uata in codd. 9. A: unitatis. 10. $A_1$: erunt pape. 13. B: in Romane ecclesie.

C 131[d] Quomodo ergo caperet esse suum a membro tam accidentali, cum more fluminis labentis ecclesia illa habet nunc unum et nunc alium in facie seculi presidentem? Nulla ergo istarum viarum et specialiter ista verificat quod quicunque fuerit Romanus pontifex, sit caput universalis ecclesie cui oportet omnem christianum de necessitate salutis obedire.

D c Si dicatur tercio quod manet eadem ecclesia hominum a principio mundi usque ad novissimum electum (sicut dicit beatus Gregorius, XIX° Homiliarum, cum aliis sanctis), et illa capit unitatem a capite Deo et capite Christo qui a principio mundi manet in causis secundis, et habet membra fidem eius tenencia et quicunque fuerit papa pro tempore suo, oportet quod tota pars illius ecclesie secum conversans sit sibi subiecta ut capiti et abbati. Et ista responsio est subtilior quam priores. Sed non videtur mihi salvare decretalem ad sensum expositum sed pocius infringere illum sensum;
a quod videtur multipliciter. Nam primo patet quod preter istam ecclesiam oportet ponere aliam superiorem
132[a] ex omnibus angelis et hominibus compositam cuius ista est pars. Et per consequens, ista non est universalis ecclesia, cum sit particularis, quia aliter forent due; quod est contra conclusionem secundam dicte decretalis. De totali autem que est omnes ecclesie extra quam non est salus nec possunt esse multe
b tales est nobis sermo. Item, quilibet Christi vicarius est filius talis ecclesie, quomodo igitur pater vel caput?

It may be said that Christ is immanent in second causes and so obedience is due to the Pope as Christ's agent.

The Church would not be universal, and so would contradict the decretal.

c Item, quilibet nostrum sicut et istorum paparum ignorat si sit membrum talis ecclesie: omnino ergo non debet presumere quod sit capitaneus omnium illorum propter apostolos et alios sanctos ignotos qui secundum aliam formam dominati sunt sue ecclesie.

No pope knows whether he is a member of the Church.

8. A in marg: Hic nota. 10. B in marg: Gregorius electum; ibid. Codd: Gregorius XXIII. Moral. cap. I, Correxi. Cf. Greg. Opp. tom. I. pag. 1510. 13. B in marg: Christus a principio mundi manet in causis secundis. 23. 24. B: forent secundo.

Item, cum sancti pape post mortem non perdunt d D dignitatem capitalis regiminis sue ecclesie, videtur 132a quod manent capita ecclesie sue in patria; illa enim dignitas foret illis laureola. Nam sicut nullum membrum ecclesie potest desinere esse membrum ecclesie, sic videtur quod nullum caput cuiuscunque particularis ecclesie potest desinere esse caput eiusdem ecclesie, et per consequens, sunt mille particulares ecclesie, quarum capita sunt multorum paparum capita. Non ergo est verum quod unica est mater ecclesia cuius oportet quemcunque Romanum pontificem esse caput.

There were churches before the Incarnation that had no pope at their head; therefore the Church, that contains them, is under no pope.

Item, tempore ante incarnacionem fuerunt multe e E particulares ecclesie quarum quelibet iam est eadem ecclesia, sed triumphans que quondam fuit militans, et illarum nullus Romanus pontifex fuit caput preter Christum; nec dubium quin ille ecclesie distinguuntur ab universali ecclesia et ab aliis particularibus ecclesiis: ergo multe sunt particulares ecclesie, et per consequens, una universalis ecclesia ex eis collecta; que sub iurisdiccione nullius Petri vicarii tamquam capitis sunt subiecte. Non enim patet evasio, loquendo de predestinatis fidelibus (de quorum numero non est Christus), quin ecclesie ille differunt ab invicem, sicut multitudines illarum personarum distinguuntur ab invicem, et si ecclesia dicit aggregata per accidens, tunc illa aggregata distinguuntur tam secundum subiecta quam secundum formas aggregatas longe plus quam Petrus albus et Petrus musicus. Si enim Deus servasset totam ecclesiam militantem tempore viacionis Christi usque hodie conversantem in Anglia et creasset novas ecclesias, sicut de facto fecit in Francia et alibi, tunc distinguerentur. Quare ergo modo non distinguuntur? Notemus ergo ecclesiam quam talis primo et per se regit, et invenietur quod

6. A: sicut videtur. 10. B: est unum. 11. A: quencunque.
20. In codd. iurediccione. 23. B: distinccionem ab invicem.

E 132a non sit unica columba Christi, quia bene est isti, si sit abiectum membrum illius ecclesie.

Conformiter arguitur contra quamcunque opinionem in ista materia, querendo sollicite de quiditate illius ecclesie. Nam ista ecclesia que complete viat pro tempore Christi non potest esse alia quam ista eadem ecclesia, et sic de qualibet alia ecclesia singulari. Ex quo patet quod continue est alia et alia
132b ecclesia, vians * ad alietatem personarum ex quibus componitur; non enim valet negare sillogismum expositorium nec ei similem, nisi subsit plana diversitatis racio exprimenda etc.

The better opinion is that the Pope is head of a local Church.

Ideo dicunt doctores periciores quod dominus papa non est caput universalis sed particularis ecclesie, dum tamen perseveranter vixerit tamquam papa, sicut dicit septima conclusio capituli proximi; et sic videtur concedendum quod de possibili sit papa ipso superior hic in terris.

Note this.

Posito quod unus alius perfeccius doceat et regat plurem populum conformiter legi Christi, sicut potest esse de summo sacerdote ecclesie Asiane, videtur tamen mihi quod non debemus contendere circa illud de inesse, quod iste quicunque conversans nobiscum sit talis, sed supponere excellenciam Romani pontificis super aliis eciam quoad Deum, quia certum est quod non est superior nisi fuerit superior quoad Deum.

No pope should assert that subjection to him is needful to salvation;

F Ex quibus videtur mihi quod nullus Romanus pontifex cui non sit facta specialis revelacio assereret vel opinaretur quod subesse sibi sit de necessitate salutis cuiuslibet christiani. Nam (ut logici arguunt) multi sunt christiani pro suo tempore qui non subsunt sibi, sicut nec ipsemet qui est precipuus christianus.

4. A: querendo querendo. 13. A B in marg: Conclusionis responsio. A in marg: Nota de subesse pape ut dicitur de necessitate salutis (above col. 132b without mark of reference). 16. B capituli XXI (pro cpxi). 22. A in marg: Nota bene. 22. B: circa idem. 27. A in marg: Ha, ha. A B in marg: Conclusio.

16. See pag. 19. l. 18.

Nor even declare that he is predestinate.

Item, iuxta sepe dicta non sic assereret quod sit 2 F predestinatus, eo quod non est de substancia fidei 132b catholice quod iste sit predestinatus. Ideo si assit sibi firma spes de hoc, oportet quod ex dono supernaturali fiat sibi specialis revelacio, sed si non sit predestinatus, non est capitaneus in ecclesia sancta Dei. Ergo non sic assereret quod subesse sibi tamquam capiti ecclesie sit de necessitate salutis cuiuslibet christiani.

God can give grace otherwise than through him.

Item, stat christianum habere graciam a Deo cum 3 hoc quod non credat esse aliquem talem papam, eo quod non oportet Deum uti eo ut ministro, dando quamcunque graciam. Et per idem, stat ipsum cum aliis paribus mori in gracia sine tali subieccione recognita; quo facto foret salus facta christiano sine subieccione huiusmodi. Ergo illa non est de necessitate salutis cuiuslibet christiani. Antecedens videtur satis possibile de communi lege.

The Church is in greater freedom now than under the old law, yet even then obedience to the chief priest was not needful to salvation.

Item, in maiori libertate est christianitas posita 4 tempore legis gracie quam fuit posita tempore ante legem vel tempore sinagoge, sed tunc non oportuit omnem salvandum subici summo sacerdoti, levitico vel primogenito, sed suffecit servando iusticiam credere in dominum Jesum Christum: ergo multo magis extenso merito Christi Jesu secundum legem perfecte libertatis. Minor patet de Job gentili, de bragmannis et multis aliis philosophis qui sine sensibili obediencia facta sacerdoti tali ex fide et iusticia operum sunt salvandi. Quare ergo non sic possent Greci et Indy subditi sancto Thome? Immo sic fuit de Paulo et multis conversis suis tempore sancti Petri. Non enim 132c facit ista * extravagans decretalis, ut christianitas ligetur servilius quam perante, ut patet de extravagante Clementis sequente in qua ostenditur quod rex Francie non exinde fuit sibi plus subditus quam perante.

21. A: omnem omnem. 25. B: bergmanis.

33. Extravag. Commun. lib. V, tit. VII, cap. II. *Meruit carissimi.*

Such subjection would bind men to do impossibilities.

G 5 132c Item, nemo fit perplexus ex lege Christi obligatus ad impossibile, sed hoc contingeret data ista sentencia:
1 ergo oportet ipsam esse mendacium. Minor probatur per hoc quod multi infantes statim post baptismum mortui non habent prudenciam, ut taliter subsint pape, nec virtutes infuse inclinant ad talem subieccionem, sicut inclinant ad subieccionem domino Jesu Christo. Et idem videtur de multis fidelibus adultis in diversis insulis qui neque si est huiusmodi papa audierunt.

Christians are none the less such in the interval between two Popes.

2 Similiter, pro tempore intercidente inter mortes paparum sunt christiani eque fideles ut ante vel post, et cum tunc non sunt sic subditi, sequitur quod talis subieccio non sit de necessitate salutis cuiuslibet christiani. Stat autem infantem in illo meditulio temporis nasci, baptizari et mori quem oportet concedere salvari, licet non sit subiectus tali Romano pontifici.
3 Similiter, si ecclesia militans indigeret tantum influxu huius pape, videtur quod decapitata sentiret saltem in effectu subtraccionem suffragii; sic enim periret sancta mater ecclesia eciam interduo, nisi haberet influenciam domini Jesu Christi. Et si solum per accidens iste influit, quomodo est hoc de necessitate salutis ecclesie?
4 Similiter, tunc ad perversionem domini pape necessitaretur totus populus christianus perverti, cum tunc deficeret sibi salus; sed maioris partis ecclesie potestati non subest quod papa sit moraliter bonus: ergo nec quod ipsa sit moraliter bona. Nemo enim potest dicere quod a papa prescito ut membro diaboli dependet salus cuiuslibet christiani, nec aliquis finget quod papa in quantum huiusmodi sit confirmatus in gracia.
5 Similiter, supposito quod papa decrepitus cedat papatui et succedat alius minus bonus, sicut videtur multis probabiliter fuisse de Celestino et Bonifacio VIII° qui

24. 25. B: nunciaretur. 29. A: scito. $A_1$ corr. in marg: prescito.

34. Celestine V., the predecessor of Boniface VIII. was Pope from July 5, 1294 to Dec. 13, 1294.

edidit hoc decretum, tunc videtur ex vi communionis 132c G sanctorum quod, si sit talis salutis dependencia, salus Bonifacii pocius dependet a spirituali suffragio Celestini quam econtra, quia aliter introitus vulpinus in illud officium necessitaret Deum ad mendicandum a vulpe tali suffragium sue ecclesie.

The influence of the Pope depends on how far he is pleasing to God.

Videtur ergo quod influencia domini pape non sit H nisi per accidens necessaria de quanto racione meriti sui est gratus Deo et utilis ecclesie pro qua orat; et talis necessitas ex supposicione, ex vi communionis sanctorum est in quocunque membro ecclesie, * plus 132d tamen in papa quam in aliis, si dictis et nomini facta compensent, vivendo similius vite Christi; et conformiter dicitur de subieccione et obediencia, quod ipsa debet extendi generaliter ad omnes, eciam ad discolos et tyrannos, sed precipue ad dominum papam, sicut ipse debet esse spiritualiter subiectus et obediens sue ecclesie, et sic obediencior atque in servitute subieccior quam aliquis subditorum. Confirmatur ex fide scripture Act. X°, de Cornelio cuius oraciones Deus accersivit ante colloquium cum papa Petro veniente ad eum pedestri et hospitante in domo corriarii; cuius diffinicio fuit talis: *Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum et operatur iusticiam acceptus est illi.* Nec dubium quin, si Deus misisset alium, eque fuisset Cornelius salvatus, ut patet de eunucho baptizato a Philippo (de quo Actorum VIII° cap.) et de gentibus conversis a Paulo et Barnaba (de quo Actorum XV°). Non enim diffinierunt apostoli ut gentes obedirent Petro, sed quod gracia spiritus sancti et domini Jesu Christi sufficit ubique terrarum cuilibet christiano.

3. A: Celestii. 5. B: nunciaret. 10. B: vi oracionis. 14. B: obieccione. 20. A B: accercivit. $A_1$ corr. in: acceptavit. B in marg: Act. X. 27. B in marg: Act. VIII. 29. B in marg: Act. 5. 29. B: apostoli deest.

23. Act. X, 34, 35.

H 6 132d Item, cum non sit pertinens isti responsioni loqui de subieccione nisi de subieccione civili quali subditus subicitur domino seculari, videtur responsionem istam innuere quod oportet omnem christianum, si vult esse filius ecclesie, esse sic subiectum domino pape. Quod videtur falsum, cum nec Christus nec aliquis eius apostolus exegit talem subieccionem, sed manifeste prohibuit (ut patet Luce XXII°). Cum ergo multi christiani tunc temporis ante dotacionem ecclesie consecuti sunt salutem, ut oportet ex fide credere de sanctis martyribus qui non fecerunt talem subieccionem Romano pontifici, cum omnibus eis suffecit ad salutem fides formata et caput Christi: videtur quod inducere aliam subieccionem necessario fiendam Christi vicario sapit heresim. Christus enim in detestacionem subieccionis huiusmodi lavit pedes discipulorum suorum et tergebat lintheo quo se succinxit, Joh. XIII°. Petrus eciam post ascensionem fuit missus a sociis cum Johanne in Samariam (ut patet Act. VIII° et Gal. II°), sicut pacienter sustinuit ut debuit reprehensionem a Paulo (ut patet Gal. II°).

The early Christians were not thus subject to the Pope.

I Iste autem non sunt exacciones subieccionis civilis a subditis, sed pocius humiliacionis penes quas attenditur eorum maioritas, et sic vixerunt multi pape martyres in maximo cremento ecclesie. Dotatio ergo ecclesie non introduxit novum articulum fidei, ut sit necessarium ad salutem cuiuslibet christiani sic subici 133a 1 Romano pontifici. Confirmatur ex fide* scripture: Nam Act. IV° diffinit Petrus quod *Christus factus est in caput anguli et non est in aliquo alio salus. Nec enim est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo nos oporteat salvos fieri.* Cum ergo nomen

1. Isti responsioni refers to the beginning of the chapter. 2. A $A_1$: nisi de subieccione deest. 6. A in marg: Papa non exigeret ab aliquo civilem subieccionem. 8. B in marg: Luce 22. 17. B in marg: Joh. III. 19. B in marg: Act. VIII. Gal. II. 29. B in marg: Act. IV. 30. B: in anguli. 31. B: nomen deest.

29. Act. IV, 11, 12.

cuiuscunque christiani pontificis sit aliud quam nomen 133ª I
huius capitis, sequitur quod in nullo tali nomine oportet ecclesiam salvari. Loquitur autem scriptura de nomine reali cui oportet credendo subici.

St. Paul teaches that it does not matter through whom Faith is received.

Secundo confirmatur ex textu apostoli I. Cor. I° et 2
III° capitulis, ubi apostolus recitat inter carnales conversos fuisse contenciones et scismata. *Unus* inquit *dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego autem Cephe.* Et post ostendit quod non refert per quorum apostolorum ministrum convertantur, cum tamen credant in fundamentum ecclesie quod non potest poni aliud preter id quod positum est, Christus Jesus. Sicut autem non refert per quam lucernam illuminetur domus ad hoc quod operarius faciat opus suum per quod acquirat stipendium, sic non refert per quem Christi ministrum, sacerdotem vel laicum, christianus accipiat lumen fidei, ut mereatur salutem perpetuam. Nec dubito quin nullus Christi vicarius presumeret asserere quod necesse est, ut lumen fidei cuilibet christiano per ipsum veniat et sic salus; quia hoc esset nedum asserere ipsum confirmatum in gracia et doctrina, sed parificare ipsum cum Christo, cum nonnisi per ipsum Deus posset communicare virtutem sue ecclesie.

Those who thus set themselves above the apostles, imply that they are Christ.

Tercio confirmatur ex prophecia Christi Matth. XXIV° 3
5, quam necesse est impleri. *Multi* inquit *venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, et multos seducent.* Cum ergo quicunque de se sic opinatus fuerit supra sanctos apostolos dicit implicite quod est Christus, videtur quod de quocunque tali (ut exponit Augustinus) verificatur Christi necessaria prophecia, et per consequens, supponendum est quodcunque

5. B in marg: I. Cor. I. 10. 16. AB: ministerium; $A_1$: misterium. 19. A: uter lumen. 25. B in marg: Math. 24. 31. B in marg: Augustinus.

31. See Aug. Serm. CCXCII in natali Joh. Bapt. Opp. tom. V, p. 2, pag. 1172 et seqq.

I 133ᵃ dogma huius esse (ut dicit Christus) dogma falsum ecclesie seductivum. Unde iuxta seriem prophecie Christi ista blasphemia presupposita erit seminarium preliorum etc.

K Ex istis videtur mihi nimis temerarium asserere quod aliquis papa in decretali sua intenderit dictum sensum; sed sive Christus immediate sive quicunque eius discipulus ubicunque terrarum a spiritu sancto missus converterit in virtute Christi quamcunque personam vel populum, sufficit sibi cum finali perseverancia ad salutem. Et satis est sibi pro fide articuli de
133ᵇ ecclesia catholica, ut credat fide * formata quod sit una universitas fidelium predestinatorum, salvanda virtute meriti Christi, licet non expressius et particularius descenderit ad aliquem eius vicarium. Nec oportet credere vel implicite quod iste quicunque Romanus pontifex sit caput cuiusquam particularis ecclesie, nisi Deus ipsum predestinaverit, quia aliter oporteret fidem catholicam esse falsam et christianum fateri mendacium. Et ita, sicut non est de substancia fidei credere explicite quod iste Bonifacius, Clemens vel Urbanus sit predestinatus vel membrum sancte matris ecclesie, sic nec est de necessitate salutis omnium christianorum secum conversancium, ut explicite credant ipsum esse caput cuiusquam ecclesie, nisi facta et vita evangelica evidencius moveant ad credendum. Sed benedictus dominus matris nostre qui nostre peregrinanti iuvencule diebus istis providit caput catholicum, virum evangelicum Urbanum sextum qui rectificando instantem ecclesiam, ut vivat conformiter legi Christi,

Concerning the Catholic Church a Christian has only to believe that it is the whole body of the predestined.

God is to be praised for the election of Urban VI,

1. Huius; scilicet cuiuscunque talis, vid. pag. 36. l. c. 30. 3. A $A_1$: Christi deest. 5. A B in marg: Conclusio. A in marg: Nota quam ecclesiam sanctam tenemur credere (below 133ᵃ). B in marg: Nota bene articulum fidei credendum de ecclesia catholica. 14. B: expressimus. 19. A B in marg: Conclusio. 20. B: de obediencia fidei. 27. In Codd. A B: nostri. $A_1$: nostre. 29. A B in marg: Nota de Urbano VI.

27. Archbishop Bartholomeo Prignani of Bari was elected Pope on April 8th by the cardinals and crowned on Easter-Sunday (1378).

ordinatur ordinate a se ipso et suis domesticis. 133[b] K Ideo oportet ex operibus credere quod ipse sit caput nostre ecclesie, cum mediate vel immediate influit motum tendendi sursum ad corpus Christi, *ubi congregabuntur et aquile;* et in facto docet mediate vel immediate mundana spernere et sapide sentire celestia. Ista autem fides de nostro capite tam graciose et legitime nobis dato est credenda cum quadam formidine de corona sue finalis perseverancie. Ideo necesse est nobis fructuosa oracione pulsare Deum continue, ut ipse semper vacet nobis et eligat caput tale. Nec dubito quin ipse detestaretur hunc sensum decretalis predicte quod sit de absoluta necessitate salutis cuiuslibet christiani subesse sibi in mundanis honoribus vel servicio seculari, cum non querit nostra sed nos, volens instar apostoli aliquem fructum spiritualem in nobis sicut in ceteris gentibus impertiri. Nec dubium quin nos omnes tenemur subesse sibi de quanto tamquam verus Christi vicarius mandat magistri sui consilia et non ultra. Et sic licet omnes christiani tenentur esse *subiecti invicem in timore,* sibi tamen (in quantum talis) est necessarium ex supposicione subici, cum regit tam evangelice tantum gregem. Et ex istis potest colligi sensus decretalis catholicus.

who will doubtless reject this false sense of the decretal.

Sed contra ista instatur tripliciter: Videtur enim L primo quod subditi debent consulere scripturam sacram in quocunque quod papa mandaverit. Quantum ad istud, concedi debet conclusio, cum nemo debet parere sibi plus quam alii, nisi in quantum est superior Christi vicarius, et per consequens, nisi in quantum obeditur principalius Jesu Christo; sed in omni obe-

Objection: Subjects will have to consult Scripture before obeying the Pope.

Answer: They ought to do so.

1. In codd. orditur. 2. 3. B: caput nostrum ecclesie. 3. 4. B: influit modum. 6. A $A_1$: sapida sentire. B in marg: Ecce quomodo Urbanum esse caput nostrum dicit esse fidem credendam cum formidine. 21. In codd. sibi tam. 23. A $A_1$: regem. Et. 25. A B in marg: Obieccio prima. A in marg: Contra dicta. 28. A B in marg: Responsio. 30. B et consequens.

5. Lucae XVII, 37. 21. Eph. V. 21.

L 133c diencia Jesu Christo debet christianus consulere * legem suam; ideo in omni obediencia christiani in quantum huiusmodi debet obedienciarius consulere legem Dei; et ideo ordinarunt iura ecclesie quod lex scripture tam generaliter et tam precipue a sacerdotibus et specialiter maioribus debet sciri, ne turbentur aut musitent quid et qualiter ad mandatum superioris debeant respondere. In ista scola instructa est legio Thebayca et omnes martyres, immo in illa scola instructi sunt omnes qui monitis non sapientibus caritatem Dei et proximi contradicunt iuxta illud Christi Matth. X°, 37: *Qui amat patrem vel matrem plus quam me, non est me dignus;* et istam leccionem docent apostoli Act. V°, 29, dicentes quod *obedire magis oportet Deo quam hominibus.* Ideo dicit Christus Matth. X°, 35: *Non veni pacem mittere in terram sed gladium. Veni ergo separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, et nurum adversus socrum suam, et inimici hominis domestici eius.* Amiciciam enim carnalem propter Deum venit Christus dissolvere, quia ille qui videtur esse familiaris homini quoad mundum est hostis suus ut plurimum quoad Deum (ut dicitur Michee VII°).

M Beatus Jeronymus super illo capitulo videtur exponere textum evangelii ad hunc sensum quod Christus venit ad separandum hereticos ab ecclesia quam illudunt.

St. Jerome on the sword sent by Christ.

3. A in marg: In obediencia ad superiorem consulenda est scriptura sacra. (Above 133c; without mark of reference.) 4. In codd: in ordinarunt. Correxi. 11. B: concor(diter) contradicunt. 12. B in marg: Math. 10, Act. 5. 16. A in marg: Dissolucio carnalis amicicie. 24. B in marg: Michee 7. 25. A B in marg: Jeronimus; B: exponere exponere. A in marg: Divisio hereticorum ab ecclesia. 25. 26. B in marg infer.: Christus venit ad separandum hereticos ab ecclesia quam illudunt. Pater autem heretici est Deus: pater secundum creacionem et mater ecclesia secundum heretici pretensionem. Spiritus sanctus est socrus anime, cum sit mater

9. With reference to the legio Thebaica see Bordieu diss. crit. sur la martyre de la légion Thébéenne. Amst. 1705. 25. Commentar. Hieron. in Mich. proph. lib. II, cap. VI. (Migne tom. XXV, pag. 1281).

Simulant enim ex palliata ypocrisi quod sint filii Dei 133c M per graciam adopcionis et filie ecclesie matris sue pro cuius iuribus tantum zelant. *Dicamus* inquit *scriptum de hereticis; non enim nostram salutem sed sua querunt lucra, et deceptum gregem pedibus suis conterunt.* Pater heretici est Deus qui creavit eum, et mater ecclesia; socrus ad literam est mater alterius coniugum. Ast uxor nati dicitur esse nurus, cum ergo Christus secundum humanitatem sit *sponsus anime,* imo tocius ecclesie; et cum hoc conceptus de spiritu sancto tamquam matre sua iuxta illud quod allegat Jeronymus . . . . *Tulit me mater mea in uno capillorum meorum* (caro enim est capillus anime), patet quod spiritus sanctus, cum sit mater Christi sponsi ecclesie, est socrus anime que vendicat esse sponsa Christi, quia mater mariti. Et ex eadem consideracione anima pretendens se esse uxorem filii spiritus sancti dicitur nurus eius. Heretici ergo qui pretendunt se esse nuros spiritus sancti quem vendicant socrum suam, separantur ab eo per Christum detecta eorum fallacia, et ita cum universalis ecclesia sit domus domini Jesu Christi, et per consequens, omnes heretici qui sunt facietenus in ecclesia sunt pretense eius domestici, patet quod omnes illi sunt illi homini patrifamilias inimici. *Huius* inquit Jeronymus *inimici sunt qui putantur in domo Christi esse, hoc*

sponsi anime seu ecclesie. Anima vero est nurus spiritus sancti, cum se pretendit esse sponsam filii spiritus sancti, qui filius dicitur esse Christus. Hereticus ergo pretendit se filium, filiam et nurum, quem Christus venit separare a patre, matre et socru. Et patet brevissima textus: *Veni separare hominem adversus patrem suum et filium adversus matrem.*

1. B: quod sint dei. 2. B: filie matris sue pro quibus viribus. 5. 6. B: contrivit. B in marg infer.:

Deus pater per creacionem, — Hereticus pretensus filius per adopcionem,<br>
Ecclesia nurus, — Hereticus filia secundum pretensionem,<br>
Spiritus sanctus socrus — Hereticus nurus secundum simulacionem.

12. Jeronymus: in codd. seq. lacuna. 15. In codd: ecclesie quod. Correxi. 21. B: et igitur. 25. A B: huiusmodi inquit. $A_1$ correxit: huius; vid. Comm. Hieronymi l. c.

6. Commentar. Hieronymi in Michaeam l. c. pag. 1180.

M 133c *est, in ecclesia et palliantes a capite non recedere contra caput sentiunt. Heretici* inquit *cum ante crediderint scripturis que a spiritu sancto scripte sunt et edite, transferunt se ad novas doctrinas et fermen-*
133d *tum phariseorum * et mandata hominum, dumque sermonem Dei contempnunt, socrui sue faciunt iniuriam.*

Christus ergo ex vita et doctrina venit confutare hereticos, ut discernantur a fidelibus et postmodum separentur. Et ita subtiliter et catholice potest intelligi secundum hunc sanctum per filium, filiam et nurum hereticus qui pretense et false se nominat filium Dei patris, filiam matris sue, sapiencie Dei patris et nurum spiritus sancti et sic cognatissimum trinitati. Sed vita et doctrina Christi sunt optimum speculum, ubi possunt hec discerni, cum manifestum sit quod omnis homo et solum talis qui est in vita et doctrina Christo contrarius est hereticus, et omnis christianus et solum talis qui est in vita et doctrina Christo conformis est ut sic ab heresi elongatus. Christus ergo venit non ad faciendum primam separacionem que est proprie per peccatum, sed ad faciendum sequentem, ut per eum discernantur heretici et ab ecclesia separentur. Et hec racio quare oportet omnem catholicum cognoscere scripturam sacram. Et certus sum quod, licet prelati nostri ipsam et professores suos dissipant et conculcant, lapides clamabunt, hoc est, seculares domini in sensu scripture a domino illustrati defendent fidem catholicam, quia pharisei volentes obturare ora discipulorum scripturam istam confitencium audierunt divinum responsum: *Dico vobis, quia si hii tacuerint lapides clamabunt,* Luce XIX°, 40. Magnam enim vim habet veritas scripturarum.

The life and teaching of Christ are the glass, by which heretics may be discerned.

1. In codd. false: hoc est ecclesia. 4. B: transferuntur; ibi in codd.: ecce transferunt. 9. B: possunt intelligi. 12. B in marg: Quomodo hereticus est filius matris sue sapiencie Dei patris. 13. B: Sed et vita. 14. A $A_1$: ubi poterunt discerni. A B in marg: Conclusio. 18. B in marg: Nota: quid est hereticus 21. B in marg (ad prior. loc. pertinet) Tulit me mater mea in uno capillorum meorum. 27. B: catholicam et pharisei. 28. A: abturare. 30. B in marg: Luce 19.

Objection: All respect for the clergy would perish.

Secundo principaliter obicitur per hoc quod iuxta supradictam sentenciam nullus laicus teneretur credere de sacerdote suo, curato sive episcopo quod sit membrum ecclesie vel vere habens nomen talis officii, et periret omnis honor impendendus prelatis et fides populi laicalis; immo nullus viator teneretur credere Romane ecclesie in canonizando sanctos de privatis provinciis et titubaret cultus ecclesie in solemnizando festa et reliquias sanctorum. 133d N

Sed constat ex dictis quod neutrum sequitur, sed eius oppositum; pro quo notandum quod fides nunc sumitur pro actu credendi quo creditur, nunc pro habitu credendi per quem creditur, et nunc pro veritate que creditur, ut docet Augustinus XIII°, De Trinitate capitulo II° et III°.

Distinction between explicit and implicit faith.

Secundo notandum quod alia est fides que est credulitas fidelis explicita et alia fides implicita, ut catholicus habens habitum fidei infusum vel acquisitum explicite credit ecclesiam catholicam in communi, et in illa fide communi credit implicite vel confuse quodcunque singulare contentum sub sancta matre ecclesia, sicut logici vere dicunt quod sciendo ens esse in suo analogo sciunt omnia et singula in communi. Sic (ut sepe dixi) si quicunque christianus habuerit fidem caritate formatam in quantumcunque communi, sufficit cum virtute * perseverancie ad salutem. 134a Deus enim qui dedit primam fidem dabit clariorem, nisi fidelis ponat obicem. Non enim exigit Deus, ut omnes filii sui pro omni viacione sua cogitent continue in actu particulari de qualibet fidei particula, sed

1. A B in marg: Secunda obieccio. 1. B: iuxta deest. 2. B: tenetur. 10. A B in marg: Responsio. 11. A in marg: Fides. 13. B: habitum. 14. B in marg: Fides sumitur tripliciter secundum Augustinum. Ibid: Augustinus. 16. B: Secundo deest. 17. Fidelis; Hus addit: hominis. A in marg: Fidei distinccio. Ibid.: Fides de ecclesia catholica cum caritate sufficit ad salutem (both these glosses below 133d without mark of reference). 21. B: singulare.

14. Opp. August. VIII, pag. 929.

N 134a satis est quod postposita desidia habeant fidem in habitu formatam.

What men are to think of their priests.

O Ex istis patet tercio quod quilibet laicus fidelis tenetur credere quod habet Christum sacerdotem suum, rectorem, episcopum atque papam, et sic de aliis sanctis Christi vicariis. Sed accedendo ad difficultatem dicitur: cum actus sunt suppositorum singularium et nostri fideles laici communicant cum suis presbyteris et curatis, necesse est quod habeant fidem de illis: ideo laici tenentur de aliquibus prepositis suis credere saltem implicite quod sunt partes ecclesie et capita sua, et de aliis non tenentur, et utrumque membrum potest subdividi, vel quod tenentur credere sic de illis secundum presentem iusticiam vel simpliciter secundum predestinacionem. Tunc dicitur quod laici non tenentur credere aliter de suo preposito nisi verum. Patet sic: Nemo tenetur quidquam credere, nisi quod Deus movet eum credere; sed Deus non movet hominem ad credendum falsum: ideo non debet credere falsum; licet enim ex fide falsa quandoque bonum proveniat et Deus moveat ad substanciam actus, tamen Deus non sic movet hominem, ut fallatur (ut patet libro sexto, tractatu de mendacio, capitulo —).

The pastor is bound to show himself by good works a part of the Church.

Ex istis patet secundo quod pastor tenetur monere subditos suos per instrucciones operum virtuosorum, ut fidem sibi adhibeant quod sit talis. Patet ex hoc quod aliter acceptando tale officium peccaret mortaliter, ymmo inducendo hostes in ecclesiam domum Dei foret proditor Dei sui. Quando ergo subditus non cognoscit talia fructuosa opera sui prepositi, non tenetur credere quod sit talis. Si autem cognoscit implicite, tenetur proporcionaliter credere, et quando

3. A B in marg: Conclusio; A in marg: De prepositis quomodo tenentur subditi credere. (Above 134a without mark of reference.) B in marg: Hic nota, quomodo credendum est prepositos nostros esse partes ecclesie. Ibid.: Laici tenentur credere de aliquibus suorum prepositorum quod sunt partes ecclesie. 23. B quinto; tractatu de mendacio in marg, non in textu. Liber sextus is I suppose the De Veritate S. Scripture.

cognoscit explicite, tunc tenetur credere quod sit talis secundum presentem iusticiam et cum formidine ac condicionaliter quod sit talis simpliciter (ut dictum est superius de papa nostro). Non enim oneravit Deus sic suam ecclesiam, ut necessitata sit falsum credere de suis prepositis cum hoc quod non dent materiam sic credendi. 134ª O

*Canonization not a certain proof of sanctity.*

Ad aliam difficultatem de canonizacione sanctorum patet quod correspondenter quodammodo est dicendum: Quamvis enim sit vehemencior evidencia ex testimonio Romane ecclesie quod persona quam canonizat sit membrum ecclesie triumphantis, et amplior evidencia, si pro sancto Deus operetur miracula, tamen utrobique in tali materia potest esse illusio. Nam sicut ex confessione legum ecclesie ipsa militans decipit et decipitur (ut patet V° decretalium, de sentencia excommunicacionis *A nobis*) in tantum quod quandoque multos excommunicat * qui sunt soluti et valde acceptabiles quoad Deum: sic contingit quod aliquos absolvat et ascribat cathalogo sanctorum cum hoc quod apud Deum sint iustissime condempnati. Ideo absit christianum credere quod de necessitate salutis oportet omnem fidelem credere explicite de isto et quocunque quem ecclesia nostra canonizat, ut eo ipso sit beatus, quia tunc haberemus simbolum nimis longum. Nec debemus explicite credere de quoquam tali quod non sit sanctus, sed excuciendo consideracionem de talibus, adherendo parti nobis probabiliori, credendo cum condicione vel pie cum formidine dubitando; de aliquibus autem sanctis credimus absque formidine eciam explicite quod sunt sancti, ut de apostolis, martiribus et sanctis primitive ecclesie; de aliis autem P 134ᵇ

4. B: ornavit. 8. A in marg: de canonisacione sanctorum ab ecclesia Romana quomodo est credendum. 16. A: patet deest. B in marg: V. decretalium. 19. A in marg: De sanctis quomodo est credendum. (Above 134ᵇ without mark of reference.) 31. B: quod deest.

16. Decr. Gregr. IX, lib. V, tit. XXXIX, cap. XXI. A nobis.

P 134$^{b}$ modernioribus qui canonizantur racione parentele, questus vel muneris non oportet nos apponere tantam fidem; nec quemquam canonizatum intendo asserere vel defendere non esse partem ecclesie triumphantis, sed cum quadam formidine dubito, si hoc credo, cum scio quod hoc est possibile; et hoc existente vero credo illud implicite quod ignoro, nec volo contendere ad probandum proterve de quolibet citra Christum quod sit beatus, quamvis de multis hoc credam absque formidine. Nec miracula iam currencia dant omnibus veram fidem, cum potest committi potestas diabolo in penam peccati generacionis adultere signa querentis et fidem necessariam insensibilium dimittentis, ut portentis suis antichristiane inducant plurimos in errorem (de quorum indiciis dictum est libro sexto, sexto capitulo).

Nor do miracles prove sanctity.

Q Solet autem vocari miraculum nunc materialiter quodcunque opus a Deo miraculose factum, et sic sollicitantur multi ad deducendum conclusiones male sonantes, cum quelibet creatura videtur sic esse miraculum quoad Deum. Sed formaliter sumiter miraculum pro operacione Deo propria mirabili creature, et sic beati non faciunt miracula, licet sint quandoque occasio, ut Deus ad instanciam precum eorum seu meriti faciat miraculum. Et tunc dicuntur hii facere tale miraculum subauctentice vel ministratorie sicut solent. Et illa discrecio miraculi est eis abscondita nisi quibus Deus revelare voluerit. Et utinam non multiplicarentur tot ceremonie et signa in nostra ecclesia, cum facta sanctorum et omnes ritus alii non sunt laudabiles, nisi de quanto elevant animum ad

Saints do not work miracles, though they may be the occasion of them.

1. B in marg: Quomodo sciendum est de canonisacione sanctorum modernorum. 5. B: formidine subito. 11. B: unam fidem. 12. A B: generalis. $A_1$: genera$^{is}$. 14. Codd: antichristine. 16. B: quinto capitulo. 17. A in marg: De miraculis. Miraculum quid est? A B in marg: Miraculum. 21. B in marg: Miraculum dupliciter sumitur. 25. B in marg: Miraculum fit a sanctis subautentice. 31. B in marg: De quanto sunt ritus laudabiles.

*A general trust in the prayers of the Saints would be better than individual honours to them.*

diligendum dominum Jesum Christum. Et videtur 134b Q multis quod fides confusa de oracione sanctorum unicius, et per consequens, intencius, securius et melius colligeret in christicolis fidem Christi quam tanta 134c explicita * multiplicitas sanctorum in dies introducta. Sic enim confuse cognoscimus de quolibet beato vel dampnato, prescito vel predestinato quod ipse est huiusmodi, cum qua confusa noticia stat dubietas particularis, et ignorancia cum distincta noticia de communi: ex tali itaque canonizacione multiplici ultra ritum veteris testamenti et nostre primitive ecclesie secundum partem prodest et secundum partem obest; et verisimile est multis quod plus nocet, cum multitudo ritus tollens libertatem ecclesie est causa multorum errorum. Et omnis talis sanctus oraret pro nobis efficacius, supposito quod dimisso cultu suo diligeremus amplius Jesum nostrum. Multi enim sunt sancti nobis incogniti canonizatis beaciores qui plus prosunt nobis orando quam dicti sancti quorum festa devocione particulari percolimus, cum secundum dignitatem elemosinarii prosit oracio sanctorum qui plus diligunt eos qui magis diligunt Deum suum. R

*Prelates punish more severely breaking of their laws than of Christ's.*

Est et aliud malum ecclesie, quod superiores nostri plus exigunt ut credatur suis approbacionibus et reprobacionibus in cunctis suis iudiciis, quam exigunt ut credatur fides sacre scripture que est fides catholica, et plus persequuntur pro complecione suarum tradicionum, puniendo contravenientes asperius, quam faciunt contra blasphemantes in precipuam fidem Christi, sic quod de eis dici potest illud Psalmi XLi, 10: *Qui edebat panes meos magnificavit super me supplantacionem.* Voluptuosus quippe presidens sub pallio pacis ecclesie querit bona pauperum que sunt autono-

2. B in marg: De oracione sanctorum. 23. B in marg: Prelati exigunt quod suis sentenciis adhibeatur fides quarum transgressores vehementer puniunt. 28. B: punientes. 31. B in marg: Qui edebat panes meos magnificavit super me. 32. B: Voluptuosus — Christi etc. desunt.

R 134[c] matice panes Christi, et ille magnificat phariseice tradiciones proprias quibus tyrannice spoliat populum cui dicit verbo et opere quod equivalent vel superant legem Dei. Hoc autem est in effectu supplantacio legis Christi etc.

---

## CAP. III.

Objection: This would disable the clergy from enforcing their dues.

A Sed tercio principaliter obicitur per hoc quod, data ista sentencia, tolleretur omnis exaccio debiti ecclesie et extingueretur omnis lex contencionis in clero, cum debitor posset fingere ecclesiasticum non esse dignum vel talem qui sic bona ecclesie vendicaret, et quantum ad excommunicacionem que est ultimum refugium, diceret quod non ligat.

Answer. It would be better if dues were less enforced

Hic dicitur quod, si lex Dei debite scrutaretur a nobis, non tantum contenderemus circa bona ecclesie, cum manifestum sit quod prescitus vel quicunque clericus sine peraccione sui ministerii compensante 134[d] qui plus propter honorem, voluptatem vel questum seculi contendit, bona ecclesie * occupat vel acceptat, quam propter honorem Dei et edificacionem ecclesie, ut sic false aliena vendicat et consumit, et per consequens, licet versucias talium detegere et subtrahendo bona pauperum resistere (ut diffuse dictum est lib. VI, cap. . . .), unde sub auctoritate beati Augustini scribitur in decretis VIII[a], q. 1: *Sunt* inquit *quidam in ecclesia prepositi de quibus apostolus Paulus dicit: Sua querentes, non que Jesu Christi. Quid est: Sua querentes*

1. Codd: autonomastice. 5. A: etc. Kenmerton psano (written). Kenmerton — Kemerton, a village near Tewkesbury in Worcestershire. The neighbourhood is mentioned in Walsingham (II, 307) as having sent supporters to Sir John Oldcastle. 7. A in marg: Contra dicta arguitur. 14. A in marg: Conclusio. 24. capit. seq. lacuna; A in marg: Augustinus.

5. Ad cap. II, cf. Hus, De eccl. fol. 199[a], seqq. 204[b], 209[b], 212[a] etc. 24. Decreti secunda pars, causa VIII, q. I, cap. XIX. 26. Ad Philipp. II, 21.

*non Christum gratis diligentes, non Deum propter ipsum Deum querentes, temporalia consequentes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hec quando amantur a preposito et propter hec servitur Deo, quisquis talis est, mercenarius est, inter filios se non computet.* $134^{d}$ A

Our pretence of good motives must be tested by our acts and by Scripture.

Unde quia omnes confitemur nos principaliter propter honorem Dei et spiritualem profectum ecclesie tales preposituras appetere, ad discernendum si sumus ypocrite, oportet credere operibus nostris, speculo scripture et testimonio sanctorum. Unde Gregorius XXXI°, Moral. cap. IX, et infra, satis explicat istam materiam in tribus conclusionibus; supponens primo quod *mens iusti vel veri christiani debet esse tam affectu quam intellectu collecta intrinsecus, sic quod nichil suum exterius derelinquat.* Patet ex hoc quod aliter peccaret contra hoc mandatum: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima et ex tota mente.* Cum ergo non debet peccare, sequitur quod non debet esse fracta sic in intellectu et affectu circa temporalia, quia ut sic amor uni debitus dispergitur circa multa. B

Isto supposito patet, primo quod *sancti dum se intra semet ipsos sic colligunt, occulta tam de statu proprio quam de statu proximi comprehendunt.* Patet ex hoc quod lux vera que non potest personas accipere, necessario secundum capacitatem irradiat talem mentem. Et hoc figuratum est Ezechiel VIII, 3, ubi sic legitur:

1. 2. B: propter istum Deum deest; ibid. temporalia scilicet commoda ut habetur in decretali supra memorata. 4. in codd: preposito propter. 6. A in marg: Nota qui sunt qui diligunt que sua sunt, non que domini Jesu Christi; ib: Contra clerum pravum et avarum. (This gloss above $134^{d}$ without mark of reference). 7. B: confitemur nec principaliter. 12. A in marg: Gregorius. 23. A B in marg: Prima conclusio. 24. Verba Gregorii . . . colligunt, mira ac penetrabili acie occulta eciam aliena delicta deprehendunt; B: statum. 28. B in marg: Ezech. VIII. ibid: Emissa similitudo manus apprehendit me in cisinno (sic) capitis etc.

12. Greg. Moral. XXXI, cap. XII (vel IX) Opp. tom. I, 1005.
18. Matth. XIII, 37.

Explanation of Ezekiel's vision.

B 134[d] *Emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei et elevavit me spiritus inter terram et celum et adduxit me in Jerusalem in visione Dei iuxta ostium interius quod respiciebat ad aquilonem, ubi erat statutum ydolum zeli ad provocandum emulacionem.* Manus missa est operativa volucio divina, *cincinnus capitis est collecte cogitaciones mentis;* quibus habitis mens incomplete trahitur a terrenis, cum nec habet animum omnino celestem nec omnino in terrestribus soporatum, sed inter terram et celum *in visione Dei in Jerusalem ducitur, quia zelo caritatis qualis debet esse mater ecclesia contemplatur.*
135[a] Et signanter animus talis adducitur ad * *ostium interius quod respicit ad aquilonem, quia interna contemplacione intra ecclesiam plus prava quam recta fieri deprehendunt, dum clerici in aquilonis pariete, id est, ad solis sinistrum oculos flectunt et elongata austerna caritate habundant frigore viciorum; cuius causa est globus temporalium quem ecclesia sola specie fidelis adorat; ex hinc enim zelus sponsi ecclesie ad feriendum ypocritas provocatur.*

How we may judge whether priests are worldly:

C Secundo patet ex quo signo perpenditur, si ecclesiastici flagrant terrenis, celestibus pretermissis: cum enim amor sit pondus animi, nec sit possibile hominem moveri libere quo affeccio mentis ipsum non tulerit, patet quod ex operibus debet mentis affeccio iudicari. Si ergo vides quod ecclesiasticus quantum ad perpetuacionem, quantum ad defensionem et quantum ad amissionem temporalium plus insudat, quam facit pro spiritualibus, quis dubitat quin eis magis afficitur?

by eagerness to obtain wealth;

a Unde quantum ad perpetuacionem temporalium sic

1. A in marg.: cincinnus. 4. Codd.: respicit. Correxi. 5. B: statum. 7. A A$_1$: colore cogitacionis. 15. A A$_1$: inter. 18. A in marg.: Pastor negligens continue infra. (Above 135[a].) 22. A B in marg.: Secundo conclusio. B in marg.: Nota optime quomodo vere discernendum est, quis appetit preesse in ecclesia propter honorem Dei et spiritualem profectum animarum. 25. B: affecto.

7. and 11. Gregorius l. c.

loquitur iste sanctus: *postposita quippe cura filiorum sepe eos videas se contra pericula immensi laboris accingere, maria transmeare, adire iudicia, pulsare principatus, palacia irrumpere, iurgantibus populorum cuneis interesse.* Cum autem pro spiritualibus acquirendis non apponunt tantam diligenciam, quis dubitat quin ista temporalia magis amant? 135ª C

by care to keep it;

Et quantum ad retencionem, patet idem ex maioritate diligencie quam apponimus pro temporalibus quam pro spiritualibus defendendis. *Ypocrita,* inquit Gregorius, *assumpto sancte conversacionis habitu filiorum custodiam deserit et temporalia queque defendere eciam iurgiis querit. Exemplo suo eorum corda perdere non trepidat et quasi per negligenciam amittere patrimonia terrena formidat. In errorem discipulus labitur et tamen cor ypocrite nullo dolore sauciatur. Ire in iniquitatis voraginem commissos sibi conspicit et hec quasi inaudita pertransit; at si quod sibi leviter inferri temporale dampnum senserit, in ulcionis iram repente ab intimis inardescit. Et mox paciencia rumpitur, mox dolor cordis in vocibus effrenatur, quia dum animarum dampna equanimiter tollerat, iacturam vero rerum temporalium repellere eciam cum spiritus commocione festinat, cunctis veraciter indicat teste mentis perturbacione quid amat. Ibi quippe est grande studium defensionis, ubi est grandior vis amoris.* b

by grief for its loss.

Et quoad amissionem bonorum hominis, est idem indicium, quia indubie quicunque plus dolet de amissione boni fortune quam boni virtutis, ut sic, indicat se plus diligere temporalia quam virtutes, cum sit maxima apud philosophos quod dolor amissi et amor c D

10. AB in marg.: Gregorius. 16. 17. B: rei in. 18. A $A_1$: at sibi quid. B: at si quid sibi. 28. A in marg.: Amissio temporalium est minus dolenda quam amissio virtutis.

1. Gregorius l. c. 10. l. c. cap. XIII.

D 135[a] habiti suis temporibus correspondent. Unde Gregorius ubi supra: *Quanto magis terrena quis diligit, tanto* 135[b] *privari eis vehemencius pertimescit. Qua enim* * *mente in hoc mundo aliquid possidemus, non docemur nisi cum amittimus. Sine dolore namque amittitur quidquid sine amore possidetur, que vero ardenter diligimus habita, graviter suspiramus ablata.*

Hypocrites apply Scripture falsely in their own support.

Tercio colligitur quod adulterantes scripturam sacram in ista sentencia sunt ypocrite, quos prophetavit apostolus Timotheo periculosis temporibus in ecclesiam successuros. Pro cuius declaracione suppono factum, quomodo moderni ecclesiastici fingunt secundum tradiciones humanas quod nedum licet eis, sed peccarent mortaliter, omittendo prosequi pro defensione matris ecclesie. Illud meminit beatus Gregorius (ubi supra). *Istis,* inquit, *si forte dicatur: Cur ista agitis qui seculum reliquistis? respondent illico Deum se metuere et idcirco tanto studio in defendendis patrimoniis Christi insudare.* Hodie autem superadditur quod bona pro quorum acquisicione, conservacione et repeticione tantum insistimus sunt bona ecclesie et patrimonium Christi: ideo licet pro bono universalis ecclesie conservacioni eorum insistere. Iste autem fucus ex hoc tollitur quod deserendo ipsa pro Christo tam relinquens quam ecclesia ipsa habet, ut dicit Augustinus super Joh. Omelia VI[a]. Ideo, ut dicit beatus Gregorius: *Frustra laboravit nullo timore cogente,* et ut dicitur Psalmo XIII°, 5: *Illic trepidaverunt timore, ubi non*

1. A B in marg.: Gregorius. 2. A: in terrena. 3. B: Contra enim mente. 8. A B in marg.: Tercia conclusio. A in marg.: Contra defensores iurium et consuetudinis humane gracia proprie avaricie et victorie. 15. A B in marg.: Gregorius. 16. B: dicitur, cur certa; ibid: in codd: ita agitis. 22. B in marg.: Contra eos qui se dicunt contendere debere pro acquirendo bona ecclesie, dato quod presint in ecclesia Dei. 23. A in marg.: Nota fucum. 25. B in marg.: Augustinus.

10. 2. Timoth. III, 1. 25. Aug. In Joh. evang. trac. VI. Opp. III, pars II, pag. 330 seqq. 26. August. Annot. in Job. Opp. III, 1, pag. 675. Gregor. l. c. cap. XIII.

*erat timor. Ecce,* inquit, *divina voce precipitur: Si* 135ᵇ D *quis tulerit tibi tunicam et voluerit tecum in iudicio contendere, dimitte illi pallium.* Et rursum: *Si quis quod tuum est tulerit, ne repetas. Paulus quoque apostolus discipulos suos cupiens exteriora despicere, ut valeant interna servare, admonet eos dicens: Omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?*

The hypocrite says: a. These are counsels, not commands; as if the counsels of Christ were not to be followed.

Nec valet glosa ypocrite quod hec sunt consilia, E
1 non precepta. Si enim sunt Christi consilia et tu in habitu pretendis te super alios Christum diligere, adhereres eius leni consilio, preceptis seculi pretermissis; aliter enim fores ypocrita, offendens in dileccione Dei super omnia.

b. He says that but for his care the Church would be defrauded;

2 Nec valet secundo dicere quod oportet aliquem solicitari circa hec bona, ne ecclesia defraudetur, quia illis relictis pro Christo tu verius haberes hec bona, et sic ecclesia. Ideo vis exponere te periculo, dimittendo perfeccionem divini consilii quam acceptando, Deus non posset de promissione temporalium deficere; nam cum istud officium incumbit laicis, patet quod indigencia ecclesie stat in paucitate procurancium pro spiritualibus bonis ecclesie, sicut fuit de contemplativis, quando crevit ecclesia. Cum ergo istud officium sit alcius, salubrius et ecclesie necessarius, manifestum est quod amor culpabilis temporalium est in causa huius cece eleccionis. Unde Gregorius ibidem capitulo X°: *Plus Deo sese amare convincitur qui neglectis hiis que Dei sunt propria tuetur; perdere namque* * *animas hominum ypocrite non timent, et* 135ᶜ

but the care would be better bestowed on spiritual things.

3. B in marg.: Contra contencionem sacerdotum. 16. A B in marg.: Triplex responsio. A in marg.: Contra illos qui loquuntur contra consiliorum implecionem. 21. A provisione. 28. A B in marg.: Gregorius. A in marg.: Paupertas cleri iuxta Christi concilia. (Above 135ᶜ.)

1. Matth. V, 40, vid. Greg. l. c. 3. Luc. VI, 30. 7. I. Cor. VI, 7. Greg. l. c.

E 135[c] *amittere res cum mundo transeuntes quasi districto iudici posituri racionem timent; ac si placatum inveniant, cui desideratis rebus, id est, racionabilibus perditis insensibilia et non quesita conservent.* Certum est quod non. *Possidere*, inquit, *in hoc mundo aliquid volumus et ecce veritas clamat: Nisi quis renunciaverit omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus. Perfectus ergo christianus quomodo debet res terrenas iurgando defendere quas precipitur non possidere? Itaque cum res proprias amittimus, si perfecte Deum sequimur, in huius vite itinere a magno onere levigamur.* Non ergo debemus, periculo nos exponendo, perfecciorem statum relinquere et statum plus periculosum, plus a Christo elongatum et plus tardativum eligere.

F 3 Nec valet tercia responsio ypocrite qua dicit se propter amorem iniuste occupantis contendere, ne ipse peccet iniusta detencione, sed ut ipse habeat instrumenta virtutum quibus possit ad honorem Dei plus matri sue proficere. Unde pro prima parte dicit beatus Gregorius (ubi supra): *Quidam cum nostra rapiunt, solummodo tolerandi sunt; quidam vero servata caritate prohibendi; non tamen sola cura ne nostra subtrahant, sed ne rapientes non sua semetipsos perdant.* Iste fucus est magis palliatus quam ceteri: nam (sicut alias ostendi) licet inferioribus ecclesie pro bonis fortune contendere, servata caritate utrimque et sancta intencione cum forma procedendi legitima. Ideo debet homo illius responsionis cavere, ne propinquitas ad voraginem periculi preparet ad ruinam. Nam ut dicit beatus Gregorius ibidem: *Plus ipsis raptoribus debemus metuere quam inhiare ipsis rebus irracionabilibus*

c. He declares that he acts for the good of the wrong doer:

This is a better excuse but it is dangerously near to evil.

St. Gregory teaches

2. 3. In codd.: invenient. 21. A B in marg.: Gregorius. 25. A B in marg.: Conclusio. B in marg.: Licet inferioribus ecclesie contendere pro bonis ecclesie. 27. B: utrumque. 31. A in marg.: Raptor est a nobis plus amandus quam res arrepta per raptorem.

6. Luc. XIV, 33.

*defendendis, quia illa non rapta morientes amittimus,* 135[e] **F** *cum illis vero et nunc condicionis ordine, etsi corrigi studeant, post percepcionem finalis premii unum sumus. Quis autem nesciat, quia minus ea quibus utimur et plus debemus amare quod sumus? Si ergo pro sua utilitate raptoribus loquimur, iam non nobis que temporalia, sed eciam illis que sunt eterna vindicamus. Qua in re illud est solercius intuendum, ne per necessitatis metum cupiditas surrepat rerum et zelo succensa prohibicio, impetu immoderancie distensa, usque ad odiose turpitudinem contencionis erumpat. Dumque pro terrena re pax a corde cum proximo scinditur, liquido apparet quod plus res quam proximus amatur. Si enim caritatis viscera eciam circa raptorem proximum non habemus, nosmet ipsos peius ipso raptore persequimur graviusque nos quam alter poterat devastamus, quia dileccionis bonum sponte deserentes a nobis ipsis intus est quod amittimus, qui ab illo sola exteriora perde*bamus.* 135[d] *Sed hanc ypocrita formam caritatis ignorat, quia plus terrena quam celestia diligens contra eum qui temporalia diripit sese in intimis immani odio inflammat.*

that we must care only for the eternal interests of the wrong doer;

otherwise we hurt ourselves more than him.

*Sciendum vero est quod sunt nonnulli quos caritatis gremio nutriens mater ecclesia tolerat, quousque* **G** *ad spiritualis etatis incrementa perducat, qui nonnunquam et sanctitatis habitum tenent et perfeccionis meritum exequi non valent. Ad dona namque spiritualia minime assurgunt et idcirco hiis qui sibi coniuncti sunt ad tuenda ea que terrena sunt serviunt et nonnunquam in defensionis eiusdem iracundia excedunt.* Et istos nomine religiosos declarat iste sanctus papa involvi duplici malicia, primo quia nedum infirmitate sed sciencia contra conscienciam suam pec- **a** cant, secundo quia fingendo sanctitatem in defendendo

10. Codd.: pro habito; vide Gregor. ubi supra pag. 1007. AB: in inani. 11. Codd.: turpitudinis contencionem. 22. A: inflammant. 27. In codd.: bona. 32. AB in marg.: Conclusio; B: primo nedum.

G 135[d] bona ecclesie pro facinore querunt laudes. Ex istis conclusionibus huius sancti demonstrabilibus perpendere potest ecclesiasticus tam regularis quam secularis, si diligenter examinent conscienciam cum scriptura, palpando intencionem, volucionem et motus anime cum intencione supremi iudicis, quod non tam assidue contenderent pro vocatis bonis ecclesie.

Litigation would be suppressed if the Pope asked rulers to withdraw the pay of those who neglected to minister.

b Patet secundo: Quomodo dominus papa non foveret sed extingueret lites huiusmodi secundum regulam evangelii: si enim committeretur regnis, provinciis et parrochiis examen vite clericorum, sic quod non ministrarentur eis stipendia subtracto sensibiliter eorum ministerio, viveretur superioribus prepositis tolerabilius et sacerdotibus cum populo melius quam est modo. Defectus autem patronorum et populi posset speculator superior facilius corrigere quam totum onus per se cum falsis testibus litem gignentibus supportare.

The only needful rule being that men should be appointed for fitness and deposed if they deserve it.

Nec requiritur alia lex in distribuendo officia sacerdotum nisi cognicio a capite per testes probabiles, quod unus sit rector in ministerio sacerdotali, solicicior habiliorem preponere; de quo si non gauderet, depositus foret, ex ypocrisi ac cupiditate suspectus.

H Et patet tercio quod causa dissensionis et perturbacionis ecclesie sit malicia sacerdotum. Nam eorum virtuositas maxime pacificaret ecclesiam; ideo ex opposito eorum perversitas maxime perturbat ecclesiam, quia peccatum quod est per se causa perturbacionis ecclesie in ipsis est gravius. Dicunt enim contra fidem quod sunt viri sancte matris ecclesie, licet sint apostatantes partes diaboli, et per consequens, faciunt confusionem in fide, confusionem in sacramentis et subtraccionem spiritualis suffragii a Deo per ipsos instrumentaliter derivandi.

Wickedness of priests troubles the Church.

10. B: regnis regnis. 11. 12. B: ministrentur. ib. Codd.: videretur. 19. A in marg.: De eleccione ad prelacias. B in marg.: Nota de eleccione in prepposituram qua forma fiet. A: cognito a capite. 20. AB: recto in. 21. B: humiliorem. 25. B: pacificari.

Trouble will not cease until we return to the primitive order.

Unde confidenter prenostico quod ante correccionem 135d H nostram secundum statum primevum non deficiet regnorum perturbacio. Cum igitur apostolus raptus fuit usque ad tercium celum, videns longitudinem cursus ecclesie quoad tempus, latitudinem quoad numerum prelatorum, et profunditatem quoad sensum quo clerici sunt in sensu domini profundati, verti non debet in dubium quin prophetavit iuxta exposicionem beati Gregorii de ecclesia * in instante, vocans eos 136a *ypocritas se ipsos amantes, verbum domini adulterantes et cauterizatam conscienciam habentes* (ut patet I.Timotei IV°, 2). Signum autem precipuum foret quod clericus ad modum loquendi apostoli se ipsum diligat, si propter affeccionem proprietatis temporalium dimissa cura presbyteri se ipsum sollicitat. Que enim posset esse maior adulteracio verbi domini quam intelligere ipsum ad sensum diaboli iuxta quem defendatur esse hereticum et blasfemum, ymo quod licet ex auctoritate eius committere leve mendacium? Aut quid posset esse magis periculosum cauterium quam clericum habere conscienciam adustam cupidine, quod cessans ab operibus reprehensibilibus in facie ecclesie propter candentem amorem quem habet ad temporalia, publicet et defendat sine fructuosis operibus se esse membrum sancte matris ecclesie. Licet enim talis evacuet cauterio suo fluxum viciorum sensibilem, verumptamen diabolus auctor fluxus talis superflui tantum disseminat per meatus ypocritarum absconditos per totum residuum corporis fluxum peccati lubrici, et sic ex simulata consuetudine factus heresiarcha habet

St Paul prophesied of "lovers of themselves" who care for wealth and not for their priestly duty; "corrupters of the word", who wrest it to defend lying; "having a seared conscience", who proclaim themselves members of the Church but bring forth no fruit.

1. A in marg.: Nota bene. 8. B in marg.: Qui dicunt se ipsos amare secundum apostolum. 10. A in marg.: Verbum domini adulterantes et consciencia cauterizata. (Above 136a. Without mark of reference.) B in marg.: Adulteracio verbum (sic) dei nota. Nota habentes conscienciam cauteriatam (sic). 19. 20. $AA_1$: Aut quod. 24. A B: defendet. $A_1$ corr. in: defendat.

10. Cf. Greg. Expos. in psalm. quint. et I. Timoth. IV, 2. II. Tim. III, 2.

H 136ᵃ in capite, hoc est, in racione cauterium Antichristi. Nulli enim secundum beatum Gregorium, in Registro, secundo capitulo, periculosius vel amplius nocent in ecclesia sancti Dei.

I Sed redeundo ad difficultatem dimissam obicitur per sanctum Thomam de Christo, conclusione octava, articulo III°, ubi dicit quod *Christus est caput omnium hominum, tam fidelium qui uniuntur sibi in actu per graciam, quam infidelium qui sunt solum in potencia eius membra,* et post subdividit secundum predestinatos et prescitos qui recedentes ab hoc mundo totaliter desinunt esse membra Christi. Et probat hoc multiplici racione. Quantum ad hoc testimonium sancti Thome, videtur michi quod ipse equivocat vere dicendo quod Christus secundum deitatem est caput extrinsecum tocius humani generis; quod potest dici aggregative unum corpus naturale, cui eciam Christus benefacit sicut et toti mundo secundum humanitatem, cum virtute passionis Christi acquiritur quedam perfeccio secundaria toti mundo. Et sic secundum humanitatem benefacit toti humano generi, cum punit omnes dampnatos, vel ex infidelitate, ut eos qui non considerant in dominum Jesum Christum, vel ex desperacione qua dimissa debuerunt celestibus aspirare, vel tercio de iudicio temerario quo dimisso debuerunt domino Jesu Christo caritative finaliter adherere.

Objection: Christ is said by St. Thomas to be the head of all men.

In one sense this is true as to his deity

and as to his humanity.

K Et sic intelligitur triplex causalis Christi Johannis XVI°, 8: *Arguet mundum de peccato, de iusticia et*

5. A in marg.: Contra dicta. Nota: In equivoco conceditur quod Christus est capud tam fidelium quam infidelium omnium. 6. B in marg.: S. Thomas. AB in marg.: Obieccio. 13. AB in marg.: Responsio. 16. B: aggregare. 29. AB in marg.: Joh. XVI.

2. Cf. Gregor. (Regulae past. lib. I, cap. II): Nemo quippe amplius in ecclesia nocet quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Conf. dist. LXXXIII, c. 2, corp. iur. can.
6. Thomae Aquin. Opp. (Ed. Venet. 1774) tom. V, pag. 51.

*de iudicio. De peccato* infidelitatis que autonomatice 136[a] K dicitur peccatum, *quia non crediderunt* in patrem neque *in me; de iusticia* quam debuerunt habuisse, aspirando cum mediis congruis ad patriam naturalem, *quia ad patrem vado; et de iudicio* quo temere arbitrantur dogma mundi atque diaboli ardencius diligendum, *cum princeps mundi* * *iudicatus est* per 136[b] Christum docentem oppositum. Et sic opposita fidei, spei et caritatis que corresponderent per ordinem trinitati dampnant prescitos in finali iudicio (ut alias diffuse exposui). Non enim vidi in sancto Thoma vel alio doctore probabili quod totum illud genus sed pars eius predestinata sit sancta mater ecclesia, sponsa Christi et universalis vel catholica ecclesia, corpus Christi misticum de quo scriptura loquitur. Et de tali est nobis sermo.

But St. Thomas does not say that the whole human race is the mystical body of Christ, but the part that is predestinate.

Non repugnat ergo equivocando vocare corpus diaboli ecclesiam Christi, ut posito quod una communitas nominetenus clericorum prescita credatur esse particularis ecclesia, licet committat peccata quantumcunque enormia. Tunc vulgus reputat eam esse ecclesiam, ymo quilibet eorum asserit quod propter ordinem est vir sancte matris ecclesie, racione cuius tituli excecat populum, in fide, officio et ypocrisi indubie menciendo, quia sic idem foret simul membrum Christi et membrum diaboli, ecclesia sanctorum et ecclesia malignancium. Tales enim dicit Thomas eciam *membra ecclesie in potencia, licet nunquam reducantur ad actum.* Ac si diceretur illud habet potenciam ex sufficiencia passionis Christi et potestate sui arbitrii esse membrum Christi, cum tamen nude sit membrum congregacionis habencium fidem informem, licet nunquam sit membrum corporis Christi mistici. Sed ne ego laborem in istis

1. Codd.: autonomastice. 16. A in marg.: Equivocando conceditur corpus diaboli esse ecclesiam Christi. B in marg.: Ecclesia Christi nuncupative. 23. B: ecclesie Romane cuius. 27. A in marg.: Presciti quomodo sunt in potencia membrum (sic) Christi secundum beatum Thomam. B in marg.: Sanctus Thomas. 32. B: formem.

K 136[b] equivocis, limitavi nomen ecclesie, ut signat sponsam Christi.

Objectors give three proofs of their opinions:

L Tres tamen evidencie fiunt ad probandum hanc
1 sentenciam. Primo dictum apostoli I. Timothei IV°, 10: *Salvator est omnium et maxime fidelium;* secundo per illud I. Johannis, II° cap., 2: *Ipse propiciacio pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum est,*
2 *sed eciam pro tocius mundi.* Sed in quantum salvat et propiciatur hominibus, est caput eorum: ergo Christus
3 est caput omnium hominum. Tercio per hoc quod omnes homines sunt fideles, quia habent fidem de Deo. Patet quod ista argumenta procedunt ex equivoco: nam concedi potest cum sancto Thoma quod Christus quoad esse naturale est caput eciam diaboli, et per consequens, caput membrorum suorum, non solum quoad esse naturale, sed eciam quia sunt fratres Christi quoad naturam specificam, quorum omnia peccata ad eorum dampnacionem et penam cedunt, sanctis vero ad gloriam. Et sic misericorditer punit fratres suos ad bonum eorum (ut alias declaravi). Loqui autem sic generaliter atque equivoce est preter propositum nostrum, quia loquimur de capite et membris unius hominis ex sponso et sponsa, de quo Joh. III°, 13, dicitur quod *nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo* (ut Augustinus exponit, Joh. Omelia XII[a]).

1. St. Paul's words;

2. St. John's words;

3. All men are believers since all believe about God.

All these arguments rest on a double use of language.

Four uses of the word to save:

1. To some salvation is offered but refused.

M Et quantum ad dictum apostoli, dicitur communiter quod esse salvatorem vel salvare est equivocum ad 136[c] quatuor: * primo generaliter accipitur pro apponere medicinam ad infirmum cuius virtute egrotus sanari poterit, et isto modo salvavit Christus totum mundum humani generis, cum apposuit medicinam passionis, que suffecit redimere multos mundos. Istam autem

1. B: literavi. 3. A B in marg.: Triplex obieccio. 4. B in marg.: I. Tim. 4, I. Joh. 2. 5. 6. B: per idem. 7. A: nostris non tantum est. 13. A in marg.: Responsio. 21. A in marg.: Nota. 25. B in marg.: Augustinus. A B in marg.: Salvacio triplex. 29. A in marg.: Christus salvavit totum mundum quoad sufficienciam.

25. Opp. Aug. III, pars II, pag. 387.

medicinam apposuit Christus vel obtulit humano 136c M generi, cuius septima pars nunquam suscepit eam, sicut semper infideles quos Christus dicit Joh. III°, 18, *iam iudicatos*, et illos dicit sanctus Thomas esse membra Christi in potencia, non in actu. Alii autem recipiunt medicinam sed finaliter recidivant, ut presciti. Tercii vero receperunt medicinam et post lapsum ad sanctam matrem ecclesiam revertuntur, ut peccatores predestinati. Quarti quippe sanantur virtute meriti Christi nec unquam post incidunt in mortale.

Others receive it but fall away. A third sort after falling away return. The fourth class receive and hold to it.

Et sic vere dicit apostolus quod *Christus est salvator maxime fidelium* in tercio et quarto gradu, et sic intelligunt quidam dictum apostoli I ad Thimoteum II°, 4, directe ad litteram, quod *Deus vult omnes homines salvos fieri.* N 1

Christ is specially the saviour of the third and fourth class.

Ad secundum obiectum ex dicto beati Johannis est eadem sentencia. Christus enim est quoad sufficienciam propiciacio, hoc est, medicus vel medicina propiciativa tocius humani generis, quod habet ultra diabolum post ruinam angelorum libertatem arbitrii, ut salvetur, cum totum genus humanum sit homo quidam qui descendendo ab Jerusalem in Jericho incidit in latrones; qui relictus secundum totum semivivus ex gracia Samaritani habuit medicinam dispositam et ministros mercede et instruccione duplicis testamenti provide dispensantes, secundum quam totus ille homo sanari poterit. Sed preter illum hominem naturalem oportet secundum Adam generare spiritualiter unam generacionem priori permixtam que est sancta mater ecclesia. Et in illo corpore sunt aliqui vere membra ut predestinati, quarte digestioni assimilati, sive sint ad tempus discrasiati ut lapsi, sive 2

Answer to the second objection: Christ is a sufficient propitiation for all men, who have naturally free will and may avail themselves of it;

but they need a second birth in Christ,

3. B in marg.: Joh. III. 14. B in marg.: Deus vult omnes homines salvos fieri. 18. B in marg.: Humanum genus ultra diabolum habet libertatem arbitrii. 31. In codd.: quarti. 32. B: distrahati. B in marg.: Quadruplex digestio prius habetur cap. primo huius tractatus.

32. Cf. p. 4. l. 23.

N 136c solide post primam sanacionem in sanitate perpetua stabiliti. Illi autem qui sunt intra dictam ecclesiam non ut partes, sunt in gradu duplici, ut quidam in sua infidelitati perpetuo permanentes qui nunquam receperunt caritatem vel graciam. Et hii sunt tamquam aër aut ventus in homine, in quem nunquam egit suus calor naturalis. Hii autem sive commixti sint localiter sive solum in genere humano, prosunt ad refrigerium sancte matris ecclesie. Hii autem sunt tamquam superfluitates cibi sponsi ecclesie qui spiritualiter digerit predestinatos et demum assimilat.

*which those have not who are in the Church but not of it.*

O Et iste est cibus de quo loquitur Christus Johannis IV°, 32: *Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis.* Unde superflua illius cibi sunt infecta duplici, ut aliqui sunt in stomacho sancte matris ecclesie recepti per 136d graciam secundum presentem iusticiam, * sed ex eorum ypocrisi vel heresi non sunt propter abhominacionem caritatis operantis digesti, sed in hac vita sensibiliter evomendi; de quibus loquitur spiritus sanctus Apocalypsis III°, 16: *Neque calidus es neque frigidus, ideo incipiam te evomere de ore meo.* Tales autem sunt sive clerici sive laici pretendentes se operari ad edificacionem sancte matris ecclesie quidquid agunt, sed tamen quia habent intenciones frigidas temporalium propter quas principaliter agunt, ideo sunt ypocrite Deo abhominabiles ut aqua tepida que provocat ad vomitum. Et hii sunt Deo maxime abhominabiles racione falsitatis in duplicitate latentis que opponitur veritati. Unde sicut iuxta Aristotelem primo Metyororum VI° cap.

*These the Church cannot digest,*

3. A in marg.: Dupliciter est homo in ecclesia. Ib.: Dupliciter dicitur non pars in ecclesia. Nota quomodo presciti sunt in ecclesia. 11. B: dirigit. 12. A in marg.: Alia subdivisio. 22. A in marg.: Contra avariciam cleri et aliorum (above 136d without mark of reference). 29. A in marg.: Aristoteles. B in marg.: Quare aqua tepida cicius congelatur quam frigida secundum Aristotelem.

29. Μετεωρολογικῶν A. 12 vide Arist. ex rec. Bekkeri vol. 1, pag. 348: συμβάλλεται δ' ἔτι πρὸς τὴν ταχυτῆτα τῆς πήξεως καὶ τὸ προτεθερμάνθαι τὸ ὕδωρ. θᾶττον γὰρ ψύχεται.

*aqua sic calida cicius congelatur propter exalaciones* $136^{d}$ O *frigidas quas pori caloris recipiunt:* sic pretendentes sanctitatem huiusmodi sunt periculosissimi hostes ecclesie, per quos ut proditorie aperientes portas ecclesie subintrant frigidi fide et virtutibus; qui plus quam inter fideles extinguunt caritatem vocate ecclesie et congelant. Debet, inquam, ecclesia fervere pura caritate ex simplici participacione Christi qui est ignis per se calidus caritate, et matrem omnium malorum cupiditatem postponere, et per consequens, non adinvenciones lucrativas plus quam legem Dei diligere. Sunt autem intra ecclesiam alii presciti magis absconditi, evadentes evomicionem huiusmodi, ut hii tamquam superfluitas sicca digestionis prime, hii tamquam superfluitas humida digestionis secunde, et hii ut apostemata vel vermes digestionis tercie. Et patet quod non sequitur: Si quicunque viantes sunt in ecclesia, tunc sunt de ecclesia, sed econtra. Nam scimus zizania crescere inter frumenta, corvum pasci in eadem area cum columba et paleam inorreari pro tempore inter grana, et tamen est incommunicans distinccio inter ista, sicut exemplatum est in corpore humano. Ita ymaginari debemus de sancta matre ecclesia, et sic intelligendus est textus I. Joh. II°, 18, cum dicitur: *Nunc Antichristi multi facti sunt; ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.* Sicut enim superfluitas procedit ex cibo et membris solidis, dum tamen non sit ex eis, sic purgamenta ecclesie procedunt ex ea, non tamen erant ex ea ut partes, cum nulla pars eius potest ab ea excidere. Unde ad discernendum distinccionem puri et superfluorum huiusmodi dicit beatus Johannes epistola secunda canonica: *Omnis,* inquit, *qui recedit et non permanet in doctrina Christi, Deum*

since they want the warmth of charity.

15. A B in marg.: Avari, lubrici, cupidi. Correlarium. 18. A in marg.: Nota. 23. In codd.: Ita deest. cf. Hussi Opp. I, $199^{b}$. 24. A in marg.: Nota.

33. II Joh. 9.

O 136[a] *non habet.* Doctrina autem Christi sunt humilitas, caritas
et paupertas. Quicunque ergo oderit ista, non imitando
137[a] Christum ut aquila, scito quod non sit de sua * ecclesia.

P Et sic tres gentes excluduntur a membris ecclesie qui omnino peccant in fide, scilicet omnino infideles ut pagani; heretici ut sacerdotes et pharisei cum eis similibus qui nunquam gustaverunt dulcedinem spei beatitudinis ex imitacione sapiencie incarnate, sed resident facietenus in ecclesia gracia affeccionis primatuum temporalium et carnalium voluptatum; tercii vero qui gustaverunt paululum digestionis divine, sed propter defectum caritatis perfecte aut finalis perseverancie excidunt tamquam inhabilia, ut formaliter induant caput Christum; et hii peccant in trinitatem et tres virtutes catholicas (ut dixi superius). *Omnes autem tales,* dicit Augustinus, *non esse de membris ecclesie, sicut in corpore hominis naturali nemo dicit proporcionalia esse membra.* Sanctus autem Thomas videtur loqui generaliter, equivocando de membro, scilicet de membro temporaliter vivo et de membro omnino mortuo putativo.

Three classes who are not members of the Church 1. Infidels 2. Priests who make profession for the sake of wealth. 3. Those who have tasted of divine grace but lack final perseverance.

Ad tercium negatur ad sensum scripture quod omnes homines sunt fideles. Conceditur tamen cum Damasceno quod omnis homo habet fidem saltem informem, cum naturaliter prima impressione entis cognoscit saltem confuse primo omnium Deum esse et omnem articulum fidei. Sed ista fides informis non sufficit denominare hominem fidelem vel partem ecclesie, sed oportet excludere omnem infidelitatem finalem. Et de tali fideli loquitur Christus Johannis X° 28, promittens, *ut omnis qui credit in filium non pereat,* supple morte perpetua; ille autem credit in

All men are not believers in the Scripture sense.

5. B in marg.: Ecce qui non sunt membra ecclesie. 7. B: spei deest. 8. B: sapiencie in caritate. 16. A B in marg.: Augustinus. 22. A in marg.: Nota fidem predestinatorum et prescitorum. 24. A B in marg.: Damascenus. 25. Codd.: vel informem.

24. Cf. De fide orthodoxa lib. IV, cap. XI.

filium qui credendo ipsum inheret sibi finaliter per 137$^{a}$ P
amorem. Unde quia de tali finali inherencia est nobis
dubium, ideo docet Augustinus super Johannem, Omelia
XII$^{a}$, quomodo membrum ecclesie est Deo et cui ipse
voluerit revelare satis cognitum. *Novit,* inquit, *dominus*
*qui sunt eius, novit qui permaneant ad coronam,*
*qui permaneant ad flammam, novit in area sua*
*triticum, novit paleam, novit segetem, novit zizania.*
Ceteris autem est illud incognitum qui sunt columbe
et qui corvi.

Why the dove is a symbol of the Holy Spirit.

Unde Augustinus super Joh. Omelia VI$^{a}$, exponens Q
illud Johannis primo: *Vidi spiritum descendentem* 1
*quasi columbam de celo et manentem super eum,*
notat primo quomodo *descensus columbe signat*
*mistice spiritum sanctum, quia columba habet gemi-*
*tum amorosum pro cantu. Spiritus* autem sanctus
secundum apostolum Romanorum VIII$^{o}$, 26, *postulat*
*pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Secundo quia 2
columba sine felle vel laceracione unguium commu-
nicat pacis seculum, et tercio quia pascitur puris
granis, econtra de corvis et minutis avibus que pascun-
tur carnibus vel muscas capiunt ut pascantur. Et
propter istam similitudinem ad proprietates spiritus
sancti precepit Christus suis apostolis Matthei X$^{o}$, 16,
quod *sint simplices ut columbe.* Secundo notat Augu-
stinus * quod descensus singularis columbe super 137$^{b}$
Christum cum voce patris docuit Baptistam quod
Christus capitaliter baptizat in spiritu sancto primo
cuius principii est unitas in baptismo, qui non susci-
pit magis et minus secundum merita baptizantum,

1. B in marg.: Quis credit in filium. 11. B: Unde deest. A B in marg.: Augustinus. A in marg.: De salvandis et dampnandis prescitis et predestinatis. 17. B: Jo. VIII. 19. B in marg.: Nota quare columbe descensus signat spiritum sanctum. ib: Vidi spiritum sanctum descendentem sicut columbam. Nota proprietates columbe. 26. A in marg.: Augustinus.

5. Aug. In Johannis Evang. cap. 3, tractat XII. Opera tom III, p. II, pag. 389. 12. Joh. I. 32, cf. Aug. Opp. tom. III, p. II, pag. 330.

Q 137[b] eo quod Christus non potuit communicare hanc pri-
3 miciam potestatis suis discipulis. Tercio notat quomodo
columba ad sensum allegoricum signat matrem eccle-
siam que est una (ut dicitur Canticorum, V° capitulo, The dove is also a type of the Church.
de columba). Unde sicut in diluvio columba egressa
de archa reversa est, deferens ramum virentis olive,
corvo pretextu affectus cadaveris extincto diluvio, sic
in sancta matre ecclesia hii exeunt ad tempus et peni-
tencia ducti redeunt, non solum cum verborum foliis,
sed fructu bonorum operum, et omnino cum oleo
caritatis que supereminenter super alia carismata instar
olei supernatat. Ideo signanter dicit apostolus I[a] Cor.
XII°, 31: *Adhuc eminenciorem viam demonstrabo
vobis.* Presciti autem exeunt de archa ut corvi, sed
propter amorem temporalium pro quibus instanter
4 placitant demerguntur. Quarto notari potest secundum
logicam scripture quomodo spiritus sanctus movetur,
cum descendit et *postulat gemitibus inexplicabilibus*
et *mane consurgit* ad instruendum ecclesiam (ut How the Holy Spirit acts through the creature.
dicitur Isaïe VII°). Sed hoc non facit in natura pro-
pria, sed in creatura quam assumit, non ypostatice,
sed singulariter ad sui noticiam et caritatis officium
peragendum, nec solum in simplicitate columbina
apparuit, sed in linguis igneis dispertitis ad docendum
quod nedum debemus esse simplices, sed in operibus
eciam caritatis ferventes, ut, sicut superbia divisit
linguas in sensu, non in loco, tempore edificacionis
turris Babel, Genesis XI°, sic econtra humilitas spiritus
sancti congreget linguas uniformes quoad sensum,
5 quantumlibet dispares quoad locum. Quinto colligitur
ex dictis beati Augustini quod solum illi salvantur ut
partes matris ecclesie qui proprietatem deserentes

2. B in marg.: Nota bene. A in marg.: Spiritus sanctus per diversa significatur et quare, ut per columbam, per ignem etc. (Above 137[b] without mark of reference.) 13. B in marg.: 1. Cor. 12. 17. A in marg.: Quomodo spiritus sanctus movetur. 20. Ita codd. Recte Jerem. VII, 13. 29. In codd.: congregat.

18. Rom. VIII, 26.

querunt finaliter res communes ecclesie que sunt capitaliter domini Jesu Christi. 137b Q

It is dangerous for any one to claim the obedience of all Christians.

Ex quibus concluditur quod periculosum foret cuiquam christiano propter fastum vel questum singularem pretendere quod sibi tamquam capiti universalis ecclesie sit necessarium omnes christianos singulariter obedire, dicente Augustino (ubi supra) quod ecclesie non preerat Faustinus episcopus, sed parti preerat (ut dicit epistola ad Dardanum). Christus congregavit ecclesiam suam in unum spiritum et unum corpus cuius unum caput est Christus. Et Bernardus super Cantica sermone XII°: *Quisquis et inebriat verbis et fragrat beneficiis,* * *sibi dictum putet: quia meliora sunt ubera tua vino et fragrancia unguentis optimis. Et ad hec quis idoneus? Quis nostrum unum illorum saltem integre perfecteque possideat, ut interdum non in dicendo sterilior et in operando tepidior sit? Sed est que merito et non ficte hoc preconio glorietur, ecclesia utique cui nunquam de universitate sua deest et unde inebriet et unde fragret; quod enim sibi deest in uno, habet in altero secundum mensuram donacionis Christi ac moderacionem spiritus dividentis singulis prout vult. Fragrat ecclesia in hiis qui sibi faciunt amicos de mamona iniquitatis, inebriat in ministris verbi qui vino leticie spiritualis infundunt terram et inebriant eam et fructum referunt in paciencia. Ipsa audaciter secureque sese nominat sponsam, tamquam que vere habet ubera meliora vino ac fragrancia unguentis* R 137c

1. A B in marg.: Conclusio. A in marg.: De capite ecclesie. 10. B: suam deest. 12. In codd.: canonica. A B in marg.: Bernhardus. B cap. XII. 13. A in marg.: Ecclesia que et quomodo fragrat ungentis optimis et quomodo eius ubera sunt meliora vino. (Above 137c without mark of reference.) B in marg.: Meliora sunt ubera tua vino et fragrancia ungentis optimis. 13. A: fraglat. 15. 29. Codd.: ungentis. 21. unde fragret. Codd.: bene fragret. 26. A $A_1$: inebrient.

7. Aug. l. c. pag. 340 et Opp. II, 678. Ep. ad Dard. 12. Bernardi Opp. pag. 523.

R 137ᶜ *optimis. Quod etsi nemo nostrum sibi arrogare presumat, ut animam suam audeat sponsam domini appellare, quoniam tamen de ecclesia sumus que merito hoc nomine et re nominis gloriatur, glorie huius participium usurpamus. Quod enim simul omnes plene integreque possidemus, hoc singuli sine contradiccione participamus. Gracias tibi domine Jesu qui nos karissime ecclesie tue aggregare dignatus es, non solum ut fideles essemus, sed eciam ut tibi vice sponse in amplexus iocundos castos eternosque copularemur.*

Thus the Saints hesitated to call themselves members of the Church.

S Ecce quomodo sancti sub dubio presumpserunt se esse membra ecclesie, sed nonnisi ex presupposita imitacione sponsi ecclesie. Unde sermone XIII° dicit Bernhardus: *Si sponsa utique de omni virtute sua vel gracia misericordie audeat sibi quippiam arrogare, quanto minus adolescentule que forte nos sumus?* Ecce quomodo dicit *forte*. *Dicamus proinde et nos sponse vestigia insectantes: Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Dicamus non verbo et lingua tantum, sed opere et veritate: quia aliter non sumus iuvencule, iuxta illud Psalmi LXXVII*[i], *36, 37: Quoniam dilexerunt eum in ore suo et lingua mentiti sunt ei; cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.* Ecce iste sanctus plane sentenciat quod, nisi habuerimus vitam contemplativam vel activam quam Deus acceptat ad beatitudinem, aliter non sumus partes ecclesie. Ideo instar sanctorum decertaremus, quis posset esse in fructuoso ministerio matris sue operosior atque humilior. Et ex hinc iuxta fidem scripture, Matthei XVIII°, 1, sequitur quod sit maior. Christus enim non potuit esse caput ecclesie sine humillimo

9. B: Oportet eciam ut tibi vicem. 11. A in marg.: Sancti cum formidine et sub spe dixerunt se esse membra sancte ecclesie. B in marg.: Nemo audeat se asserere membrum ecclesie. 13. B: cap. XIII. A B in marg.: Bernhardus. 21. In Bernard's sermon the passage runs as follows: Ne forte (quod nimis vereor) dicatur et de nobis: Quoniam etc. . . conf. Opp. pag. 527. 31. B in marg.: Matth. XVIII.

Christ's vicar must not ask a submission which Christ cannot ask.

et pauperrimo ministerio sponse sue. Quomodo ergo 137[c] S eius vicarius preerit uni adolescentule, nisi gerat in moribus vicem Christi, non exigens subieccionem civilem quam Christus non potest exigere? * Peri- 137[d] culum autem predictum de presumpcione stupida exterreret sensatos, ne contendant circa primatus sancte matris ecclesie vel tamquam in ea aut ex ea capitanei exigant seculariter bona eius. Talis enim presumpcio excluderet contenciosos, ne sint vel membra abiecta huius corporis, cum secundum omnes eius naturas sit compaginata proporcione tali armonica; quod non est possibile quod secundum aliquas eius partes sit contrariacio perpetua, cum oportet ad ultimum quodlibet membrum eius consentanee iuvare quodlibet (ut docet apostolus I[a] Cor. XII[o]). Nam finis pro quo nunc militamus est ut unanimes uno ore sine usurpacione alieni officii in quiete perpetua conletemur; que leticia a nullo queritur, nisi in via tendunt ad finalem concordiam. Temporalia enim abusa tenetur prelatus restituere (ut patet per Archidiaconum XLIV[a] distinccione, et declaravi sexto capitulo . . . .). Et primatum non debet clericus principaliter querere sed laborem; aliter enim est mercenarius, non pastor, ut allegatum est in principio huius capituli ex decreto VIII[a], q. I: *Sunt in ecclesia.* Super quo dicit Archidiaconus quod *in quolibet episcopatu sunt duo, scilicet dignitas et opus ad quod dignitas vere consequitur.* Et sic quicunque prepostere ambiunt dignitates, ut sint tamquam mercenarii et non ut membra ecclesie, se reddunt dampnabiles. Et forte in isto capitulo sunt quidam hodie qui non tantum appreciantur lucrum fructus operis evangeliste

A bishopric should be desired for the work, not for the dignity.

6. B: exerceret. A in marg : Membra sancte ecclesie sunt unita. (Above 137[d].) 15. B in marg.: 1. Cor. XII. 20. Sc. per Guidonem de Baysis, archidiac. Bononiensem. 21. capitulo; in codd. sequitur lacuna. VI. capit. scil. huius libri De ecclesia. 24. A in marg.: Prelatus. B in marg. man. rec.: q. 1 vel 2. A B in marg.: Archidiaconus.

24. Decreti secunda pars causa VIII, q. I, cap. XIX.

S 137$^{d}$ sicut voluptates temporales, decimas vel honores; et omnes tales sunt venenosi heretici (ut patet libro sexto, tractatu de heresi).

---

## CAP. IV.

A Ut dicta de sancta matre ecclesia magis appareant, 1 obicitur aliter contra dicta. Primo, inquam, videtur quod continuum quantitative componitur ex non quantis, quia sancta mater ecclesia que est corpus Christi misticum componitur quantitative ex multis milibus beatorum spirituum, et per consequens, corpus se habet in proporcione racionali secundum quantitatem ad multitudinem spirituum beatorum. Sed hic conceditur conclusio, ut patet de attomis principiis corporum, de punctis linearum et sic de instantibus cum aliis partibus indivisibilibus continuorum. Et sic conceditur quod sancta mater ecclesia est comparabilis in proporcione racionali, eciam secundum quantitatem multitudinis celestium spirituum. Quantitatem dico virtutis, non molis; sed illam proporcionem novit sponsus ecclesie, nec oportet ex hinc esse proporcionem racionalem inter corpus et animam, vel animam esse partem quantitativam ac quiditativam formaliter sui compositi. Ymmo, equivocando in nomine corporis, concedi potest quod multitudo beatorum angelorum, sicut fuit ecclesia ut est modo, sic fuit corpus Christi misticum, et ita eadem ecclesia habuit aliquando unam quantitativam medietatem, non mole sed numero; que fuit numerus angelorum, et alia medietas fuit numerus hominum eciam secundum naturam corpoream.

Objection: 1. The Church would have a quantitative relation to the number of the blessed.

Answer: The Church has such a relation of number, though not of mass;

one half is composed of angels and one of men.

B 2 Secundo obicitur per hoc quod iuxta dicta de quiditate ecclesie omnia que fuerunt vel erunt sunt

5. A in marg.: Prima obieccio. 13. A B in marg.: Responsio. 30. A in marg.: Composicio sancte matris in ecclesie et parcium proporcio (Below 137$^{d}$).

3. Ad cap. III. cf. Hus Opp. I. Fol. 199$^{b}$, 205$^{b}$ etc.

2. Objection: If we are right, all things past and future would be present to God.

tempore suo Deo * presencia, cum aliter non com- 138[a] B
poneretur ecclesia ex omnibus electis presentibus, preteritis et futuris. Sed conceditur conclusio, ut concedunt sancti concorditer; unde sanctus Thomas, De Christo, conclusione octava, articulo III°, vere dicit *quod corpus hominis ecclesie constituitur ex hominibus qui fuerunt a principio mundi usque ad finem eius.*

Answer: All the Saints agree that they are so present.

Et Chrisostomus In Imperfecto, Omelia XLVI[a], exponens illud Matthei XXIII°, 34: *Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes,* ostendit ex fide scripture quod *oportet duas generaciones ab Adam usque ad finem mundi concurrere, scilicet generacionem iustorum que est sancta mater ecclesia et corpus Christi, et generacionem perversorum que est ecclesia malignancium et corpus diaboli. Omnium,* inquit, *iniquorum persecutorum et homicidarum a Caym usque*

All the wicked make one generation;

*ad finem mundi una generacio est: et si non omnes tempore uno, omnes tamen filii sunt persecutoris et homicide illius Caym.* Ideo alibi dic't: *Amen dico vobis, non transibit generacio hec, donec omnia fiant. Et illam generacionem demonstrat Christus, quando dicit de presenti: Ecce ego mitto ad vos sapientes et scribas, licet enim Caym persecutor Abel mortuus est, tamen facti sunt gigantes, persequentes filios Seth. Ecce Caym transiit, sed generacio ipsa stetit. Perierunt tercio gigantes in diluvio, sed nati sunt ex Caym Cananei et cetere gentes, persequentes filios Sem. Cananeis mortuis quarto successerunt alieni-*

1. B: de presencia. 3. A B in marg.: Responsio. 4. A in marg.: Sanctus Thomas. Nota de generacionibus bonorum atque malorum. (Above 138[a] without mark of reference.) B in marg.: Affirmat sanctus Thomas ampliacionem verbi ut videtur. 8. A B in marg.: Crisostomus. 9. In codd.: Omelia XXIX. 11. B: Adam deest. 24. A in marg.: Persecucio ecclesie sancte ab ecclesia malignancium. B in marg.: Commixcio generacionis prave cum benivola generacione Jesu Christi.

5. Thomae Opp. tom V, pag. 51. 8. Opus imperfectum (incerti auctoris); Homil. XLV. Chrysost. Opp. (ed. Bernardus de Montfaucon) tom. VI, pag. CXCIII. E. 15. Op. imp. l. c. pag. CXCIV. E.

B 138ª *gene, persequentes Iudeos, quinto conversis quibusdam gentibus ad Christum surrexerunt perfidi Iudei genere, martires persequentes christianos, et post ipsos sexto surrexerunt heretici quidam gentiles in eodem genere, martires persequentes; septimo insurrexerunt heretici, ecclesiam persequentes, octavo gentiles quoad modicum uniendi, qui licet sint nominetenus clerici, tamen sunt discipuli Antichristi.* Sicut ergo ex omnibus istis fit una generacio quoad mores, sic est una generacio iustorum, succedens cum ista quam oportet prosperando procedere. Et iste due generaciones sunt due civitates secunde ecclesie vel duo corpora, Christi et Antichristi; que Augustinus, Gregorius et alii sancti ex fide scripture ponunt concorditer. Nec aliter vere exprimetur sensus spiritus sancti de generacione huiusmodi nec de duracione ordinum vel alterius successim. Unde videtur nimis suspectum verbum modernorum dicere quod dicti sancti erant ignari logice et sequentes scripturam inciderunt in hereses manifestas.

and so do all the righteous.

C 3 Tercio obicitur per hoc quod, sicut institucione humana preficiuntur reges, domini seculares et alii officiarii quoad seculum, sic et clerici constituuntur ordinacione humana partes ecclesie. Oportet ergo sumere ecclesiam in significacione vulgari, concedendo quod predestinatus excommunicatus fit non membrum ecclesie, prescitus autem in gracia est verum membrum ecclesie, quia aliter nemo assumeret sibi nomen ecclesiastici nec quisquam
138ᵇ crederet suo proposito in quantum huiusmodi. *

3. Objection: As lay rulers are humanly appointed, so are the officers of the Church.

Hic dicitur (ut supra) quod ecclesia dicitur dupliciter, scilicet vere et pretense. Vere, quod est vere corpus Christi et sponsa eius; pretense, quod viantes reputant corpus Christi, licet sit sinagoga sathane.

Answer: We must distinguish between the true and the apparent Church.

3. B: genere martires deest. 4. B: heretici deest. 6. 7. B: quoad modum. 8. A: cum sunt. 17. A A₁: verborum. 23. A: summere. 25. B: sit non. 29. B in marg.: Responsio. ib. Duplex de ecclesia. 30. A in marg.: Ecclesia < vera / pretensa (Above 138ᵇ without mark of reference).

The true Church obeys only the ordinance of God.

Primo modo loquendo de ecclesia solum subest ordi- 138[b] C nacioni Dei eterne vel Christi instituere eius partes. Sicut enim rex terrenus ordinat temporaliter regnum suum, sic rex celestis ordinat eternaliter regnum suum, cum *regni illius non erit finis* (ut patet Danielis VII°, 14 et Luce I° 33). Alii autem iuvant vel persequuntur regnum illud quod est ecclesia secundum quod Deus eternaliter ordinavit. Et sic loquendum est de ecclesia vera et de ecclesia pretensa vel mixta; sed de prima est nobis sermo.

The foreknown as well as the predestinate may hold ecclesiastical office.

Conceditur tamen quod ordinacione humana clerici constituuntur in officiis ecclesiasticis tam predestinati quam presciti, sed ordinantes eis talia officia non habent potestatem ordinandi quod sint membra vel partes vere ecclesie. Ulterius conceditur quod predestinatus quantumcunque fuerit in mortali non desinit esse membrum vere ecclesie, licet excommunicacione pretensa ponatur nominetenus extra temporalem ac corporalem communicacionem pretense ecclesie. Unde Ricardus de Sancto Victore in quodam tractatu De Potestate Clavium qui sic incipit: "*Quodcunque ligaveris*" *Membrum*, inquit, *Christi potest dici homo secundum geminam consideracionem, aut secundum predestinacionem aut secundum habitudinem. Secundum predestinacionem potest quis membrum Christi esse et necdum caritatem habere. Juxta namque domini testimonium: Refrigescet caritas multorum. Secundum ergo hanc accepcionem contingit hominem esse membrum Christi et adhuc vinculo debite dampnacionis teneri; secundum habitudinem autem membrum Christi dicitur, quando in se habet hoc, unde hoc ipsum efficitur. Sed numquid membrum Christi*

2. Instituere corr. $A_1$: A B: iusti cure. 15. A B in marg.: Conclusio. 20. A B in marg.: Ricardus.

22. Richardi S. Victoris opp. (ed Migne) pars sec. pag. 1172, cap. XIX tract. De potestate ligandi et solvendi. 27. Matth. XXIV, 12.

C 138[b] *caritas illa facit que ad tempus inardescit et in momento refrigescit? Absque dubio qui perseverantem caritatem nunquam accipiunt, nunquam de veris illis Christi membris fuerunt qui corporis eius integritatem perficiunt. Secundum quandam accepcionem tamen possumus et solemus caritatem transitoriam habentes membra Christi dicere propter membrorum ipsius conformitatem quam ad tempus videntur habere.*

D *Sed ut a pie querentibus omnem scrupulum amoveamus, dicimus quod triplici modo membrum Christi dici solemus: predestinacione, preparacione, concorporacione. Predestinacione, quando ad vitam divinitus preordinatur; preparacione, quando paganus vel falsus christianus veraciter compungitur et ad veritatem ac caritatem inbuitur; concorporacione, quando ille per corporis ablucionem, iste per sacerdotis absolucionem ecclesie Christi conformatur. Primum agitur proposito divine voluntatis, secundum proposito proprie deliberacionis, tercium vero officio sacerdotis. Ex corporali advertere possumus quid de spirituali edificacione sentire debeamus. Ecce de silva lignum eligitur; ut in edificio ponatur, postea* 138[c] *dolatur, et admodum formam congruam *dolando preparatur, ad ultimum edificio connectitur et ipsi debite in loco coaptatur. Ecce quomodo unum denique lignum fit edificii membrum: primo sola eleccione, secundo preparacione et tercio compaginacione. Sic sane multi iam sunt membra Christi predestinacione, necdum tamen preparacione; multi vero preparacione, sed necdum tamen concorporacione. Augustinus cum adhuc infidelis esset, secundum predestinacionem*

Three ways of being a member of Christ; by predestination, by preparation, by concorporation.

4. In codd.: que corporis. 11. A B (man. rec.) in marg.: Membrum Christi (B add.: ecclesie tripliciter): predestinacione / preparacione / concorporacione (Below 138[b]); B man. recent. in marg.: Membrum scilicet secundum habitudinem eius. A B in marg.: Triplex membrum; A in marg.: Nota. 20. B in marg.: Exemplum. 26. A: In cod.: lignum sit. 29. A B in marg.: Exemplum.

*membrum Christi fuit, conformiter preparacione membrum Christi extitit, cum corde credens et devocione fervens ad baptismum festinavit. Baptizatus vero et ecclesie consociatus membris Christi concorporatus fuit.* Et istam sentenciam docet Augustinus, tercio De Doctrina Christiana, cap. XXXII°: *Non enim re vera corpus domini est quod cum illo non erit in eternum. Ypocrite,* inquit, *non solum in eternum, verum eciam nunc non cum illo esse dicendi sunt, quamvis in eius esse videantur ecclesia.* Et idem dicit Chrisostomus In Imperfecto, Omelia IX[a]: *Qui Dei fuerunt perire non potuerunt, quia de Deo nemo rapere potest.* Et eadem est sentencia sanctorum doctorum qui se ipsos intelligunt in ista materia; nam aliter fides scripture foret falsa, cum Joh. X°, 27, 28, dicit Christus: *Oves mee vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam eternam do eis, et non peribunt in eternum, et non rapiet eos quisquam de manu mea.* Et post probat ex immensitate doni patris (quod est spiritus sanctus) quod nemo potest hoc facere, quia pater suus est omnipotens de cuius manu nemo potest quidquam eripere. Sed Christus et pater suus unum sunt cum spiritu sancto qui est donum suum; quo sibi copulatur ecclesia (ut patet cap. X). Ergo nemo potest oves suas de manu eius eripere. Ipse enim eternaliter elegit quodlibet membrum ecclesie in sponsam; ergo sicut nemo potest desinere esse predestinatus, sic non est possibile quod aliquod membrum sponse sue deserat vel expellat, quia (ut dixi superius) tunc persona eligens foret improvida vel ingrata.

138[c] D

a

That only is a part of the Lord's body which will remain with Him for ever.

The predestinate cannot cease to be such.

1. Codd.: Conformitatis. Correxi. 5. A B in marg.: Augustinus. 11. Imperfecto sc. opere. A in marg.: Predestinatum membrum Christi non potest cessare tale membrum. ib. A B in marg.: Crisostomus.

6. Aug. Opp. tom. III, pars 1, pag. 58. 11. Opus imperfectum in Matthaeum. Hom. IX, l. c. pag. LXI. E. 19. Joh. X, 29.

E b Secundo confirmatur idem ex fide scripture I° Joh. II$^{a}$ 138$^{c}$ 19, ubi sanctus evangelista loquitur de prescitis qui ad tempus manserunt in gracia. *Si*, inquit, *ex nobis fuissent, permansissent utique nobiscum.* Non enim sapit quod ista condicionalis tam alti evangeliste sit impossibilis et heretica.

The foreknown cannot continue in grace.

c Tercio confirmatur ex dicto apostoli Rom. VIII°, 35, ubi loquens de se et aliis membris ecclesie palam asserit quod nulla creatura poterit eos separare a caritate que est numerus fundatus in Christo Jesu colligans membra sua. Ideo dicit eodem capitulo, 9°, *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen* 138$^{d}$ *spiritus* * *Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Et intelligit quod ille non est pars sui corporis.

St. Paul says that nothing can separate us from the love of God.

Et si obicitur per hoc quod prescitus existens in caritate habet hoc vinculum, et per consequens, unionem, sicut predestinatus existens in crimine caret hoc vinculo, et per consequens, unione: patet quod, sicut in humano corpore est dare humidum fluens et humidum radicale, sic in corpore Christi mistico est dare graciam secundum presentem iusticiam et graciam consummatam. Unde sicut apostemata per humidum fluens sunt adnata, non continuata propter disparitatem nature: sic est de membris diaboli, licet pro tempore secundum presentem iusticiam sint adnati. Predestinati autem licet ad tempus priventur fluente gracia, habent tamen radicalem graciam a qua non possunt excidere, et sic habentes duplicem graciam duplici vinculo sunt ligati. Ligamentum tamen primum est insolubile.

It is objected that this applies to the foreknown who is for the time in charity;

but the foreknown are not parts of Christ's body, but excrescences.

3. $A A_1$: per tempus. 9. B: eos deest. 10. B: minus fundatus. 16. A B in marg.: Obieccio. 19. B in marg.: Solucio. ib. Predestinati quomodo sunt in ecclesia et quomodo presciti qui sunt ad tempus in gracia. B in marg.: man. rec. Nota de predestinatorum et prescitorum natura pulcra. 22. A in marg: Gracia < consumata / secundum presentem iusticiam. 26. 27. B: Predestinati autem. Cod. $A_1$ habet: vero (Sic eciam in Hussi tractatu leges. Opp. I, $204^{b}$). 30. B: Ligamentum cum.

Sic ergo videtur mihi quod sentencia sanctorum de 138a E membris vere ecclesie sit pernecessaria hodie, sicut fuit tempore sinagoge. Sicut enim tunc sacerdotes pretensi dixerunt repugnare promissioni divine quod ipsi vel possessio eorum pereat, sicut recitat Jeremias VII°, cap. 4: *Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes templum domini, templum domini, templum domini est*, sic et modo videtur quosdam prepositos particularis ecclesie qui pretendunt se ex fide convincere quod ipsi capitaliter regant Petri naviculam, sic quod ipsa potest fluctibus seculi concuti sed non mergi. Et sic implicant se ex predestinacione divina non posse dampnari nec temporalia posse a sua ecclesia spoliari, sed de necessitate salutis oportet omnes alios christianos eis subici et tamquam capitales in dominacione seculari ac spirituali omnium bonorum ecclesie dominari. Unde, sicut sacerdotes Aaronite dixerunt quod *non peribit lex a sacerdote neque consilium a sapiente neque sermo a propheta* (ut dicitur Jeremie XVIII°, 18), sic videntur dicere hodie quod pretensa et particularis ecclesia sit tripliciter stabilita, scilicet Christi promissione, fulcimento legis ecclesie que equivalet fidei christiane, et multorum sapientum constipacione.

There are prelates who say that the safety of the Church is due to them.

Sed utinam considerarent, primo quod nec locus a F nec eleccio humana facit membrum ecclesie sed predestinacio divina respectu cuiuscunque qui perseveranter Christum sequitur in caritate et relinquendo omnia temporalia moritur penaliter in defensione legis sue. Secundo considerarent cum formidine conversa- b cionem suam, quomodo vite capitis conformantur, quia ex fide debent credere quod nec sunt vel membrum ecclesie, nec illi sunt quibus facta fuit promissio, nisi relinquendo omnia usque ad mortem penaliter secuti

They should consider that no office can make a member of Christ;

and reflect whether their life is conformed to that of their Head.

4. Codd: repungnare. 10. A in marg.: Nota de papa. 25. AB in marg.: Triplex consideracio. A $A_1$: nullus locus vel leccio. Hus: nullus locus vel eleccio. B in marg. man. rec.: Nec locus nec eleccio facit predestinatum.

F c fuerint dominum Jesum Christum. Tercio vero con- 138d fidant in suo humili ministerio ecclesie et non in fastu 139a vel questu seculi, cum solum sic * humilibus promittitur celestis hereditas. Deus enim non potest promittere regnum alicui christiano nisi sub tali condicione tacita vel expressa, ut pertinenter innuitur I° Reg. cap. II° de Hely, et alibi sepius in scriptura. Et utinam nostri prelati ad sentenciam istam attenderent.

They should rely on humble ministry, not on worldly splendour.

Quarto obicitur per hoc quod non docetur efficaciter, quando quicunque sit membrum ecclesie qui est in gracia secundum presentem iusticiam, specialiter cum sanctus Thomas dicit hoc expresse, et idem videtur sequi ex dictis Ricardi de Sancto Victore. Aliter enim nemo absolveret prescitum nec incorporaret penitentem per misterium sacramentorum ecclesie, et sic titubaret fides sacramentorum tam ex incertitudine ministri quam ex ignorancia predestinacionis ministrantis. Hic dicitur (ut supra) quod quicunque vocaverit prescitum in gracia membrum ecclesie, equivocat cum Augustino de scriptura sacra, attendens ad modum loquendi vulgarem et reputacionem ecclesie militantis. Ideo detecta equivocacione expressi superius sentenciam sancti Thome. Et idem videtur Ricardus sentire quod, sicut predestinatus, in quantumcunque magno mortali, manet continue membrum Christi, sic prescitus absque gracia predestinacionis quantumcunque magnam graciam momentaneam habuerit non remanet eius membrum. Sic enim si foret paterfamilias, cedens lignum de silva quod ordinat aliquantulum expoliri, sed composicionem domus sue nunquam ingredi, non vere diceretur, vel quod ipsum lignum preparaverit in partem domus,

4. Objection: It is impossible to know who is a member of the Church,

and this discredits the Sacraments.

Answer: In one sense the foreknown may be members of the Church.

9. A in marg.: Quarta obieccio. 12. B: ideo videtur; 13: Ricardi deest. 16. B: tutubaret. 17. 18. $AA_1$: predestinacionis ministri. B: ministrati. 19. A in marg.: Responsio. Presciti et predestinati quomodo sunt in ecclesia. 23. A: iterum videtur. B: Ricardus deest. 25. A in marg.: Conclusio. 28. A in marg.: Exemplum.

11. S. Thomas et Richardus de S. Victore loc. cit.

vel quod unquam fuerit pars domus huiusmodi, quia 139$^{a}$ F sic quelibet domus materialis foret nimis magna, habens in composicionem sui omnes materiales substancias que sunt in potencia fieri eius partes. Sic videtur quod domus mundi excidens de massa humani generis quosdam ad ignem perpetuum, quosdam ut sint postes vel alie partes perpetue in domo domini, nec ordinavit nec futurum erat, ut comburendi forent pars ecclesie, quantumcunque politi fuerint ad tempus, sed finaliter reprobandi. Aliter enim diabolus et omnia membra eius forent pars domus domini. G

But in that sense the affirmation does not affect our proposition.

Et si dicatur quod Christus habet pro statu viacionis secundum presentem iusticiam tugurium estivale cuius omnes tales sunt partes, tamen cum pro tempore ipsos inhabitat, nihil proposito nostro de illo tugurio, quia limitatur nobis sermo de sancta matre ecclesia, sponsa Christi, quam ordinavit perpetuam reginam, eternaliter secum mansuram, sine macula vel ruga, ut loquitur apostolus Ephesiis V$^{o}$, 25, 27: *Christus*, inquit, *tradidit semetipsum pro ecclesia, ut ipse sibi exhiberet ecclesiam gloriosam, non habentem maculam neque rugam.* Et de illa dicit sanctus Thomas, De Christo, conclusione VIII$^{a}$, articulo III$^{o}$, quod *ille est ultimus finis ad quem producitur sancta mater ecclesia per passionem Christi pro statu patrie, non autem pro statu vie; in quo si dixerimus, quia peccata non habemus, nos ipsos seducimus; et veritas in nobis non est* (ut dicitur I$^{a}$ Johannis I$^{o}$ cap., 8). Unde miror quo spiritu nos qui sumus pregravati macula mortalis peccati et ruga ve*nialis presumimus 139$^{b}$ sine revelacione speciali frontose asserere quod sumus membra illius ecclesie. Et si dicatur quod ista non sunt verba sine racione, arguitur ex principiis fidei

12. A in marg.: Ficcio. 23. A in marg.: S. Thomas. 26. B: non aut. 30. Codd.: venali. 31. B: asserunt.

15. Cf. Thomae Opp. tom. V, 51, 52. 25. S. Thomas: Unde hoc erit in statu patriae, non autem in statu viae.

G 139$^{b}$ scripture quod impossibile est quemcunque prescitum quantumcunque magna gracia ad tempus prepolleat esse membrum sancte matris ecclesie.

Christ cannot cease to love his spouse nor any of her members;

Nam impossibile est Christum unquam non diligere sponsam suam vel aliquam eius partem, cum necessario ipsam totam diligit ut se ipsum. Sed impossibile est ut aliquem prescitum sic diligat, ergo impossibile est ut aliquis prescitus sit membrum illius ecclesie. Pro probacione antecedentis suppono hoc famosum principium aput theologos quod Deus non potest quidquam de novo cognoscere sive diligere. Patet per beatum Augustinum VI° De Trinitate XXVII° et eciam philosophica racio contestatur idem concorditer. Unde doctor profundus, libro primo, correlario XXIII$^{i}$ capituli pulcre declarat quod *Deus nullum noviter diligit neque odit, nec magis aut minus una vice quam alia, nec preces aut quecunque merita bona vel mala flectunt aut mutant voluntatem divinam in minimo huc aut illuc, et quod omnem salvandum aut dampnandum, premiandum vel puniendum sub quocunque gradu voluit ab eterno salvari vel dampnari, premiari vel puniri, sub eodem gradu semper vult precise, et hoc nedum voluntate condicionali vel indeterminata, sed ita absoluta et determinata, sicut vult in presenti vel in finali iudicio aut post volet.* Patet ex hoc quod Deus non potest incipere vel desinere quidquam intelligere nec actum voluntatis elicere, tum quia est immutabilis, tum eciam quia tunc noticia aut volucio divina dependeret ab extrinseco plus quam nostra.

2. A in marg.: Nota bonam racionem. 3. A in marg.: Arguitur quod impossibile est prescitum esse membrum ecclesie sponse Christi. (Above 139$^{b}$ without mark of reference.) 10. A in marg.: Supposicio. 12. A in marg.: Augustinus. 12. Recte XIV, cap. XVIII, cf. Opp. Aug. VIII, pag. 959 cf. et lib. VIII, cap. XII. B: ideo contestatur. 13. B in marg.: Bradwardyn. 16. B: nec partes aut. 22. B in marg.: Probat prescitum non esse partem ecclesie.

14. Doctor profundus; this is the distinguishing name of Thomas of Bradwardine, the wellknown theologian et mathematician. He was confessor of Edward III and archbishop of Canterbury, and died 1349.

Otherwise Christ would not be truly married to the Church.

Ex istis videtur quod Christus semper diligit totam 139b H ecclesiam ut se ipsum, quia aliquando sic diliget, scilicet post diem iudicii, quando regnabit cum eo (ut patet ex processu Cantici Canticorum). Aliter enim non foret verum matrimonium ex caritate perpetua Christi consencientis ad divinas nupcias, nisi sponsus qui est una persona cum sponsa ipsam diligat ut se ipsum. Exemplar enim oportet habere summum gradum denominacionis, quam exemplatis communicat, et hinc Ephes. V°, 25, 28, dicitur: *Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam et semetipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, mundans illam lavacro aque in verbo vite, ut ipse exhiberet gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi, ut sit sancta et immaculata. Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua.* Ex ista fide scripture de sancta matre ecclesia patet cum dicto correlario quod debet semper diligere totam sanctam ecclesiam sicut diliget post diem iudicii; et per idem semper odit quemcunque prescitum, sicut unquam post diem iudicii. Cum enim Deus plene scit qualem finem quicunque prescitus cum ipso faciet et quantam penitenciam * agent quicunque predestinati 139c casuri, postmodum perpetuo Dei grati, patet quod necessario omnem predestinatum quantumcunque criminosus fuerit plus diligit, quam aliquem prescitum in quantacunque gracia fuerit temporali, quia primum eternaliter vult habere beatitudinem et alium ignem perpetuum. Testatur autem scriptura quod Deus odit peccatores, ut patet Psalmo V°, 7: *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.*

5. Objection: This opinion is not supported by doctors or the canon law.

Sed adhuc instatur quinto per hoc quod non ex- I presse fulcitur ista sentencia ex testimonio sanctorum doctorum vel textu iuris canonici, imo fingitur ad

2. A in marg.: Christus diligit totam ecclesiam sicud se ipsum. 9. B: exemplaris. 24. A in marg.: Conclusio. 29. B: Testatur aut. 32. A in marg.: Quinta obieccio.

I 139ᶜ colorandum quod omnia que fuerunt vel erunt sunt Deo presencia, et sic ad tollendum principatum Romane ecclesie fingitur quod ecclesia est corpus et homo, ubicunque sunt fideles; quod Johannes papa XXII negat et philosophia de continuacione requisita ad esse corporis. Unde nisi a signo sensibili possemus discernere qui forent ecclesiastici, non possemus hic cognoscere matrem nostram; quod tamquam maximum inconveniens confunderet religionem christianam, cum nemo tenetur diligere quod non noscit.

Hic dicitur quod ista est concors sanctorum sentencia (ut partim patuit ex dictis), nec usquam invenietur aliquem sanctum contradicere isti sentencie, si non fallor. Unde sancti doctores, fides ecclesie et iura canonica tenent illam concorditer. Nam quoad etatem ecclesie sic scribit Augustinus super Psalmo CXLII°: *Ecclesia*, inquit, *que est mulier antiqua, civitas Dei et corpus Christi, habet inicium ab Abel, sicut mala civitas a Caym.*

Answer: All doctors and saints do support it;

as Augustine, who says that the Church began with Abel.

1 Sed contra istud obicitur, primo per hoc quod angeli confirmati qui sunt principalis pars ecclesie totum genus hominum precesserunt. Item, Adam et Eva qui
2 sunt membra sancte matris ecclesie fuerunt priores filio suo Abel, non ergo sumpsit ecclesia inicium suum ab Abel.

Objection: This would exclude the angels and Adam and Eve.

K 1 Quantum ad istud, dicitur quod ecclesia nunc sumitur pro universitate hominum predestinatorum (ut in auctoritate predicta beati Augustini) et nunc pro universitate creature beate (ut patet Encheridion LVI°), et cum in equivocis non sit contradiccio, patet quod nec

Answer: The Church sometimes is used only of men, sometimes to include angels.

2. $A_1$ corrigere vult: tollerandum. 11. A in marg.: Responsio. 14. A in marg.: Triplex testamentum. 15. B: concorditer etatem. 16. A in marg.: Augustinus. 21. A in marg.: Duplex obieccio. 21. B: qui sunt membra. 26. A in marg.: Solucio. 27. A in marg.: Ecclesie equivocacio. 29. In codd.: Encheridion XLI. Correxi.

19. Aug. Opp. tom V, pag. 1589. 29. Aug. Opp. tom VI, pag. 217.

verba nec sentencia Augustini contradicit supradictis 139[c] **K** de totali ecclesia. Et ita civitas Dei tempore vel natura precessit civitatem diaboli, cum angeli stantes pro primo instanti mundi erant civitas Dei quodam modo imperfecte, mali autem angeli non erant de civitate diaboli ante peccatum quod post fuit, et prius erant extravagantes presciti ad dampnandum ac excommunicandum se ipsos instituendo sese civitatem superbie; alios autem ex humili subieccione constituit Deus sibi in civitatem gloriosam quam semper inhabitat.

Abel was the first to lead a perfect life, so in dignity he has the first place.

Ad secundum obiectum conceditur quod parentes Abel **2** prius erant imperfecte de ecclesia, sed ille fuit primus hominum qui consumavit viacionem perfectam incorporatus quoad perfeccionem beatitudinis, et sic dicitur quoad dignitatem totum genus suum precedere, unde quoad etatem ac unitatem ecclesie ponitur ista sentencia in decretis XXXII[a] q. IV, *Recurrat*, sub auctoritate beati Augustini notabiliter in hiis verbis: *Ecclesia que peperit Abel, Enoch, Noe* * *et Abraham, ipsa peperit Moysen* 139[d] *et prophetas tempore posteriores ante domini adventum, et que istos, ipsa et apostolos et martires nostros et omnes bonos christianos. Omnes enim peperit qui diversis temporibus nati apparuerunt, sed societate unius populi continentur. Tamquam eiusdem civitatis cives labores peregrinacionis experti sunt, quidam autem nunc experiuntur et usque in finem ceteri experientur.*

Et correspondenter loquitur de ecclesia malignancium: **L** *Que*, inquit, *peperit Caym, Cham, Ysmahel et Esau,*

11. A in marg.: Ad secundum. 12. A in marg.: Nota qualiter ecclesia sumpsit exordium ab Abel, cum tamen angeli Adam et Eva precesserint, qui sunt priores partes ecclesie quam Abel. (Below 139[c] without mark of reference.) B in marg. man. rec.: Ecclesia est unica eternaliter. 18. A in marg.: Ecclesia quid est. 19 $A_1$ in marg.: Nota Augustinus in hoc capitulo nullam facit mencionem de predestinacione nec de prescitis, ergo racionem non habet ad propositum. 24. In decret.: Et eiusdem. 28. A in marg.: Nota continue infra de ecclesia, de prescitis et de predestinatis. (Above 139[d] without mark of reference.) Ib.: Ecclesia malignancium.

17. Decreti sec. pars, causa XXXII, q. IV, cap. II.

L 139[d] *eadem ipsa peperit Datan et alios in eodem populo similes, et que istos, eadem ipsa Judam, pseudoapostolos, Simonem magum et ceteros usque ad hec tempora pseudochristianos pertinaciter obduratos, sive sint permixti sive aperta precisione dissenciant.*

Et post exponit quomodo allegorice docetur in historia veteris testamenti quomodo *boni quandoque pariunt bonos, ut Jacob duodecim patriarchas, mali autem quandoque pariunt bonos, ut ancille Rachel pariunt Jacob filios, mali autem quandoque pariunt malos, et boni malos, ut patet de Ismahel, filio Abrahe et ancille.* Et postmodum declarat quod *palea nullo modo potest converti in frumentum sicut nec caro in spiritum, sed presciti omnes ab illa ecclesia que triumphans est sine macula vel ruga semper divisi sunt.* Et sic patet ex testimonio sanctorum Augustini, Crisostomi et decreti quomodo est unica sancta mater ecclesia a principio mundi que eternaliter et impermixte amplexata est a sponsi dextera post diem iudicii. Unde, supposita ad istum sensum unitate sancte matris ecclesie, manifestum videtur quod nullus prescitus sit membrum illius ecclesie; nam solum illa est mater ecclesia pro tempore vie que coronabitur, nec habebit hic alias partes quam habebit post diem iudicii. Sed illa mater nostra post diem iudicii, quando erit sine macula vel ruga, non habebit prescitos sed solum predestinatos partes suas; ergo et modo. Assumptum patet de una sancta matre ecclesia que inutiliter serviret hic sponso, nisi post laborem eternaliter coro-

The Saints testify that there is but one holy mother Church,

of which none that is foreknown is a member,

4. In decret.: in affeccione carnali pertinaciter. 6. A in marg.: Generacio ecclesie. 9. B: pariunt malos. 13. B in marg. man. rec.: Palea nunquam vertetur in frumentum sicut corpus in animum. 16. A $A_1$: de testimonio. 17. B: unica $t^1$ sancta. 24. 25. A $A_1$: Sed — iudicii deest.

6. Aug. l. c.: In omnibus enim christianis (fratres adtendite) aut per malos nascuntur boni aut per bonos nascuntur mali aut per bonos boni aut per malos mali . . . .

netur. Et hec eadem unica que in via fuit sancta 139[d] L ceclesia catholica. Non enim potest fingi quod decreta et sancti doctores loquuntur de alia sancta ecclesia catholica quam de illa, sic quod solum manebit una sancta ecclesia catholica usque ad diem iudicii, et post quando reciperet perfeccionem ultimam extinguetur vel in plures ecclesias dividetur, quia ut Augustinus dicit III° De Doctrina Christiana cap. XXXII°: *Illi qui in die iudicii statuentur a sinistris ut edi (sicut patet Matthei XXV°, 41) nunquam erant de corpore domini, sed continue membra diaboli.* Tale, inquam, aggregatum non foret sancta mater ecclesia sine macula vel ruga, quia per idem foret maledicta ecclesia malignancium, sedes sathane et meretrix adulterantis diaboli.

or the Church would not be without spot or wrinkle.

Ideo notet adversarius que sit illa mater ecclesia de M cuius unitate leges, * sancti doctores et ecclesia sic 140[a] loquuntur et videat si membrum illius sit quivis reprobus. Nam in extravagante Bonifacii VIII[vi] suadetur multipliciter ex scriptura quod tantum est una talis ecclesia (ut patet cap. II), et idem exprimitur in decretis XXIV[a], q. I, *Loquitur,* cum concordanciis legum atque doctoribus.

Non ergo est nova ficticia sic loqui de unitate ecclesie, nec dubium quin sit illa que post diem iudicii erit regnum celorum, celestis Jerusalem et sponsa Christi (ut supra meminit Augustinus). Ex istis sequitur (ut sepe repecii) quod nimis magna foret presumpcio quemquam sine formidine vel revelacione asserere quod sit membrum illius ecclesie. Nam nemo nisi predestinatus et sanctus tempore suo sine macula vel ruga est

Hence it is presumption to assert oneself to be a member of the Church.

8. A in marg.: Augustinus. 11. A in marg.: Nota. 15. B: Igitur notet. 15. A in marg.: Vis racionis. 20. In codd.: X. 23. A in marg.: Ecclesia. 26 A in marg.: Conclusio. 28. B in marg.: Nemo audet se dicere membrum ecclesie.

18. Scil.: Unam sanctam. Vide supra pag. 25, l. 26. 21. Decreti sec. pars, causa XXIV, q. I, c. XVIII.

M 140a membrum illius ecclesie. Sed nemo sine formidine vel revelacione assereret quod sit predestinatus et sanctus sine macula vel ruga: ergo conclusio. Unde miror qua fronte magis contendentes pro proprietate bonorum ecclesie, magis seculariter viventes, elongati a Christi conversacione et plus steriles ab execucione Christi consilii et precepti plus vendicant titulo participii illius ecclesie bona fortunii per accidens adiacencia illi ecclesie, quam fecerunt apostoli vel sancti patres priores. Numquid credimus quod sic placitantes sunt sancti sine macula mortalis vel ruga venialis? Si dicunt quod sic, desercio Christi consilii cum ocio sancti officii hos condempnat. Jus enim humanum non dat eis titulum taliter vendicandi, et ius divinum docet quod rapinam bonorum cum gaudio susciperent et que sua sunt non sic repeterent (ut patet cap. III° ex testimonio beati Gregorii). Quo iure ergo sic vendicant, cum nitendo sic illi titulo ab eodem se privant? Considerarent ergo condiciones sancte matris ecclesie, antequam redarguti ex proprio opere contra Christi consilia sic instarent.

Yet this is done by prelates, whose lives are most unlike Christ's.

N Et quantum ad dictum de Romana ecclesia, suppono quod illa dicatur sancta mater ecclesia catholica, sponsa Christi. Et patet quod illa diffunditur, ubicunque sunt fideles predestinati; unde (ut tetigi superius) Augustinus in epistola ad Dardanum cap. XI°, exponens illud Johannis XVIII°, 14, *Expedit ut unus homo moriatur pro populo etc. Cayphas,* inquit, *prophetavit quod Deus filius suos congregaret in unum. Non,* inquit, *in aliquem unum locum corporalem, sed congregavit in unum spiritum et unum corpus cuius unum caput est Christus.* Ex quo patet quod unitas sancte matris ecclesie stat in

The Roman Church may be used as a name of the Catholic Church, including all the faithful.

22. A B in marg.: De Romana ecclesia. A in marg.: Romana ecclesia est, ubicunque sunt fideles. 26. In codd. A B: cap. XVII. $A_1$ correxit in margine: XI. 27. Codd.: XIX.

27. Opp. Aug. tom. II, 690.

unitate fidei et virtutum, licet fideles quantumcunque 140[a] N varie localiter sint diffusi.

Unde beatus Isidorus, libro primo De Summo Bono cap. XIXº, ita scribit: *Sancta ecclesia ideo dicitur catholica, eo quod universaliter per omnem sit mundum diffusa.* Et Hugo, libro IIº De Sacramentis parte IIª, 2 cap. IIº: *Sancta ecclesia, id est, universitas fidelium corpus Christi vocatur.* Et istam sentenciam innuunt decreta XXIª d.: *Quamvis universe per orbem catholice * ecclesie unus thalamus sit Christi, tamen sancta* 140[b] *Romana ecclesia catholica et apostolica multis sinodicis institutis ceteris ecclesiis prelata est.* Quod probat ex illo Matthei XVIº: *Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.* Et illam ecclesiam vocat postmodum *ecclesiam Romanam, primam apostoli Petri sedem, non habentem maculam neque rugam.* It cannot be only the Pope and the Curia; Ista ecclesia non potest intelligi dumtaxat iste papa cum istis cardinalibus ac sua familia, cum ipsi cotidie recedunt et veniunt et crebrius quam alius fidelis populus sunt rugosi. Unde super isto textu sic dicit glosa: *Argumentum,* inquit, *est quod ubicunque sunt boni ibi est Romana ecclesia.* Et hoc argumentum daret plenam fidem fidelibus. Et sic intelligo decretum XXIVª, q. 1: *A recta,* ubi canon de Romana ecclesia sic loquitur: *Hec est sancta et apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia que per Dei omnipotentis graciam a tramite apostolice tradicionis nunquam errasse probatur nec hereticis succubuit.* Ubi notum est hoc

1. B: fiat in unitate. 4. A in marg.: Isidorus; in Codd. cap. XVI. 6. A in marg.: Hugo. 8. $A_1$ rectius: innuit decretum. 10. B in marg.: Ecclesia per universum orbem est diffusa. 21. $AA_1$: inquit et quod. 24. A in marg.: A recta. B in textu: Erecta. 27. B in marg. man. rec.: Romana ecclesia nunquam errat. 27. In codd.: A tempore.

3. Isidori De Summo Bono lib. I, cap. XIX, fol. 17[b] ed. Jehan Petit. 6. Hugonis de S. Victore, De Sacramentis lib. II, pars II, cap. III. Opp. pars II, pag. 417. (Ed. Migne). 9. Decr. prim. pars dist. XXI, cap. III. 23. Decreti sec. pars, causa XXIV, q. I, cap. IX.

N 140b non posse intelligi de quolibet papa et suis domesticis. Ideo glosa sic loquitur: *Quero*, inquit, *de qua ecclesia hic loquitur,* quia non potest intelligi de papa qui dicitur ecclesia, ut supra eodem, *Quodcunque,* et VII[a] q. prima: *Scire debes.* Sed certum est quod papa errare potest (ut XIX[a] dist. *Anastasius et* XL[a] dist. *Si papa*). Ideo nec ipse nec eius familia est illa ecclesia de qua hic dicitur quod errare non potest. Unde ipsa
3 congregacio fidelium dicitur hec ecclesia (ut De Consecracione d. I[a], *Ecclesia*). Et sic intelligitur dictum beati Jeronymi positum XXIV[a], q. 1. *Hec est fides. Sancta,* inquit, *est Romana ecclesia que semper immaculata permansit domino providente et beato Petro apostolo opem ferente in futurum manebit sine ulla hereticorum insultacione atque firma et immobilis omni tempore persistet.* Hic non potest intelligi quicunque papa cum suo collegio. Illi enim sunt sepius maculati et insultacione hereticorum tam ab intra quam ab extra tamquam fragilis viator concussi, ut oculata fide patet diebus nostris, cum due partes cardinalium inponunt papa nostro et fratribus eum foventibus hereticam pravitatem, cum (ut inquiunt) nedum nituntur auferre privilegia Romane ecclesie, sed quantum in eis est ipsam destruere. *Et omnis talis est hereticus* (ut patet XXII[a] dist. *Omnes,* ut patet libro VI°, tractatu de heresi). Cum ergo iuxta decreta Romana ecclesia habet primatum et dignitatem quoad Deum super omnes alias, patet quod illa est totalis ecclesia militans quam Deus plus diligit quam aliam eius partem. Et sic manifeste sequitur ex fide quod non illud collegium sed tota mater in omni gente et lingua dis-

since Jerome's description of the Roman Church applies to them only by contrast;

but must be the whole Church militant.

2. A in marg.: Nota glosam. 14. B: ferentem. 28. A: patet illa. 31. Codd. ligua.

4—11. Decreti sec. pars, caus. VII, q. I, c. VII, prima pars dist. XIX, c. IX, dist. XL, cap. VI; sec. pars, causa XXIV, q. I, cap. VI. et XIV. Non est Hieronymi. Polyc. I, 3, 6. Cf. Friedberg in Corp. iur. canon. pars I, pag. 970. 24. Dec. I pars dist. XXII, c. I.

persa sit illa sancta Romana ecclesia de qua iura 140[b] N
loquuntur cum sanctis doctoribus.

Unde ad imprimendum in nobis istam sentenciam O
in cantu ecclesie per beatos Ambrosium et Augustinum composito mater nostra sic Deum alloquitur: *Te per orbem terrarum sancta cönfitetur* * *ecclesia.* Et in 140[c]
canone misse primo et principaliter offerimus pro sancta ecclesia catholica, ut Deus dignetur pacificare, custodire et adiuvare eam toto orbe terrarum. Unde non dubium oratur pro principalissima ecclesia militante quam suppono esse Romanam ecclesiam, verumptamen inter partes eius in comparacione ad quantitatem sunt papa et suum collegium pars precipua dignitate, dum tamen sequantur Christum propinquius et deserendo fastum atque primatum serviant matri sue efficacius atque humilius. Nam faciendo oppositum sunt nidus hereticorum, apostema putridum et ydolum desolacionis cum aliis monstrosis nominibus in sacra pagina prophetatis.

The Pope and his college are chief in dignity if they follow Christ;

otherwise they are a nest of heretics.

Et ne fingam istam sentenciam, ecce decretum ecclesie De Penitencia d. I[a]: *Ecclesia,* inquit, *Christi non habet maculam neque rugam aut aliquid huiusmodi; qui ergo peccatorum sorde aliqua maculatus est, de ecclesia Christi non potest appellari. Maculam*, inquit glosa, *id est, heresim vel mortale peccatum, neque rugam, id est, scisma vel veniale.* Sed hoc credo ego cum sancto Thoma debere modificari ad statum patrie, et hic quicunque est in macula mortalis peccati, protunc deficit ab humido fluent continuante, hoc est, gracia secundum presentem iusticiam.

Objection drawn from the gloss.

Unde glosa obicit in contrarium per duo capitula, P
videlicet XXIII[a], q. IV, cap. *Forte* et cap. *Hec*

8. B: ut dignetur. 9. A in marg.: Conclusio. 24. B: inquit — rugam deest. 26. B: oportet hoc credo.

21. Decreti sec. pars, causa XXXIII, q. III, cap. LXX. 31. Decr. sec. pars, causa XXIII, q. IV, capp: XI and XV.

P 140[c] *autem vita,* ubi vere dicitur quod quamdiu sumus in hoc mundo, non deficiet nobis ruga venialis. a Et solvit tripliciter: primo quod ecclesia quandoque large sumitur, ut granum et paleam complectatur, ut in allegatis capitulis, quandoque stricte pro puro grano, ut XXXII[a], q. IV : *Recurrat,* ubi sic scribitur (ut supra tetigi): *Itaque,* inquit Augustinus, *sive intus versari videantur sive aperte foris sint, quod caro est caro est, quod palea est palea est. Et semper ab illius ecclesie que sine macula est vel ruga unitate decisus.* Vult iste sanctus dicere (ut patet ex dictis) quod impossibile est prescitum esse membrum sancte matris ecclesie vel predestinatum a maternitate illa deficere, quomodocunque secundum presentem iusticium varientur. b Secunda responsio glose est quod aliud est esse de ecclesia et aliud esse in ecclesia, ut patet XXIII[a], q. IV: *Vasis ire* et supra exposui. c Tercia responsio distinguit de quadruplici habitudine viantis ad sanctam matrem ecclesiam. Quidam autem sunt in ecclesia nomine et re ut obedientes catholici, quidam nec re nec nomine ut pagani, quidam nomine tantum ut presciti ypocrite, et quidam re licet videantur nomine esse foris ut predestinati, quos satrape videntur in facie ecclesie condempnare. Ecce decretorum concordia sentencie supradicte. Unde videtur nimis blasphema heresis papam vel collegium suum credere quod in quantum eliguntur in illo officio tenent primatum tocius ecclesie. Oportet enim quod sint filii imitacionis in moribus parentum quorum

Answer: a The Church means sometimes the visible Church mixed of good and evil.

b To be in the Church is not be of the Church.

c. Men's different relations to the Church.

3. A in marg.: Triplex solucio. 5. B in marg.: sint quod caro est, quod palea est. 14. A in marg.: Ecclesia Christi sponsa. Nota. 16. A in marg.: De ecclesia esse, in ecclesia esse, quid est. 17. A: Vasis enim. 20. B: et — nomine deest. 26. A in marg.: Conclusio. Eleccio pape vel cardinalium non facit eos primatum tenere in ecclesia sed imitacio sancta.

6. ibid. XXXII, q. IV, cap. II. 17. Decr. sec. pars, causa XXIII, q. IV, cap. XXIII.

pretendunt se gerere vicariam potestatem. Aliter enim P sunt de * generacione pessima meretricis diaboli. Gene- 140d racio enim sunt Christi, neque constat ex sanguinibus ut in propagacione naturali neque ex voluntate carnis ut in electis nude ex affeccione carnali neque in electis pro pompa seculi que nascitur ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt tamquam filii imitacionis per graciam adoptantem et tunc ex condicione generis patrizabunt.

The faithful have a sufficient knowledge of the Church, although an imperfect one.

Tercio dicitur ad obiectum de noticia matris nostre Q quod satis cognoscitur a fideli: est enim dare noticiam distinctam et confusam et utraque potest subdividi, quoad personam vel circumstanciam, quoad sensum vel intellectum, quoad fidem vel racionem. Si enim cognosco caput ecclesie et tamen ipso ostenso michi nude in specie humana nescirem ipsum ab alio discernere.

Knowledge not going beyond belief fits our state here.

Unde, cum fide ambulamus et vivimus, consonum est quod nos quasi modo geniti infantes confuse in velamento fidei habeamus noticiam matris nostre: sic enim nec prescitos reprehendimus nec predestinatos extollimus viciose, sed correspondenter ad noticiam tam membra matris nostre quam infideles sibi et nobis inimicos diligimus; illos autem quos videmus vivere secundum legem Dei reputamus esse filios regni, et sic de aliis habemus maiorem evidenciam, de aliis minorem. De illis tamen nunc credimus quod sunt membra matris nostre vel meretricis opposite plus quam fide. Unde, quesito a me de quacunque persona vel populo conversante nobiscum utrum sit membrum matris nostre, sic quod videndo ipsum videamus parcialiter matrem nostram, dico quod ego ignoro sed reputo vel suppono ex modo conversandi sic vel sic, nec est inconveniens sed consonum statui vie quod ignoremus

2. A in marg.: Generacio Dei. (Above 140d.) B: sunt deest. 8. A: patrissabunt. 9. A in marg.: De noticia. 19. A in marg.: Noticiam qualem habemus de ecclesia et de partibus eius hic in via. 25. Hic locus corruptus esse videtur; fortasse legedum: tamen non credimus. 26. B: fidem. 27. A in marg.: Questio. 27. B: Unde queso. 31. A in marg.: Responsio.

Q 140[d] et nesciamus in particulari illud quod cognoscimus in communi; et illa scimus demonstracione intellectus limitati per fidem quod hec est mater nostra, licet demonstracio sensualis hoc non certificet. Unde neminem conversantem nobiscum debemus absolute contempnere sed vicia, quia ignoramus si in hoc despicimus matrem nostram et omnino sponsum ecclesie. Et ita certi sumus quod quidquid bene agimus secundum legem sponsi, in hoc honoramus et proficimus matri nostre.

and such a knowledge we have of the Church.

R Nec est difficile scire voluntatem sponsi, quia ex fide cognoscimus omne factum naturaliter vel meritorie fieri secundum beneplacitum voluntatis divine. Et sic possumus facillime voluntatem divinam cognoscere in effectu, et ita cum omnes debemus esse domestici fidei et sic de familia huius coniugii, debemus regulariter honorem sponsi et profectum sponse utrobique primo intendere, sicut exemplificat, Hugo *De Sacramentis*, libro II°, parte II[a], secundo capitulo, ex textu

Nor is it difficult for us to know the divine will,

141[a] apostoli I[a]. Cor. XII°. Quamvis enim visio * subiectatur in oculo, ipse tamen videt prius toti corpori quam sibi ipsi, et ita de quolibet membro humani corporis in tantum quod naturaliter membrum ignobilius ut brachium exponitur ad mutilacionem pro membro nobiliori ut capite, et quelibet pars naturalis integri intendit principaliter et finaliter conservacionem et bene esse suo toti. Et ita debet quilibet christianus quoad sanctam matrem ecclesiam, nullum membrum contrariando alteri sed iuvando; unde intendens prepostere proprietati commodi aspirat implicite secundum luciferinam superbiam ad honorem Deo proprium qui constituit universitates creaturarum que gracia sui finaliter ordinantur, quelibet autem pars unius tocius

which is that we should serve the Church.

11. A in marg.: Conclusio. 17. A in marg.: Hugo. 20. B: prius deest. 22. 23. A A[1]: ut brachium deest. 29. A in marg.: conclusio.

17. I have not been able to find this passage in Hugo de S. Victore l. c. but comp. lib. I, pars X, cap.VI.

creati debet plus esse gracia sui tocius quam gracia sui ipsius. Et sic omnes creature et singule sunt finaliter propter Deum: et hec est racio, quare religio christiana ordinatur amare communi vivendo mentaliter in communi. Unde Christus non potuit civiliter dominare. $141^{a}$ R

---

## CAP. V.

Objection: The Roman Church is commonly understood of the Pope and Cardinals.

Sed adhuc obicitur contra dicta per hoc quod communitas intelligit per Romanam ecclesiam papam et cardinales quibus est necessarium omnibus aliis obedire. Et sic intelligit maior pars ecclesie in tantum quod dominus Ardmacanus scribit Innocencio pape librum De Pauperie Christi tamquam capiti universalis ecclesie. Et talem stilum a maioribus et minoribus recipiunt pape communiter, ubi utrinque est verisimile quod nec papa nec suus fidelis subditus audiret talem blasfemiam, si stilus ille foret scripture sacre contrarius. Quare ergo non potest universalis ecclesia vocari quecunque universitas fidelium viatorum? A

Why may not "the whole Church" mean the whole of any body of the faithful.

Answer: Whole is used in various senses

Hic dicitur (ut supra) quod multi laborant in equivocis, loquendo de ecclesia, unde communiter universitas predestinatorum viancium vocatur universalis ecclesia tam in legibus quam in doctoribus. Et racio potest esse in hoc quod ipsi habent equivoce racionem inperfeccionis in obscuritate fidei qua filii superioris ecclesie sunt purgati. Et quod plus est: Aliqui descen-

5. A $A_1$: dominare. In vigilia Pentecostes. 15. A: verissimile. 16 $A_1$: auderet. 19. A in marg.: Ecclesie equivocacio.

Ad cap. IV. cf. Hus, De eccl. fol. $216^{a}$, $204^{a}$, $204^{b}$, $203_{b}$, $196^{b}$, $197^{a}$, $198^{b}$, $199^{b}$, $200^{a}$. 11. Cf. Cod. pal. Vindobon. 1430, Libri septem de paupertate Salvatoris seu de mendicitate fratrum. fol. $1^{a}$—118; fol. $1^{a}$, in margine: Iste est liber magistri Adalberti Ranconis de Ericinio in Boemia. Et fuit reverendi domini Ricardi primatis Ybernie doctoris eximii sacre theologie quem ipsemet dominus Ricardus composuit contra fratres mendicantes in curia Romana ad instanciam Clementis pape VI.

A 141a dunt particularius ad gradus universalitatum, et hii vocant ecclesiam Latinorum universalem ecclesiam, hii ecclesiam Grecorum vel Hebreorum, et sic de aliis linguis aut gentibus de quarum universitate solum considerant. Et hoc contingit vel ex radice superbie vel ignorancie. Nam quidam ex fastu aspirant quod sint magnarum universitatum capita. Quod non laudo, et hinc credo quod scole que olim vocate sunt studia generalia propter doctrinam septem arcium, nunc dicuntur universitates, cum sint quasi punctus in comparacione ad primam universitatem creatam. Quandoque autem ex ignorancia quidam vocant datam 141b particularem * congregacionem universalem ecclesiam, non putantes esse ecclesiam ampliorem, ut III Reg. XIX, 18, alloquitur Helyas Deum, quoniam *ipse solus relictus est* fidelis in populo, et tamen audivit *divinum responsum* quod *Deus reliquit sibi septem millia qui non curvaverunt genua ante Baal* (ut meminit apostolus).

And commonly in too low a sense

as of Universities.

Many do not know how great the Church is.

B Sic quidam maniaci putant quod non sit fidelis in terris nisi sit eis seculariter subiectus, cum tamen stat quod sint multe gentes ignote linguis priores illis in ecclesia sancta Dei. Quando ergo doctores sic loquuntur ex circumstanciis, potest perpendi equivocacionis sue deteccio, ut vocando episcopum Romanum caput universalis ecclesie intelligitur quod sit caput tante Latine ecclesie quantam regit. Quod reputative vel suppositive potest dici de quocunque Romano pontifice cuius opera papalia ad hoc movent. Sed ne laboraverim in istis equivocis, limitavi ad universalem ecclesiam, distinctam contra particularem, que quidem universalis est unica, habens omnes alias eius partes. Nam (ut ostendi superius, cap. II) sunt multe

And some madmen think that only their subjects are in the faith.

We mean the Church truly universal

2. B: ut bene vocant. 4. de quorum: in codd. 6. 7. B: quod sicut. 21. 22. B: quod sicut; ib. B: ignote lingue. 23. A in marg.: Papa quomodo est caput ecclesie.

18. Millia virorum, cf. III Reg. XIX, 18: cf. Ad Rom. XI, 3. 4.

which Pope and Cardinals may represent if they rule rightly.

tales particulares ecclesie: ideo decreta ecclesie et 141b B sancti doctores non debent vocare illam particularem et pauperem ecclesiam sic artatam in angulo ecclesiam sanctam catholicam. Verumptamen si papa ut olim regat illam secundum legem Christi principaliter et capitaliter tam in moribus quam in dubiis decidendis, tunc cum suo collegio potest dici virtualiter universalis ecclesia in effectu. Sed hec est solum per accidens dependens ab opere et non a nudo nomine.

But only Christ can be its head;

Unde (ut dixi superius) solus Christus potest esse caput ecclesie sancte catholice. *Ipsa enim* (ut dicit Augustinus in epistola ad Dardanum) *habet solummodo unum caput;* nec movet quod respublica habet imperatorem et papam capita unum subordinatum alteri (ut exemplificat dominus Ardmacanus).

to offer a model, of spiritual and secular rule.

Nam caput tocius ecclesie oportet simul in unum exemplare tam spirituale quam seculare regnum, et cum hoc regnum ierarchie celestis ad quod officium nulla alia creatura potest attingere. Unde bene est pape, si habet a Christo virtutem ad regendum se ipsum et pauculas oves in spiritualibus, licet non blasphemet quod sit caput universalis ecclesie paris potestatis cum Christo. Nec debet eius vicarius sentire heretice quod regat parcialem ecclesiam viantem tam seculariter quam spiritualiter, dum Christus solum spiritualiter rexit utramque ecclesiam. Ideo sufficit eius vicario quod tam in temporalibus quam in spiritualibus regat spiritualiter eius iuvenculam. Nam vivendo seculariter Christus non potuit exemplare utrumque officium. Quomodo ergo eius vicarius?

The Pope has to rule only spiritually.

10. A in marg.: Solucio obiectus. Solus Christus est caput ecclesie sancte catholice. 14. B: unum scribo animatum alteri. 15. B: dominus Dardinandus. 24. A in marg.: Solucio obiectus. Papa debet spiritualiter regere utramque partem ecclesie et non seculariter. 28. A in marg.: Conclusio.

12. Cf. Opp. Aug. II, pag. 678.

C Regnum ergo imperatoris est independens
141[c] a regimine* pape et econtra. Utrumque tamen per accidens iuvat reliquum, licet prepositura spiritualis sit dignior. Regimen autem Christi respicit essenciali causacione regimen utriusque sui vicarii. Unde ne vicarii Christi inducantur in blasphemiam, usurpando ex verbis floridis honorem Deo proprium, necesse est doctores cavere ab adulacionibus et instar beati Gregorii vinum et oleum alternare. Nam secundum Commentatorem in prologo tercii Phisicorum sicut quidam assuescunt sic venenum comedere quod totum cibarium vertatur in substanciam venenosam: sic quidam sic assuescunt opinionibus falsis quod instruccioni veritatis redduntur inhabiles. Correspondenter evenit de honoribus (ut patet inferius cap...) Unde hodie non valet vocare prepositum nisi reverendissimum, sanctissimum et beatissimum, quia in quolibet inferiori gradu est dulia, sed in superlativo gradu est latria qua non est honor amplior expectandus. Correspondenter ad ista non quietatur prepositus vocari caput ecclesie militantis, sed exigit vocari caput universalis ecclesie et ecclesie tocius catholice. Utrobique tamen possunt predicta sane concipi, ut quod Deus sit in tali preposito tamquam in imagine adorandus vel secundo quod inter signandos prepositos ille sit reverendissimus, sanctissimus et tempore suo beatissimus, dum tamen nomen et meritorium ministerium correspondent; quod debet supponi in preposito reputative, non diffinitive asseri, dum tamen nec ocium nec commissum notorie contradicant.

The emperor's rule is independent of the pope.

Prelates demand undue honours.

2. B: tamen deest 4. B: Regnum autem. 7. A in marg: Contra adulatores ad papam. 10. A in marg.: Commentator. B: Nam — assuescunt deest. 15. Num. capituli deest. 18. B in marg. man. rec.: Reverendissime sanctissime cum vocatur, ydolatratur. 23. A in marg.: Sensus duplex. 25. A in marg.: Nota de titulis pape quomodo debent intelligi.

10. Commentator is the scholastic name of Averrhoës (Ibn Roschd).

The Pope may be head of the Church, as meaning the militant Church that is under his rule.

Et sic potest intelligi papam esse caput universalis ecclesie, vel in quantum ministratorie propinquius gerit ministerium Christi quem induit, vel secundo equivocando in universali, universaliori et universalissimo intelligatur per universalem ecclesiam tota ecclesia militans quam hic regit; que debet supponi extencior quam alia militans cui vicarius eius preest. Melius tamen foret inniti modo loquendi scripture et instar apostolorum vehemenciori ac humiliori ministerio totalis ecclesie propter blasphemam ydolatriam precavendam. Nam dum papa non supereminet quoad Deum, sed appreciatur honorem secularem plus opere servili ecclesie, tunc facit populum non adorare eum, sed statum communem in alio ad sui dedecus et ypocrite detrimentum. Et ita ecclesia Romana potest sumi tripliciter: vel pro ecclesia catholica (ut in fine proximi capituli), vel pro papa, vel coniunctim et divisim pro suo collegio. Sed hec duo membra postrema sunt extorta. 141c C

Objection: The Church dormant, militant and triumphant is not one body, since these parts are separate.

Secundo principaliter arguitur contra dicta per hoc quod nichil unum et specialiter non unum corpus componitur ex spiritibus in purgatorio, ex viantibus in mundo et ex triumphantibus in celo, cum continuacio et unio sint de essencia corporis, eo quod aliter periret sciencia linearum. D

Answer: Separation is no bar to unity.

Hic negatur assumptum, nec est continuacio vel unio, cum sit accidens de essencia cuiuscunque substancie; nam in quotquot partes quantitativas corpus martiris * divisum fuerit, manet durante forma idem corpus in numero, et Christus fuit humanitus in limbo et mortuus in sepulchro. Absit ergo quod credamus animas fidelium defunctorum tunc non esse partes 141d

10. AB: blasphemiam. 16. A in marg: Equivocacio ecclesie Romane ad tria. 20. A in marg.: Secunda obieccio. 22. A in marg.: Purgatorium. 24. B: unio sunt. 26. A in marg.: Responsio. 29. A in marg.: Arismetricus et geometer hec videant. (Above 141d without mark of reference.)

D 141[d] ecclesie, quando instar Abel a quo cepit ecclesia sunt secure de sua beatitudine corpori Christi insolubiliter incorporate.

*The souls of the blessed are incorporate in Christ's body.*

Unde in cantu ecclesie die Dedicacionis sic canitur:

*Rex Salomon fecit templum*
*Cuius instar et exemplum*
*Christus et ecclesia.*
*Sed tres partes sunt in templo*
*Trinitatis sub exemplo:*
*Ymma, summa, media.*
*Prima signat vivos cunctos,*
*Et secunda iam defunctos,*
*Redivivos tercia.*

Et quantum ad combinaciones parcium corporum tam eiusdem speciei quam disparium, dictum est diffuse alibi; quem ille solus inter homines per se perfecte novit numerum talium cuius sapiencia non habet numerum mensurantem.

E Et quantum ad lineas, dicitur quod licet resolvantur in attomos manent eedem, unde priorem et cerciorem noticiam habet de eis arismetricus geometro. Alia autem est racio continuacionis, unde prius considerat arismetricus de quantitate continui quam geometer, uterque tamen sicut ignorat quantitatem numeri attomorum compositi, sic ignorat eius precisam quantitatem; quadam tamen estimacione capta a sensu excedit geometer arismetricum, cum suffragio sensus cognoscit quomodo dyameter quadrati superat costam suam. Intellectus tamen ultra imaginativam percipit utrumque errorem: nam sicut in quadratis de costis nobis finitis quoad numerum punctorum contingit accipere dya-

*A mathematical digression.*

6. *Cuius*: in codd.: *Quorum*, ut habet missale Andegavense apud Daniel. l. c. *Cuius* in Sermonibus mixtis, Sermone *Propter fratres meos et proximos Psalm. CXXI* et in secunda parte Sermonum super evangelia, Sermone *Egrediente Jesu de templo ait illi, Marci XIII* leges (cf. Cod. Palat. Vindob. 3928 fol. 97[c] et fol. 157[d]). 16. quem (sic) in codd. 20. B: manet.

5. See Daniel, Thes. hymnol. tom. V, pag. 106.

metros eorum que paria puncta precise continuant, sic 141[d] D indubie quantumcunque magna fuerit figura quadrata contingit accipere dyametrum, que paria puncta contineat cum suo latere, ut capiendo dyametrum que de qualibet costa transversatili precise contineat unum punctum. Tunc precise quot sunt puncta in costa, precise tot sunt latera transversatilia, et precise tot puncta continet data dyameter. Et tamen contingit accipere aliam diametrum in cuius composicionem racione obliquacionis plura vel pauciora puncta ingrediantur. Nec scietur diffinite proporcio aut quantitas diametri respectu lateris, nisi scita quantitate numeri punctorum ex quibus componitur. Ideo querendum est de qua diametro arguens velit loqui, cum inter eadem puncta contingit accipere infinitas lineas, quarum nulla divisibiliter excedit a rectitudine racione variacionis punctorum dyametrum quantitative componencium. Et sic communiter est dyameter super qua cadit imaginacio maior costa, ut communiter dicitur in medietate proporcionis duple, sed certitudo deficit in tali imaginacione, cum error sensus in capiendo lineas corrigitur * ex subtilitate intellectus (ut alias exposui). 142[a]

Men judge each other wrongly because their minds are fixed on human law.

Sed redeundo ad materiam de ecclesia dicitur primo 1 F quod sicut sensus errat circa magnitudinem et rectitudinem linee, quia ignorat numerum punctorum ex quibus componitur, sic viantes errant circa magnitudinem dignitatis vel meriti viantis, quia ignorant numerum et mensuram in quibus verbum eternaliter disposuit ponere sponsam suam. Multi enim obliquant a rectitudine iusticie, et sensus infixi in legibus humanis hoc non percipiunt, sed intellectus considerans veritatem ac sapienciam scripture probabiliter percipit quod declinant a mandatis domini, quia solum in speculo scripture sacre discitur, tenetur et docetur sapiencia mandatorum.

The study of Scripture would make them wiser.

2 B: signa quadrata. 17. A: quantitatem. 23. A in marg.: Nota tria dicta.

Some think that Christ's Church is united as to time and space, whereas the true members of Christ are scattered.

G 2 Dicitur secundo quod propter elongacionem a vera 142[a] ecclesia et ab irradiacione luminis capitalis frequenter putatur ecclesiam Christi esse continuam quoad locum et tempus, dum tamen membra Christi et sponse per vacuitates predestinacionis et operis rarenter sunt positi. Multi enim putant totum populum et totum genus sibi succedencium esse christianos verissimos et capitales precipuos in area sancte matris ecclesie, cum tamen sunt vacuitates et membra diaboli. Sicut enim iuxta naturales et perspectivos videns silvam vel campum segetum a longinquo iudicat totum esse continuum consitum arboribus vel frumento, sic nos inperfecta fide videntes ecclesiam a longinquo, non obstante quod habeat in se arbusta sterilia atque zizania, iudicamus eam plenam fructuosis arboribus et frumento. Et ad istum sensum exponit Lincolniensis propheciam Michee VII°: *Ve*, inquit, *tanta christianismi dilatacio, tanto opere Christi et suorum mediante lege scripture elaborata, est hodie velut in brevis anguli angustia coartata. Plurimam namque mundi partem occupavit infidelitas et a Christi ecclesia separavit; de parte vere dicta christiana separavit a Christo scisma, de parte vero residua que respectu duarum prenominatarum admodum est parva et pauca (ut puto) non modicam porcionem separavit a Christo pravitas heretica, quasi autem totalitatem residui concorporarunt diabolo et separarunt a Christo septem criminalia peccata, ut iam voce lugubri plangat Christus dicens: Ve mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumpno racemos vindemie, non est botrus ad comedendum. Uvas preciosas desideravit anima mea;*

1. A in marg.: Nota quare iudicium nostrum errat circa ecclesiam. (Above 142[a] without mark of reference.) 1. 3. B: a vera — ecclesiam deest. 16. A. in marg.: Lincolniensis. 17. A in marg.: Ecclesia sancta catholica quantum sit artata. 18. In codd.: medit[te]. In codd.: qui factus. 22. Codd.: vero. 31. B: Uvas preter quas desideravit.

29. Prophet. Michaeae VII, 1. 2.

The visible Church contains more tares than wheat.

*periit sanctus de terra et sanctus in hominibus non* 142a G *est.* Nam sponsus ecclesie plus invenit de ficu fatua et vite sterili, plus de zizannia quam de lignis fructiferis et frumento. Nam vitis que solebat facere uvas, ex quibus tamquam uberibus solebat mater ecclesia inebriare suos palmites (ut superius exponitur a Bernardo) iuxta vaticinium prophete Isaie V° 2 *facit labruscas,* id est, fatuitates honoris mundani atque discordias. Ideo non restat ut quid tales terram occupant in agro * 142b dominico, nisi ut reserventur colligendi in finali iudicio et (ut dicitur Matthei XIII° 30) ad laudem ecclesie *comburendi.*

A Christian must know how to square the circle.

Dicitur tercio quod nisi christianus sciverit quadrare 3 H circulum, non est de membris ecclesie. Quadratura quidem circuli est scibilis, ut patet in Predicamentis, sed fuit in tempore Aristotelis nondum scita. Constat quidem quod figura tripunctalis ad instar trinitatis habet tria puncta supposita quorum nullum excedit reliquum sicut nec latera vel anguli, sed habent figuram et angulos utrobique. Correspondenter mistice tota trinitas personarum est parilis et nocio personarum ut latera nec non et proprietates earum ut anguli, et communem habent essenciam ubique plenariam ut figuram. Et sicut omnes illi tres anguli valent duos rectos, sic omnes tres persone divine valent ydemptice commune principium et commune principiatum. Si ergo in medio trium punctorum sit punctus positus, gerens similitudinem essencie que secundum racionem communicabilitatis distinguitur a personis, tunc figurat illud simul existens quadratum et circulus Deum nostrum qui secundum unum de viginti quatuor prophetis est circulus intelligibilis cuius centrum est ubique et circumferencia

God is said to be a circle with its centre everywhere and its circumference nowhere.

1. B: in hominibus non erit. 5. B: tanquam universalibus. 13. A in marg.: Nota de quadratura circuli. B in marg.: Quadratura circuli. 17. In codd: quod figuratur. 32. $AA_1$: cuius — intelligibilis deest.

31. This passage is not to be found in the prophets.

H 142b nusquam; iste autem simul circulus intelligibilis et quadratum secundum multiplicem racionem miserendi ecclesie constituit quadratum sensibile, quando in plenitudine temporis compaginavit quatuor elementa in quattuor humores ac quattuor complexiones et assumpsit plenum hominem quem sic fecit. Tunc enim sensibile quadratum humanitatis et circulus intelligibilis divinitatis factum est utrumque natura idem suppositum verbi Dei.

He has combined the four elements on man and has assumed the square thus made.

Et istam sentenciam inculcat sanctus et devotus doctor magister Johannes de Howdan, alloquens amorem qui incarnavit filium in hec verba: *Artem nosti, quadrantem circulum quem quadrasti, carnis quadrangulum spere Dei dans per miraculum sauciatum sanando seculum.* Isti circulo oportet hominem inniti et secundum quadraturam quatuor virtutum cardinalium incorporari, si debeat esse membrum ecclesie dicente veritate Johannis XV° 4: *Sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.* Oportet enim christianum esse Deo insorptum per amorem, sic quod tota terrestritas instar ferri vel carbonis candentis pro zelo honoris Dei, honore seculi postposito, sit ignita; in cuius signum apostoli ex doctrina Christi Luce XXII° vocarunt se in suarum epistolarum iniciis servos Dei et domini Jesu Christi, ut per hoc reprimatur in eis fastus vel dignitatis apparencia, sed in dominum suum convertatur tota dignitatis tendencia. Sed hodie prepostere de dignitate, primatu et reverencia servi fit tota intencio, de honore vero Christi vel suo con-

The Christian should lose himself in God by love.

1. B: iste aut. 2. A $A_1$: racionum miserendi ecclesie; B: miterendi ei^ce^. 6. B: que sic fecit. 8. A: utramque. B in marg.: Circulus quadratus. 10. A in marg.: J. Howdan. 11. In codd.: magister J. de Howdan. 17. B in marg.: In ecclesia esse etc. 19. In codd.: facere fructum. Correx ex Joh. XV 4. 21. B: quod nos.

11. John of Howden († 1275) was the chaplain of Eleanor, the mother of Edward I.

temptu qui stat in legis suo observancia vel despectu 142[b] I
non fit scrutinium; quod est signum evidentissimum quod tales superbi prepositi sunt extra Christum et suam ecclesiam, membra regis superbie que suam quadraturam ostentant * in figura mundi, figuram 142[c]
autem substancie divine postponendo occultant.

3rd objection: If the predestinate form one body, so must the foreknown.

Tercio arguitur contra dicta de corpore ecclesie per K
hoc quod pari evidencia qua illa foret unum corpus, et congregacio prescitorum constitueret unum corpus, consequens falsum, quia nec corpus naturale nec misticum, eo quod non foret forma uniens, nisi foret peccatum, illud autem non continuat sed seiungit.

Answer: The foreknown do form one body

Hic dicitur ex fide scripture quod omnes presciti constituunt unum corpus. Christus enim dicit Joh. VIII° 44, Judeis et principaliter sacerdotibus et phariseis qui dicebantur esse capitales ecclesie: *Vos ex patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere.* Ex quo patet quod oportet esse unam generacionem que fuit mala in vulgaribus, peior in secularibus prepositis, sed pessima in prelatis, sicut generacio iustorum secundum tres gradus oppositos eis proporcionaliter correspondet. Si ergo sit una generacio perversorum, oportet quod sit unus iniquus homo habens partes que sunt membra diaboli, et cum non potest esse membrum vel caput nisi in comparacione ad totum corpus integrum, manifestum est quod est unum corpus diaboli, sicut est unum corpus Christi. Ubi autem corpus Christi vocatur corpus misticum propter misterium celestis coniugii inter Christum et ecclesiam Christi, corpus diaboli non est sic misticum sed obscurum, cum sic coniungi diabolo

of which the devil is the head.

5. A: figuram figuram. 7. A in marg.: Malorum congregacio est unum corpus naturale sicut bonorum est unum corpus misticum. (Above 142[c] without mark of reference.) 12. A: continat. 13. A in marg.: Responsio. 14. B in marg. man. rec.: Ecclesia maliguancium per consequens est unum corpus. A in marg.: Triplex generacio mala. 22. A: correspondent $A_1$: correspondent. 26. B: corpus deest. 30. B: Christi deest. 31. B: cum coniungi.

K 142c non sonat directe in misterium sed flagellum, et sic corpus diaboli habet esse naturale, cum secundum Augustinum in libro De Natura Boni . . . *omne malum oportet fundari in bono:* ergo omne malum moris fundatur in bono nature. Nec est inconveniens sed consonum modo loquendi sanctorum et vulgi vocare quamcunque creatam substanciam ex partibus quantitativis sive materialibus sive formalibus compositam verum corpus, sic enim vocatur aggregatum ex spiritualibus et indivisibilibus legibus corpus iuris. Tale ergo esse naturale habet quecunque aggregata substancia, unita in suo communi ut specie vel genere, et preter esse naturale habet racionalis creatura esse beatitudinis, virtutis vel vicii, ut est de membris Christi atque diaboli. Et loquendo de tali unione vel esse corporis negat Augustinus III°, De Doctrina Christiana, XXXII° cap., quod ex membris Christi atque diaboli sit unum corpus compositum.

A body may be composed either of material or formal parts.

L Et ulterius quando tangitur de forma uniente corpus diaboli, dicitur quod est dare formam extrinsecam et deformitatem intrinsecam. Forma autem extrinseca est presciencia Dei eterna qua scit et ordinat omnes tales constringi ad penam perpetuam, deformitas autem intrinseca est finalis inobediencia vel superbia, contumacia quam sancti vocant culpam finalis impenitencie vel peccatum in spiritum sanctum. Et sic idem peccatum continuat et seiungit. Continuat enim membra diaboli, constringens eos in tartaris in sua malicia, et segregat eos a consorcio beatorum, sicut calor dissolvens mixtum congregat * omogena, cum facit quodlibet ele-

142d

The body of the devil is united by an outward form (God's foreknowledge) and an inward deformity (the sin of final impenitence).

3. boni. . . lacuna in codd.; A in marg.: Augustinus. Hic locus in libro supra laudato non extat; sed plures similes inibi invenies. 9. B: ut supra corpus. 9. A in marg.: Quid est corpus. B in marg. man. rec.: Ex esse virtutis (vel) vicii unum corpus esse non potest. 16. A in marg.: Augustinus. 19. A in marg.: Nota de forma uniente malos in corpus unum. 26. B: et sicut. A in marg.: Conclusio. 28. B: in carceris. A in marg.: Exemplum.

16. Aug. Opp. tom. II, p. I, pag. 58.

mentum mixti dissoluti petere locum suum, sed segre- $142^d$ L gat ethrogena, cum dissolvit complecceionem armonicam, resolvendo partes mixti in suas naturas simplices separatas.

At the day of judgment the parts of these two bodies (of Christ and the devil) will be finally separated.

Oportet enim in die iudicii ex contrarietate frigoris corporis diaboli et caloris caritatis corporis Christi secundum legem forme ultime corpus bipartitum dissolvi, quando partes leves advolabunt cum capite suo quod est ignis consumens ad mansiones naturales in superis. Partes autem plumbee affeccione terrestri descendunt ad inferos, et sic duo hec nedum sunt duo corpora, sed due persone (ut tetigi cap. XLIII° tercii libri); de quo satis est adducere unum testimonium beati Gregorii, IV° Moralium, cap. XI°. *Sicut,* inquit, *redemptor noster una persona est cum congregacione bonorum (ipse namque caput est corporis et nos huius capitis corpus), ita antiquus hostis una persona est cum cuncta colleccione reproborum.*

Objection: The Church cannot be one body because its parts are separate in space.

Sed adhuc instant sophiste per hoc quod, si ecclesia M catholica sit unum corpus et omne corpus est vere continuum, tunc ipsa ecclesia est vere continuum; consequens falsum, quia partes ecclesie distant per quotlibet miliaria sine parte ecclesie media intercepta.

Answer: All the parts have a common point of union in the head.

Hic concedi debet conclusio quod ecclesia catholica est vere continuum. Nam omne corpus cuius partes copulantur ad terminum communem est vere contitinuum; dicta ecclesia est corpus huiusmodi, ergo conclusio. Assumptum patet per Aristotelem in Predicamentis, capitulo de quantitate, sic describentem quantitatem continuam. Si ergo dicte ecclesie sit quantitas continua se-

2. A: ethromogena; $A_1$: etherogena. 5. A: calore; $A_1$: calce; B: calores. 10. Codd.: terrestres. 13. A in marg.: Gregorius. Codd.: cap. IX. 17. B est cunta (sic). 18. A in marg.: Obieccio. Nota de continuitate ecclesie. 21. B: Antecedens falsum. 22. B: cum parte.

13. Opp. Greg. tom. I, pag. 112. 27. In Predicamentis, id est, in Categoriis, cf. Categ. Cap. VI.: Itidemque in corpore potes accipere communem terminum, lineam vel superficiem, qua corporis partes coniunguntur. Aristoteles latine, interpretibus variis, ed. acad. reg. Borussica pag. 3. Arist. graece ed. Bekker I, pag. 4.

M 142d cundum quam est formaliter magna, tunc ipsa est vere continua, ymo non solum quelibet pars huius ecclesie continuatur cum aliqua alia eius parte, sed omnes simul copulantur ad eundem terminum communem.

Pro quo declarando suppono quod, sicut ecclesia est unum aggregative, sic membrum eius et accidencia sua sunt unum aggregative. Aliter enim non foret *multitudinis credencium cor unum et anima una* (ut scriptura sacra dicit Act. IV° 32). Ex quo patet quod omnes partes ecclesie collective intellecte copulantur ad eundem terminum communem ex omnibus communibus terminis ecclesie aggregatum. Nam iste communis terminus copulat quamlibet partem quantitativam ecclesie cum alia, hic secundum unam eius partem et hic secundum aliam. Ymo (ut logice loquar) sicut punctus replicatus est tota substancia linee superficiei et corporis quantitatis, sic substancia materialis aggregata est universum corporeum et eius partes sunt proporcionaliter partes mundi. Aliter enim *Deus non est locutus per os sanctorum* contra scripturam Luce I°, 70, nec ecclesia foret *unanimis uno ore honorificans Deum* Rom. XV°. Nec distancia localis nec discontinuacio 143a mathematice quantitatis * obest, quia similitas secundum interiorem hominem et adnascencia membrorum ecclesie secundum caritatem excedit unitatem sensibilem.

Local distance does not interfere with this union.

N Ulterius, cum maior sit unitas gracie quam nature, ostendendum videtur quod non solum quelibet pars ecclesie continuatur cum alia, nec solum quod omnes partes ecclesie continuantur ad invicem, sed quod quelibet eius pars continuatur cum qualibet. Nam omnis pars ecclesie copulatur cuilibet per eundem terminum communem, ergo omnis pars ecclesie continuatur cuilibet. Pro assumpto suppono quod mediator Dei et hominum Christus Jesus plenus gracie et veritatis faciat quamlibet partem ecclesie prodesse

Not only is there a continuous body but every part is in touch with every other,

since each helps all,

9. B: et scriptura. A: Act. I°. 22. In codd. Joh. XV; correxi.
26. A in marg.: Conclusio. Nota quelibet pars ecclesie continuatur cuilibet.

cuilibet. Aliter enim non iuvarent se ad integrandum 143a N matrem ecclesiam ad profectum cuiuslibet. Tunc arguo sic: Eo ipso quo creatura agendo prodest alteri quodammodo est cum ea, sed quelibet pars ecclesie agendo prodest cuilibet, ergo quelibet quodammodo est cum qualibet. Assumptum videtur ex hoc quod omne sic prodesse est meliorare, et per consequens, ex acquisicione qualitatis que est bonitas est alterare et sic movere, sed secundum philosophum VII°. Phisicorum: *In omni motu movens et motum sunt simul.* Sic enim concedunt quod sol secundum speciem suam que lumen dicitur est simul cum qualibet parte orbis subluminaris quam alterat, sensibile est ad omnem punctum medii ubi agit speciem suam, et res post sui corrupcionem est in suo effectu modo quo loquitur scriptura Ecclesiast. III° 14: *Didici quod omnia opera que fecit dominus perseverent usque in eternum.* Ex istis sequitur quod sicut quelibet res est simpliciter eterna secundum esse suum intelligibile, sic est perpetua nedum in sua specie et principiis quiditatis, sed in suis causis individuis et in sua causacione, cum semper sit causacio cuiuslibet rei. Et conformiter est ubique, licet non secundum existenciam individui; et idem videtur sapientem Salomonem sentire Eccl. III° (ubi supra): *Quod factum est,* inquit, *ipsum permanet, que futura sunt iam fuerunt, et Deus instaurat quod abiit.* Ecce quomodo primo proponit, quomodo quelibet creatura permanet perpetuo et probat hoc de nobis futuris, eo quod ipsa iam fuerunt, tam in suis causis quam in suis effectibus. Probat hoc iterum de preteritis, eo quod Deus instaurat in fructu operis

and therefore is with it, since things that affect each other must be together.

Every thing that is is eternal, as well in its causation as in its quidity.

8. A $A_1$: bonitatis. 9. A in marg.: Aristoteles. 15. A: corrumpcionem. 15. A $A_1$: effectu deest. 16. A in marg.: Conclusio. Quelibet res est perpetua in suis causis in divinis et in sua causacione. 16. Eccl. III, 14: Deus perseverent in perpetuum.

9. Aristotelis Physicae auscultat. VII, 1. Ed. Bekker I, 243: Τὸ δὲ πρῶτον κινοῦν, μὴ ὡς τὸ οὗ ἕνεκεν, ἀλλ' ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ἐστὶν ἅμα τῷ κινουμένῳ. 25. v. 15.

N 143ᵃ illud quod nobis preteriit; sicut enim sol non posset agere in orbe sublunari secundum suam speciem, nisi anima mundi vel forma eius que est mundialitas deferret speciem ipsam sustentans secundum aliquid sui, sic non esset possibile rem facere quicquam boni post suam corrupcionem, nisi Deus eternus instauret ipsam, causando eius pretericionem, causando eciam quod res succedens se habet in tali ordine. Et movetur
143ᵇ quia res que * preteriit pro suo tempore ita causat; sicut enim sequitur: Ista creatura hic causat, ergo hic est, ita sequitur: nunc causat, ergo nunc est.

All future things will happen of necessity, and nothing can be annihilated.

Ex istis videtur quod omnia futura de necessitate evenient et quod nichil anichilari potest. Nam Deus qui non potest impediri ordinat cuncta esse perpetua. Ideo dicit Ecclesiastes (ubi supra): *Non possumus eis quicquam addere nec auferre que fecit Deus, ut timeatur*. Si enim pretericio rei non potest destrui, multo minus eiùs esse quod est previe requisitum, nec aliter esset timendus ut Deus nisi sic fecerit. Quando autem variavi ab ista sentencia, non cognovi ut modo, quomodo res habet multiplex esse, sed omne esse posui existenciam individuam rei in suo genere.

The grace and love of Christ is the common term uniting all the members of the Church.

O Sic redeundo ad propositum, patet quod gracia et caritas Jesu Christi que realiter est ipsemet Christus, est terminus communis copulans quodcunque membrum ecclesie cuilibet alteri. Ista autem copulacio per medium terminum communem tam nobilem est longe prestancior quam copulacio per terminum mathematicum. Et hinc reor Christum qui tantum amat communia tam crebro posuisse se medium. Nam ipse est Dei virtus que consistit in medio inter patrem et filium. Unde voluit concipi in equinoccio vernali quod

1. A A₁: idem quod. 11. B: illa sequitur. 12. A in marg.: Correlarium. Necessitas absoluta. 14. Codd.: impedire. B: cunta. 17. A A₁: Si pretericio. 20. Codd.: variam. 23. A in marg.: Gracia et caritas Jesu Christi est terminus communis copulans quodcunque membrum ecclesie cuilibet alteri. 30. B in marg. man. rec: Medium in omnibus tenuit Christus. A in marg.: Quomodo Christus crebro se posuit in medio. 31. A in marg.: Nota octo media.

Christ in all things loved the mean,

habet tam diem quam noctem pro medio diei naturalis Luce I° 36. *Hic mensis est sextus illi qui vocatur sterilis.* Voluit eciam nasci in medio noctis Sap. XVIII° 14, 15. *Cum enim quietum silencium contineret omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine exiliens de celo a regalibus sedibus venit.* Tercio voluit poni *in diversorio,* quod est hospitaliaria media inter duos vicos. Quarto voluit poni in medio duorum animalium, ut patet Luce, II°. Quinto voluit opponere *in medio doctorum,* Luce, II° 46. Sexto posuit se in medio discipulorum, *ministrando,* Luce, XXII° 27. Septimo positus est *in medio* latronum triumphando Joh. XIX°, 18. Octavo post resurreccionem stetit *in medio discipulorum,* informando, Joh. ultimo. Iste ergo est abbas promittens Matthei XVIII° 20, quod *ubicunque duo vel tres congregati fuerint in nomine suo, in medio illorum est.* 143ᵇ O 2 3 4 5 6 7 8

which Aristotle has shown to be the seat of virtue.

Hec autem fecit abbas noster, ut doceat nos tenere medium virtutis in nostris operibus. Et ex II° Ethicorum extrema ab illo medio in quo virtus consistit deviancia corrumpunt virtutem; nec video quin, si quantitas mathematica continuat elementa, si humor aqueus continuat iuxta singenia, si armonia corporis animalis faciat membra adnata esse continua, quasi longe plus *latitudo, longitudo, sublimitas et profundum* (de quibus loquitur apostolus Eph. III° 18) facit unanimes vere unum.* Illa eciam aqua sapiencie (de qua Ecclesiastici 143ᶜ XV, 3) continuabit unius moris in domo, et demum armonia in trinitate fundata illapsa universali ecclesie ipsam ex membris compaginatam faciet unam sponsam.

4. In codd: Sap. VIII. Correxi e Sap. XVIII 14. 4. 5. A: contiret. $A_1$ B: continerent. 7. In Sap. loc. cit.: durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit. 16. A in marg: Copulacio et unio Christi et in Christo. 19. A $A_1$: Et secundo. 23. A. $A_1$: mixta singenia. 24. B: quin longe.

7. in diversorio. Cf. Lucae II, 7. 19. Cf. Aristotelis Ethic. Nic. lib. B. 7, ed. Bekker II, 1107. 24. singenia i. e. συγγένεια.

P 143c Unde Bernhardus, De Consideracione, libro V°, ad
Eugenium papam, ponit octo modos unitatum. *Est,*
1 inquit, *unitas que collectiva potest dici, ut multi*
2 *lapides faciunt acervum unum. Est unitas constitu-*
*tiva, cum multa membra unum corpus vel multe*
3 *partes unum quodque totum constituunt. Est et*
*coniugativa qua fit, ut duo iam non duo sint sed*
4 *una caro. Est et nativa qua anima et caro unus*
5 *nascitur homo. Est unitas potestativa qua homo vir-*
*tutis non instabilis non dissimilis sed unus sibimet*
6 *semper nititur inveniri. Est consentanea, cum per*
*caritatem multorum hominum est cor unum et anima*
7 *una. Est et votiva, cum anima votis omnibus adherens*
8 *Deo unus spiritus est. Et est dignativa unitas qua*
*limus noster a Dei verbo in unam assumptus est*
*personam.* Et super istas octo unitates dicit in quodam sermone quod *est unitas principalis qua tres persone divine sunt una indivisibilis essencia.* Et sic omnis unitas potest dici supernaturalis, naturalis vel virtualis. Duo posteriora membra recipiunt divisiones multiplices et cum in equivocis non sit contradiccio, patet quod non repugnat corpus ecclesie non continuari, loquendo de continuacione naturali sensibili, cum quelibet pars eius quantitativa completa in actu non sic continuatur cum alia naturaliter incommunicante, et tamen continuatur alia continuacione spirituali plus forti per spiritum Dei diffusum in cordibus omnium membrorum ecclesie habencium omnia in communi.

Unity may be supernatural, natural or virtual.

Q Quarto principaliter arguitur per hoc quod ad univocam racionem ecclesie requiritur univoca racio sua-

1. A in marg.: Bernhardus. A B in marg.: Unitatis octo modi. 10. B: non instabit. 15. B: una assumptus. 29. A in marg.: Quarta obieccio. Hic nota. Nota materiam de univoca racione parcium ecclesie. B in marg. man. alt.: Predestinacio < activa / passiva

1. Bernhardi Opp. pag. 1048. 16. Cf. sermonem Bernhardi (Opp. pag. 450): Unitas principalis que et substancialis est in trinitate.

4th objection: If there is but one Church there should be but one way of membership, but we on earth have not the same form as the blessed.

rum parcium, sed non est talis univocacio in pere- 143^c Q
grinantibus, dormientibus et beatis. Ergo non univoce constituunt Christi sanctam matrem ecclesiam que non potest dici etherogena, nam si fides ponatur forma constituens membrum ecclesie, videtur quod beati quibus inest clara visio, evacuata fide non sint de membris ecclesie, si caritas adhuc caritas patrie et caritas vie sunt disparium racionum.

Answer: We have the same form: God's predestination.

Sed hic dicitur (ut supra) quod forma exemplaris eternaliter formans ab extra quodcunque membrum ecclesie est predestinacio Dei eterna. Forma autem per se et ab intrinseco constituens membrum ecclesie est predestinacio passiva. Ipsa enim non potest inesse multiplicative, nisi assit ecclesia. Et sic habet quilibet predestinatus fidem formatam caritate predestinacionis secundum quam constituitur ecclesia vel eius membrum. Et ita racio est univoca in quocunque salvando.

Moreover faith and charity are the same, only that in heaven they lose their imperfection.

Unde sicut crementum et profectus persone non 1
variat eius speciem, quia sic * homo secundum varia- 143^d
ciones etatum transiret de specie ad speciem, sic etas persone sancte matris ecclesie non variat eius speciem, sed corroborat per accidens racionem ecclesie. Ymmo manet eadem fides in mundo, in purgatorio et in celo. Sed imperfeccio que ex parte est hic evacuabitur in beatis; manebit, inquam, eadem fides que creditur, cum sit veritas eterna, et manebit eadem fides qua et secundum quam creditur, quia manebunt iidem actus et habitus. Est enim prima adhesio quam creatura habet de veritate credenda actus fidei cui accidit obscuritas enigmatica pro via que evacuatur in patria veniente intuicione clara, caritas autem eadem habens in patria confirmacionem loco incertitudinis.

4. A $A_1$ etheromogena. 9. A in marg.: Responsio. 16. A: membra; B: ut eius: B in marg.: Quid hominem constituit membrum ecclesie. 32. A in marg.: Nota bene quomodo manet eadem fides in celis que est hic.

R 143[d] Dissensio autem est aput doctores nostros, eo quod aliqui intelligunt fidem aggregative pro adhesione prima cum imperfeccione sequente. Aliqui autem intelligunt fidem personaliter pro illa adhesione cui inest per accidens intuicio vel enigma. Illa autem prima adhesio precedens racionem est eiusdem racionis hic et in patria, sed ibi validior (sicut alibi diffuse exposui). Et sic omnes predestinati habent continue fidem gracia predestinacionis formatam, et sic non cadit a membris ecclesie per mortale, ut patet III°, De Doctrina Christiana XXXII°, et epistola XXXIII[a] ad Bonifacium. Explicat hoc de David et Petro; de David autem explanat hoc in libro De Octo Questionibus ad Dulcicium amicum suum; quorum omnium racio est quia Deus non potest quemquam noviter diligere vel odire, sed sub quocumque gradu amat vel odit aliquem, sub eodem gradu eternaliter sic amat vel odit. Nec est detestabile quod Deus semper odit beatos in celo, nam semper odit peccata eorum preterita, non pro semper, ideo semper amat eos pro sempiterna glorificacione. Unde ecclesia excommunicat tales cum, ipsis existentibus in mortali, notificat eos privari communione sanctorum secundum presentem iusticiam, cum humidum fluens ad tempus eis deficiat, nunquam autem anathematizat tales vel omnino dividit a corpore Christi nec potest. Et ista est plerumque sentencia Augustini, si bene inspicitur, non in dolo. Et patet ex solucione proximi argumenti et huius, quomodo intelliguntur sancti Ysidorus, De Summo Bono.

Difference of opinion as to what Faith is.

All the predestinate have faith and cannot lose it even by mortal sin.

The Church may rightly excommunicate them for sin, but cannot cut them off from the body of Christ.

2. 3. B: prima imperfeccione. 4. A. in marg.: Dupliciter dicitur fides. (Above 143[d] without mark of reference.) 10. A in marg.: Augustinus. 11. In codd. epistola XXXII. Cf. Opp. Aug. tom. II, pag. 263. 13. in codd. A $A_1$: de decem questionibus. B: de conclusio iubet. Correxi; cf. Opp. Aug. VI, pag. 121. A in marg.: Deus odit ab eterno et diligit quos diligit et odit. 16. B: sic amat.

29. Isid. De Summo Bono, lib. I, cap. XIX: Sancta ecclesia ideo dicitur catholica pro eo quod universaliter per omnem sit mundum diffusa. Nam hereticorum ecclesie in partibus mundi coartantur.

cap. XIX° et Augustinus, epistola XXXIII[a] ad Boni- 143[a] R facium, quomodo ecclesia fidelium est ubique diffusa, ecclesia autem hereticorum est in parvo angulo coartata. Predestinati nempe dilatant more celestium fructus suos, alii autem licet sint hinc plures in numero, more terrestrium constringuntur. Christus enim caput prioris ecclesie cui oportet ut secunda subserviat, est potencior patre mendacii quem sic ligat, hoc est, ipsum in membris suis penaliter sic constringit.

Erroneous definition of the Church as the multitude of Christians who keep whole the true faith.

In ista vero materia est quidam doctor describens S ecclesiam sub * hac forma: *Ecclesia*, inquit, *est uni-* 144[a] *versalis multitudo omnium christianorum, habencium ex integro rectam et eandem fidem per Christum et apostolos divulgatam et a sanctis patribus et consiliis generalibus declaratam*. Et patet quod loquitur de una sancta ecclesia catholica, quia aliter non assumeret pro genere quod ipsa ecclesia sit multitudo omnium christianorum. Primo, inquam, videtur quod 1 nulli patres veteris testamenti fuerunt de illa ecclesia,

This definition excludes the O. T. Saints

quia illa non fuit antequam Christus eam genuit per effluxum sanguinis et aque de suo latere dormientis in cruce (ut dicitur Joh. XIX° 34), sed hoc non fuit pro tempore patrum veteris testamenti, ergo nec illa ecclesia. Ex quo sequitur quod cum *extra illam ecclesiam non est salus* (ut patet in extravagante Bonifacii VIII[i]. *Unam sanctam*), nullus patrum veteris testamenti salvabitur. Non enim foret pertinens decreto dicere quod extra unam sanctam et catholicam ecclesiam non est salus nisi intenderit quod nemo salvabitur nisi fuerit de illa. Secundo sequitur quod Christus 2

and Christ himself,

non sit de illa ecclesia, quia non est de universali multitudine omnium christianorum, eo quod non est

1. In codd. cap. XVI. In codd. iterum: epistola XXXII. A in marg.: Ubi est ecclesia. 10. B in marg. man. alt.: Diffinicio ecclesie. A in marg.: Quedam descripcio ecclesie. 16. 17. A: assummeret. 23. A: patrinum. B: patuum. $A_1$ correxit: patrum. 24. A B: quod deest. $A_1$: sequitur quod. 26. In codd.: sequitur quod nullus. B: nullus patruum. $A_1$: nullum patrum. 29. B in marg. man. rec.: Extra ecclesiam non est salus

S 144ª christianus, sed ipse Christus a quo dicitur quilibet christianus, et per consequens, nec est de numero salvandorum nec caput nec aliqua pars ecclesie catholice. Nam a Christo ut capite denominantur fideles servi Christi christiani (ut patet Act. XI⁰, 26). Ergo sicut Romanus non est Roma nec Israhelita ipse Israhel, et breviter, nulla generacio passiva est ipsum principium generans, sic nullus christianus est Christus sed Christi, et periret fides scripture de capite et de membris ecclesie; et multo evidencius sequitur quod beata virgo non fuit membrum illius ecclesie, quia in sancto triduo non fuit illa ecclesia nec fuit posterius sibi incorporata.

so that he would not be the head of the Church.

3 Tercio sequitur quod nulla sit talis ecclesia, quia nulla multitudo omnium christianorum habet ex integro eandem rectam fidem, tum quia defective et corrupte habet multitudo omnium christianorum fidem Christi, tum eciam quia nullam unam fidem habent omnes illi christiani nec pro specie nec pro aggregato. Nec valet hoc sophisma: Isti habent fidem, sed nullam fidem habent. Nec valet fingere fidem que creditur, quia talia negantur a sic describente, et illis positis inculte aggregantur in descripcione tam anxie elaborata. Nam multi christiani habent fidem valde peccatis obliquatam, tam presciti quam predestinati, et multi simpliciter infideles habent fidem creditam valde rectam.

The mass of Christians never keeps the faith quite whole.

T 4 Quarto sequitur quod nec apostoli nec alii fideles erant de ecclesia, antequam fides fuit per Christum et apostolos divulgata et a sanctis patribus in consiliis generalibus declarata; quod fuit diu post ascensionem domini et mortem apostolorum. Nam nemo fuit de ecclesia catholica, antequam illa fuit, sed illa non fuit, antequam fuit ita quod illa est: sed cum non fuit ita quod illa

The apostles would be out of the Church, with all who lived before general Councils had declared the faith.

9. A $A_1$: capite et membris. 10. A $A_1$: et multo — ecclesie deest. 20. B: hoc solum: Isti. 21. A $A_1$: fingere que creditur. 27. A in marg.: Argumenta contra quandam descripcionem ecclesie continue infra. (This is below 144ª without mark of reference.) 29. In codd. plerumque: consiliis pro conciliis.

est, antequam dicta conscripcio sibi compeciit, sequitur $144^{a}$ T
quod tunc primo fuit ecclesia; quod esset valde inconveniens, primo quia Christus ex latere suo non formasset ecclesiam, secundo quia nulli fideles * fuissent de $144^{b}$
ecclesia ante consilia dicta generalia, et sic beatus Stephanus et multi alii christiani fuissent mortui extra fidem ecclesie; tercio quia complentes prima consilia post ascensionem fecissent primo ecclesiam catholicam, quia posito quod essemus per diem ante prima consilia, post ascensionem foret nobis verum quod nondum est ecclesia catholica, quia nondum verificata est descripcio.

Death and birth would be always making a new Church.

Quinto sequitur quod, ut generabuntur et morientur **5**
fideles, erit nova et nova ecclesia catholica, et per consequens, forent plures quam mille ecclesie catholice; quod est contra decretalem Bonifacii *Unam sanctam*. Et consequencia videtur ex hoc quod ut sic erunt nove et nove multitudines christianorum, et per consequens, non manebit per tot et tantas transmutaciones eadem ecclesia in numero, sicut patet querenti diligenter quid foret illa ecclesia que sic continue remaneret.

The Church would include all the foreknown in present grace and exclude all predestinate who were in error.

Sexto sequitur quod omnes presciti in gracia forent **6**
membra ecclesie catholice, et nulli predestinati dum erraverint in fide forent partes sancte matris ecclesie; quorum primum videtur falsum de Scarioth et aliis hereticis, et secundum videtur fuisse falsum de David, Petro, Paulo et eis similibus pro tempore quo fuerunt infideles. Quorum utrumque est contra sanctorum sentencias et raciones factas superius.

There would be no Church triumphant.

Septimo videtur quod non sit ecclesia triumphans, eo **7**
quod in patria non habuit fidem ut dicitur. Et sic nulla multitudo erit perpetuo ecclesia sponsa Christi, vel aliter ecclesia ad sui perfeccionem fiet non ecclesia; quod est contra scripturam et racionem.

8. B: stetissent. 15. 16. $AA_1$: et per — catholice deest. 32. $A_1$: habent fidem.

T 8 Octavo videtur quod ecclesia catholica nullibi sit
144[b] nec aliquam partem habet, cum nichil sit, et sic ecclesia Romana non foret dignior aut indignior quam ecclesia catholica.

The Catholic Church would be nothing.

V Istas evidencias facio, ut dicatur seriose ad materiam et formam racionum, nullibi declinando a veritate de virtute sermonis, quia sentenciam quam ego exposui de ecclesia volo defendere de virtute sermonis, communicando capciosissime sophiste et cuicunque fideli vel infideli volenti quantumlibet protervire. Si autem ista descripcio non sit valida, ad quid ponitur pro cognoscenda sancta matre ecclesia?

These opinions really follow from the premisses.

9 Nono videtur, supposita communi logica iam currente, quod ecclesia universalis non sit aliquid, quia nec substancia nec accidens, et per consequens, cum nulla sit pars universalis ecclesie, ipsa foret tam quantitative quam qualitative indivisibilis, et per consequens, nec dominus papa nec Romana ecclesia foret caput universalis ecclesie, eo quod non sequitur: Si ipse exercet officium capitis in aliquos istorum, ergo in istos, quia pari evidencia diabolus foret caput eiusdem ecclesie et haberet quotlibet capita tam bona quam mala.

There would be no single head to the Church.

10 Decimo et ultimo videtur quoad proprietates et accidencia ecclesie quod ipsa non habet sexus distinc-
144[c] cionem, virginitatem, etatem vel * alia accidencia que fides scripture sibi attribuit, et per idem, non habet privilegium vel peccatum, temporalia vel regulam vivendi, cum non magis tendat ad unitatem quam membra diaboli, cum in illis sit pax quam Christus Matthei X°, 34, dicit venire dissolvere. Istas instancias pueriles contra rudimenta fidei oportet fidelem clare dissolvere, quia in principiis errorum oportet diligenter obstare, cum eorum admissio abducit in devium.

The Church would lose all the attributes that Scripture assigns to her.

9. In codd. so[te]. 19. B: ipse exercitet. 27. $A_1$: temporale.
31. $A_1$: pluries contra.

33. Ad cap. V. cf. Hus, De eccl. fol 205[ab].

## CAP. VI.

1. We have to solve the difficulties that we have raised against our adversaries

Sed adhuc instatur finaliter deducendo ad conformia 144ᶜ A
inconveniencia ad qualia adversarii deducuntur. Primo 1
enim videtur quod ecclesia tamquam monstrum habeat mille capita, et sic de aliis membris monstruose fabricatis, et sic foret simul virgo et corruptissima synagoga et Christi ecclesia. Hic dicitur (ut sepe) negando assumptum; nam non sequitur: Ista capita sunt istius, demonstrando sanctam matrem ecclesiam, ergo sunt capita istius, nec sequitur: Ista sunt capita istorum qui sunt ista ecclesia, ergo sunt capita huius ecclesie, quia sunt capita istorum singillatim. Et tamen nullum eorum est caput istorum. Ad hoc ergo quod sint a
capita ecclesie, oportet quod ecclesia habeat illa omnia et singula tamquam eius capita. Cum enim caput iuxta Aristotelem dicatur ad aliquid, patet sophistis quod non sequitur: Hoc caput, hic pater vel hoc membrum est huiusmodi, ergo est caput, pater vel membrum illius, nec sequitur: Hoc est caput naturale huius b
capitanei, existentis caput date ecclesie, ergo hoc est caput illius ecclesie. Non enim oportet equivocando in capite, si hoc sit caput capitis, tunc hoc est caput cuiuscunque capitati ab illo capite, et correspondenter de aliis membris. Quelibet enim pars predestinati c
potest dici pars corporis ecclesie, nullum tamen est membrum ecclesie nisi persona predestinata, et omnis talis est membrum ecclesie sicut proporcionaliter dicendum est in humano corpore. Et patet quod ad noticiam illius materie de sancta matre ecclesia nedum oportet scire theologiam et iura canonica, sed omnino logicam, phisicam et ethicam que omnes subserviunt

that the Church is a monster, having a thousand heads, and that she is a virgin and a corrupt synagogue, and Christ's Church.

The difficulty as to heads rests on an equivocation. A head may belong to the Church without being the head of the Church.

3. A in marg.: Prima obieccio. 7. A in marg.: Responsio. 12. singillatim: ita cod. A et B. $A_1$: sigillatim. 16. B: de sophistis. 17. 18. B: membrum est huius. 28. A in marg.: Correlarium.

A 144c matri nostre. Sicut enim non sequitur: Pater in divinis generat, et ipse est natura divina, ergo ipsa generat, ita non sequitur: Ista persona capitatur istis capitibus, et ista persona est hec ecclesia, ergo hec ecclesia sic capitatur. Nam ecclesia dicit abstractive multitudinem fidelium secundum racionem qua uniuntur in capite; ad quem sensum ecclesia non potest esse non ecclesia vel dampnari. Ecclesia ergo non est monstruose composita.

B 2 Sed quoad secundum, conceditur quod ecclesia est virgo, cum sit sponsa virginis Jesu Christi ex qua ut vera matre spiritualiter procreamur, et sic est castissima 144d secundum se totam in patria; * hic tamen, fornicando cum adulterante diabolo et sic membris eius, multis criminibus parcialiter est corrupta (ut patet ex fide scripture Ezechielis XVIII°). Verumptamen nunquam recipitur ut sponsa beatifice amplexanda in dextera in lecto sponsi, antequam fuerit pura virgo omnimode sine ruga; Christus enim est sponsus virginitatis.

2. The Church is a virgin, polluted now by sins of her members, but to be purified for final glory.

3 Et quantum ad tercium punctum, dicitur quod omnis sinagoga que est pars sancte matris ecclesie est ecclesia, non econtra. Et ideo tam crebro vocatur synagoga in veteri testamento ecclesia, sed non memini quod in novo testamento aliqua particularis ecclesia dicitur synagoga (cuius racio dicta est alibi). Secundo obicitur per hoc quod iuxta dicta sequitur eandem personam verbi esse filium, patrem et sponsum ecclesie; quod est contra leges tam nature quam ecclesie, cum nunquam desponsavit quis licite matrem suam. Hic dicitur concedendo conclusionem assumptam, cum Christus nedum desponsat universalem ecclesiam sed desponsacione perpetua quodlibet membrum eius. Et quantum ad leges allegandas in contrarium, patet quod

3. Every synagogue that is a part of Holy Church is a Church.

It is objected that Christ would be at once son, father and husband of the Church.

9. A in marg.: Nota argumenta logica de materia capitis ecclesie. (Below 144c without mark of reference.) 13. B: sic deest. 15. A in marg.: Nota. 24. A in marg.: Secunda obieccio. Item est filius pater et sponsus ecclesie, puta Christus etc. 29. A in marg.: Responsio.

9. Conf. Hus, De ecclesia, Opp. tom. I, 198a.

There is no reason why such relations should not exist spiritually;

loquuntur de contractu, de cognacione et despon- 144[a] B sacione carnali, non autem spirituali, sicut debemus loqui in proposito et eo debemus eam magis attendere, quo est preciosior, proprior et in scriptura sacra expressior.

Nam secundum illam omnes salvandi sunt filii Dei C et veri fratres ex utroque parente, ymo secundum logicam Christi rectissimam Matthei XII°, 50: *Quicunque* filius regni *voluntatem patris sui fecerit qui in celis est, ipse suus frater, soror et mater est.* Et sic sine distinccione sexus spiritualis omnis christianus predestinatus, sive masculus sive femina, est frater, soror, mater et sponsa Christi. Ideo Canticorum V°, 1, dicitur ecclesie: *Veni in ortum meum soror mea sponsa.*

as the Church is truly all the things that she is called in Scripture.

Ymo ecclesia est vere domus Dei, civitas regis iusticie, regnum celorum, ortus conclusus, fons signatus et alia que scriptura ad sensum misticum sibi attribuit. Nam in spiritualibus eadem substancia habet in se sine repugnancia quotlibet raciones vere earum denominaciones, ut exemplariter videre possumus quomodo contrariorum species et intenciones sunt simul in medio et in mente. Et ille qui ignorat hoc est valde indispositus ad cognoscendum catholice illud celeste coniugium. Nam Ysaie XXVI°, 1, dicitur de Christo et sancta ecclesia: *Salvator ponetur in ea murus et antemurale.* Christus enim secundum divinitatem inmediate complectitur sponsam suam, et secundum humanitatem qua minutus est paulominus ab angelis est antemurale, quia dux belli diro certamine superans hostes ecclesie, et sic de quotlibet racionibus quas omnes apostolus I[a] Corinth. XV°, 28 compendiose complectitur, dicens quod *Christus est omnia in omnibus.*

Unde * ignari scripture divertunt ad tales pueriles 145[a] D instancias, quando aliunde deficiunt argumenta et dicunt quod scriptura nostra est impossibilis in tantum 1

24. Ysaie; Codd. Ysidorus. Correxi. 26. A in marg.: Christi respectus ad ecclesiam. 33. A in marg.: Duplex opinio.

D 145ª quod quidam dicunt nullam esse ecclesiam catholicam, quia non est dare universalia ex parte rei. Quidam vero dicunt quod ecclesia est ecclesia, sed non est aliquid sed aliqua, nec aliquod est membrum ecclesie, et sic scriptura sacra de capite ecclesie, de anima eius et de aliis eius membris est manifeste impossibilis. Et sic videtur quod habent dicere communiter quod, sicut ecclesia nichil est, ita nichil valet, et sic Christus foret mercator stultissimus qui tradidit semet ipsum pro dicta ecclesia et nimis illuderet christianis de sponsalibus, de privilegiis et de attributis ecclesie.

Some say that the Catholic Church (as an universal) has no real existence.

Nam si ecclesia non sit ens vel aliquid, tunc non est verum nec bonum, et cum nichil valet nisi proporcionaliter ut est bonum, sequitur quod ecclesia nichil valet. Sequitur enim secundum rudimenta discipline: Utrumque istorum est bonum, deducendo duas particulares ecclesias, ergo utrumque istorum est res aliqua, et sic mille res forent una res que, licet racionetur, vivat bene, male, exercens actus humanos, subiectans accidencia velut substancia, tamen nichil est. Unde habet partes et est satis sensibilis, divisibilis et sic de aliis denominacionibus, sed nullum est caput vel membrum eius, nec aliquid est intra, extra vel pars ecclesie, cum nunquam incepit, incipit vel desinet. Et sic nedum domus materiales non manebunt post ablacionem minime partis materialis per auram vel avem, et sic oporteret indies de novo consecrare ecclesias, sed et communitates, ut conventus, abbathie, atque religio deficerent continue et innovarentur, ut quevis persona de talibus deficit, vel quomodolibet innovatur, et periret appropriacio temporalium, eo quod non superesset collegium cui temporalia sunt donata. Non enim iure hereditario carnali sed imita-

If the Church is nothing it cannot be good.

Any local church may be something and so a thousand somethings may make up one which, in spite of all it does and is, we are to call nothing.

By similar reasoning we might conclude a house or a corporation has no continuous existence, since the parts vary.

1. A $A_1$: quidam diceret. 5. In codd.: scriptura sacra. 12. A in marg.: Obieccio. 22. B: sed deest. 23. 24. B: vel partes. 24. B: vel delinet. 29. B: innovearuntur.

cione spirituali a qua forte degenerantur, debent tales elemosinas vendicare. 145[a] D

Objection: If a whole is all that its parts are, man is at once the body of Christ and the body of the devil.

Item, iuxta dicta totum genus humanum est unus homo, divisus in duos homines, et uterque eorum habet Deum et dominum Jesum Christum pro capite, ergo uterque eorum est corpus domini, et per consequens, ille totus homo foret corpus domini et sic sine racione reprobaret Augustinus Ticonium de corpore domini bipertito. Nec est evidencia quod exercitus vel populus facit quidquid facit pars eius, quin per idem ille magnus homo foret simul corpus Christi et corpus diaboli, salvatus et dampnatus, quia secundum partes, ergo etc. E

Answer: Mankind is divided into two, and in a sense they both have God for their head, but only one is the body of the Lord.

Hic dicitur concedendo assumptum, cum non possunt esse plures quam duo homines, et ita conceditur quod uterque istorum duorum hominum habet Deum pro capite, * non pro parte eius, sed principaliter extrinsecus influente, et sic unus eorum est corpus domini quod est sancta ecclesia, sed alter non est corpus domini, sed corpus diaboli. Et sic non sequitur: Hoc corpus est domini, ergo hoc est corpus domini. Et hoc intendit Augustinus, III° De Doctrina Christiana, XXXII° cap., increpans Ticonium, quia vocavit prescitos corpus dominicum. Non enim est totum corpus naturale corpus domini bipertitum, nisi utraque pars fuerit corpus domini. Et cum Augustinus XXXII° postquam ostendit quod Christus et corpus suum quod est ecclesia sunt una persona, increpat eum in secunda regula qua vocat totum genus hominum corpus domini bipartitum. *Non,* inquit, *sic debuit appellare. Non enim revera domini corpus est quod cum ipso non* 145[b]

2. B: elemosina. 3. A in marg.: Tercia obieccio. 14. A in marg.: Responsio. Totum genus humanum est unus homo divisus in duos homines et unus illorum est corpus domini et alius est corpus diaboli. Contra Ticonium. 23. A in marg.: Augustinus contra Ticonium.

8. In tertio libro De Doctr. Christ. cap. XXXII. 22. Cf. Hus, De ecclesia, Opp. tom. I, 206[b].

E 145$^{b}$ *erit in eternum, sed dicendum fuit de corpore domini vero atque permixto, aut vero atque simulato, quia non solum in eternum, verum eciam nunc ypocrite non cum illo esse dicendi sunt.* Ecce quam plane iste sanctus diffinit quod presciti non sunt de Christi ecclesia. Unde De Consecracione, d. II$^{a}$, *Hoc sacramentum*, dicit canon quod *per cibacionem eucaristie societatem vult intelligi corporis et membrorum quod est ecclesia in predestinatis.* Et De Penitencia, d. IV$^{a}$, *Si ex bono;* et sepe infra habetur quod nemo est de regno Christi quod est ecclesia, nisi vere filius quem pater dedit sibi. De quo dicit Joh. III$^{o}$, 16, quod oportet *ut non pereat, sed habeat vitam eternam.* Et sic multi sunt in ecclesia qui vocantur filii nuncupatim qui non sunt de ecclesia.

F Conceditur ergo quod homo qui est humanum genus est partim prescitus et partim predestinatus, et sic tempore suo partim salvatus et partim dampnatus, sed ille non est ecclesia, quamvis faciat quidquid facit aliquis homo, quia ad unitatem requiritur unitas capitis, sed ut dicit apostolus II$^{a}$ Cor. VI$^{o}$, 15. *Que convencio Christi ad Belial?* Non ergo sunt duo capita ex equo vel subordinata, cum secundum apostolum *que a Deo sunt ordinata, sunt.* Et sic homo humani generis est corpus naturale sed non corpus ecclesie propter diversitatem contrarietatis capitum et equivocacionem ordinacionis divine ad gloriam et ad penam. Mankind is not the Church.

Et patet quid concedi debeat et quid negari in ista materia. Nam concedi debet quod homo generis humani facit quidquid aliqua eius pars facit, et simul est Mankind does whatever each of its parts does,

6. A in marg.: Presciti non sunt de Christi ecclesia. 22. In codd.: que communicacio. Correxi e II Cor. VI, 15.

6. Decreti III. pars, De Consecratione dist. II, cap. LXIII: Hunc cibum et potum societatem vult intelligi. 10. Decreti II. pars, causa XXXIII, quest. III, dist. IV, cap. VIII. 24. Rom. XIII, 1.

*but it is not the body of the Lord or the body of the devil.* *A whole is not its part, but its parts.*

beatus in celo et dampnatus in inferno, et est ambe 145[b] F iste ecclesie sed neutra illarum, et corpus illud secundum se totum est domini, sed non est corpus domini nec est corpus diaboli, cum totum integrale non est eius pars quantitativa sed est eius partes quantitative, et sic est collectim corpus domini et corpus diaboli.

*It is a slander on the Church to say that the reprobate form part of her.*

Unde videtur mihi quod illi non minus heretice quam blaspheme * scandalizant sanctam matrem eccle- 145[c] siam qui dicunt quod habet ut partes componencia tot membra diaboli, quia indubie tunc foret turpissima et a Deo maxime odita, quia secundum magnam partem. Et cum Canticorum IV°, 7, de illa dicitur: *Tota pulchra es amica mea et macula non est in te,* et apostolus Eph. V°, 27, dicit *illam esse ecclesiam, non habentem maculam neque rugam,* et illud dicit decretum (ut patet in fine XIII cap.): cum ergo nullus debet dubitare quin omnia ista loquuntur de sancta matre ecclesia, manifestum videtur quod illa non habet in sui composicionem aliquod membrum diaboli, sed sicut prudens paterfamilias non adoptat in filium quem scit perdere patrem suum, sic de Deo, quia iuxta apostolum, *si ordinaret filios, et heredes.* Cum ergo iuxta decreta ille cadit in heresim qui aliter exponit scripturam sacram quam spiritus sanctus flagitat, sicut et ille qui imponit tantum vicium sancte Romane ecclesie, et indubie scandalum tale redundaret in Dei blasphemiam, quomodo rogo foret gratus matri ecclesie vel sponso suo qui imponeret eis tantam calumpniam? Nonne Exodi XXI°, 17 cap., precipitur lege sponsi: *Qui maledixerit patri vel matri moriatur?* Non ergo imponamus matri nostre malediccionem et heresim cuiusmodi necessario est singulus prescitorum.

14. A $A_1$ illam esse: sequitur lacuna; ecclesiam: deest. 15. B: sicut dicit. 20—22. A $A_1$: in — ordinaret deest. B: quem sit. 29. A: Nonne eodem XXI. $A_1$ corr. in marg. 30. $A_1$ in marg. add.: morte, ut Exod. XXI, 17.

22. Rom. VIII, 17.

G 145c Sed instatur quod, sicut omnes partes predestinatorum sunt partes ecclesie, ita omnia capita predestinatorum sunt ecclesie capita, et sic caput aggregatum foret caput ecclesie. Hic dicitur (ut supra tetigi) quod illud probabiliter concedi potest de capite naturali et, intelligendo ecclesiam personaliter ut per accidens vel contingenter, est ecclesia, cum partes quantitative predestinati ordinantur ad beatitudinem. Sed locuti sumus communiter equivoce de capite, ut est persona regens capitaliter; quod est Christo proprium quoad totam ecclesiam.

Quarto arguitur per hoc quod iuxta dicta ecclesia foret per totum tempus veteris testamenti acephala, eo quod non potest habere caput nisi Christum, sed tunc non habuit Christum caput, ergo tunc non habuit caput. Et per idem videtur sequi quod eadem ecclesia fuit pro tempore crementi quotlibet membra sua, quia pro nullo instanti fuit nisi fideles qui tunc fuerunt. Unde in exemplo tacto in fine secundi argumenti videtur quod non manet eadem domus, quacunque parte ablata vel noviter veniente, quia per idem ablata iterum tanta et alia noviter veniente, et sic qualibet parte domus corrupta et una secundum se totam noviter generata, maneret eadem domus, sicut est de domo ecclesie.

4. The Church of the O. T. would have been headless, since Christ was not then its head.

H Hic sunt tres difficultates. Prima, utrum Christus fuit ante incarnacionem, quia certum est quod eternaliter fuit verbum Dei et semper caput ecclesie. Sed videtur non fuisse caput eius intrinsecum antequam fuit homo.

Christ before his incarnation was not intrinsically head of the Church,

Ad illud autem videtur dicendum iuxta sepe dicta quod Christus in primo instanti mundi fuit sponsus ecclesie predestinacione, in confirmacione autem angelorum dedit dotem parti sponse sue et sic in confir-

but he was always head by predestination.

1. A in marg.: Nota; replicacio. 4. A in marg.: Responsio. Omnia predestinatorum capita sunt capita ecclesie. 11. A in marg.: Quarta obieccio. 21. A: corrumpta. 22. A $A_1$: manet. 25. A in marg.: Responsio. Prima difficultas. B in marg.: Utrum Christus fuit ante incarnacionem. 30. A in marg.: Christus in primo instanti mundi fuit sponsus ecclesie.

30. Cf. Hus, De ecclesia, Opp. tom I, 198a.

macione Abel iusti et aliorum sanctorum usque ad 145c H
incarnacionem, manente continue eadem desponsacione, cum Cesar semper Augustus continue auget

In the incarnation he made second nuptials, raising a part of the Church to be Queen.

dotem. * In incarnacione vero fecit secundas nupcias, 145d
creando quandam reginam partem tocius ecclesie que quadam proprietate dicitur ecclesia christiana. Tunc enim dux et legifer noster familiarius alloquens sponsam suam (ut dicit apostolus Hebr. I°) per assumpcionem humanitatis inducit arma nostra et ut gigas superavit hostes ecclesie, redimens partem sponse incarceratam et docens aliam quomodo sequeretur eius vestigia. Unde tota doctrina christiana stat in ista oracione ecclesie qua rogamus sponsum per adventum eius in carnem, ut doceat nos terrena despicere et amare celestia. Despicere, id est, in affeccione postponere. Ille enim despicit temporalia qui a summa sede anime ipsa abicit et facit ipsa intencioni celestium abiectissime ministrare. Et bene foret sibi qui perfecte didicerit istam regulam religionis, tunc enim foret in recta via sequendi sponsum et assumptam iuvenculam in regnum celorum.

At the last advent the Lamb will make marriage consummate and the whole Church will be crowned as Queen.

Tercio vero in ultimo adventu faciet agnus nupcias
consummatas, coronando et confirmando reginam inte- I
gram que est una columba et universalis ecclesia, non pars alterius ecclesie (ut patet Apoc. XXI°). Et super ista consideracione dependet magna pars sensus scripture et servicii ecclesie. Nam ex fide erit una totalis ecclesia glorificata post diem iudicii, et illa secundum magnam partem est modo sponsa in celo, in purgatorio et in mundo. Ideo illa est continue una universalis et sancta mater ecclesia, et illa est quam

4. A in marg.: Christus in incarnacione originavit ecclesiam christianam. 8. A in marg.: Nupcie Christi per incarnacionem. 12. B in marg.: Tota doctrina christiana stat in una oracione. 15. B: preponere. 22. A in marg.: Nupcie consumacionis. B: nupcias consumptas. 25. B: Moralium XXI.

3. Cf. Wyclif's De Benedicta Incarnacione cap. V, pag. 67.

I 145c debent leges intelligere et omnis christianus reverenter intendere; illa, inquam, figurata est in Salomone et templo, ut canit ecclesia. Frustra namque ordinaretur vel legeretur quod Salomon haberet tot reginas, tot concubinas et tot adolescentulas, nisi ut figurando Christum significet nobis suum coniugium cum spiritibus celestibus, tam angelis quam animabus, quam cum adolescentibus viantibus; ex quibus omnibus componitur una columba que est universalis ecclesia, eadem que coronabitur in patria, quia aliter foret continue alia et alia universalis ecclesia. Frustra eciam ordinaretur et legeretur construccio templi Salomonis (de quo III° Reg. VI° cap.) ad figurandum Christum et ecclesiam, que est *templum suum* (ut dicit apostolus Ia Cor. III° 17). Sicut enim fuerunt tres partes templi: prima in quam totum vulgus et alienigene intraverunt, quam sacerdotes in tempore Christi negociacionibus occuparunt (ut patet Matthei XXI°, 12). Et illa signat militantem ecclesiam in qua sunt eciam alienigene ut presciti. Secunda vero fuit corpus ecclesie populo Israhelitico deputata, signans perfecciores pure Israhelitas a rugis in purgatorio depurandos. Tercia vero fuit sancta sanctorum in quam soli sacerdotes intrarunt solempniter semel in anno. Et illa signat triumphantes, ut exponit apostolus Hebr. IX°, 11: *Christus assistens pontifex* etc. Sic, inquam, tota fabrica templi signat universalem ecclesiam iuxta fidem. Unde istum arti-

146a culum fidei tenentur * episcopi docere inferiores sacerdotes et populum, quia aliter ignorarent usum servicii ecclesie ad cuius noticiam obligantur, et specialiter illum articulum fidei *ecclesiam sanctam catholicam* quem omnis catholicus debet scire.

Solomon's queens, concubines and virgins figure the three states that compose the Church.

4. A: regninas; A in marg.: Concubine, regine, adolescentule Salomonis. 13. A: III Reg. VI cap. 15. A in marg.: Distinccio templi Salomonis ad ecclesiam. 16. A: primam in; B in marg. man. rec.: Templi partes tres. 16. A: aligenigene. 23. Codd.: qua;

3. Vide supra pag. 97 l. 5. 4. Cant. VI, 7.

A good bishop remains after death patron of his (local) Church.

Et patet quod Christus semper est caput ecclesie. 146a K Unde ego credo quod, quicunque episcopus vere presidet in particulari ecclesia, remanet post mortem suam caput vel patronus eiusdem ecclesie. Quamvis enim moriatur in corpore, procurat tamen in spiritu pro subditis eciam fervencius quam in via, et post diem iudicii habebit quandam preeminenciam et illuminacionem, sicut in angelis longe alterius racionis quam prepositura viancium. Ideo rogamus, ut sanctos episcopos semper habeamus patronos in celis. Sed illi non contendebant circa primatus, adulterantes scripturam sacram, ut populus astringatur in via credere quod ipsi sunt capita sancte matris ecclesie.

A difficulty: Whether before the incarnation the Word was the man Christ Jesus. Yes; for he was so both ideally and potentially.

Secunda difficultas logica est, utrum debet concedi, posito quod essemus ante incarnacionem, quod verbum a est homo Christus Jesus. Et videtur quod sic, nam secundum rectam philosophiam et logicam creatura nedum habet existenciam in suo singulari sed tam esse ydeale in verbo quam esse potenciale in causis secundis. Cum ergo ante incarnacionem fuit illa sancta massa materialis in patribus, quam postmodum assumpsit de virgine, et spiritus habuit esse in humana specie, videtur quod totus Christus habuit humanitus esse potenciale, et sic esse.

Confirmation: In the three days the body to which he was afterwards united was his.

Confirmatur secundo ex b hoc quod sacerdos conficiens in sancto triduo vere conficeret corpus Christi, sicut dicunt doctores concorditer, in tantum quod hoc foret tunc verum "hoc est corpus Christi" (ut recitavi in tractatu De Incarnacione); quare ergo non foret verum ante incarnacionem quod verbum est Christus, cum tunc habet corpus quod post unit sibi, sicut est de corpore suo pro triduo?

1. A in marg.: Conclusio. 4. A: est (in red ink) suam est caput. 7. B: quandam primiciam. 14. A in marg.: Secunda difficultas. Utrum verbum est homo Christus Jesus ante incarnacionem. B in marg. man. rec.: Ante incarnacionem verbum est homo Christus Jesus. 21. B: missa. 32. B in marg. man. rec.: In triduo.

Confirmation: Otherwise the Church must have been headless.

L c Tercio confirmatur ex hoc quod ecclesia foret
146a aliter acephala, cum tunc non haberet caput intrinsecum sicut post, et cum non potest habere taliter nisi unum caput, videtur quod Christus ante incarnacionem fuit caput sponse sue intrinsecum, quia aliter vel haberet duo capita vel idem foret caput extrinsecum et caput intrinsecum. Et ad illud sonant quotlibet scripture (ut allegavi alias de beato Jeronymo in quadam epistola ad Paulum et Eustochium).

Reply. The fathers of the O. T. believed in the incarnation, so far that Christ would be man in due time.

Hic dicitur quod patribus veteris testamenti fuit hec vera: verbum est homo Christus Jesus. Ipsi enim secundum sanctos habuerunt eandem fidem quam nos habemus. Ideo sicut nos credimus creacionem mundi, carnis resurreccionem et vitam eternam, hoc est, quod Deus tempore suo creat mundum, quod mortui resurgent, et quod beati vivunt eternaliter post diem iudicii, ita utraque ecclesia credit incarnacionem, scilicet quod Christus pro suo tempore incarnatur. Et sic proposicio nostra: Christus est homo, foret in signo utrobique vera, non quia tunc est quod Christus est homo, sed quia verum est quod Christus est homo pro suo tempore. Nec video quod Christus est homo
146b pro illo tempore, cum tunc compo*neretur ex corpore et anima quam assumeret pro illo tempore, et potissime foret primus Adam secundum materiam et non secundum raciones seminales, qualiter apostolus dicit *Levi fuisse in lumbis Abrahe*, et qualiter Anselmus dicit: *Omnes nos fuisse Adam,* sed limitatum est ad existenciam individuam humanitatis Christi.

Et ad primam instanciam dicitur quod non sequitur:
a Hoc eternaliter fuit et hoc est iste homo, ergo iste homo eternaliter fuit, deducendo pure creaturam.

10. A in marg.: Responsio. 15. A $A_1$: deus deest. 15. B: resurgunt.

26. Ep. Pauli ad Hebr. VII, 5. 27. Anselmi, De conceptu virginali et originali peccato cap. XI. (Opp. ed. Gerberon, pag. 101.)

We must be careful to distinguish between potential and actual being.

Conceditur tamen de Christo quod ipse eternaliter fuit 146b L Deus; nec sequitur: Si iste homo habet esse potenciale in causis secundis, ergo iste homo est pro eadem mensura, quia tunc omne individuum quod posset esse foret, et sic esse in potencia est distrahens. Vel concesso quod Christus habet esse creatum pro mensura data, quod est, esse cause secunde, tamen tunc non habet esse Christi, quia tunc haberet existenciam humanitus singularem.

Christ assumed the human body with the soul. He had the soul in the three days but not in O. T. times.

Et sic respondetur ad secundam instanciam con- b cedendo assumptum, cum Christus fuit in triduo tam corpus quam anima, sed cum Christus non assumit corpus ypostatice nisi mediante anima, patet, cum nondum creata est anima Christi pro tempore veteris testamenti, non pro illo tempore est Christus, nec sufficit ad esse individuum esse specificum, quia tunc omnes effectus absolute necessario evenirent.

The Church would not be headless, for the word was always its head, but in another way since the incarnation.

Ad tercium negatur assumptum, cum ecclesia semper fuit capitata per verbum quod mansit perpetue eadem persona et sic idem caput post et ante. Conceditur tamen quod post illas nupcias celebratas in utero virginis, quando Christus fuit murus et antemurale sponse sue, fuit caput racionis duplicis et duplicis nature et sic simul caput intrinsecum et caput extrinsecum eiusdem ecclesie. Et sic ad auctoritates potest dici (ut alias) quod Christus est pro tempore veteris testamenti nedum secundum deitatem sed secundum causas secundas, et sic possunt ipsi dici christiani.

Tercia difficultas naturalis est, quomodo manet idem M corpus inanimatum aliis partibus corruptis continue generatis. Sed ad illud dictum est alias quod est dare corpus successivum tam continue quam interpolate, et ita est de domo materiali, sive ecclesia, sic quod existente secundum totam aliquam fuit illa que per-

1. B: Concedit. 5. B: esse in persona. 16. In cod. A, spec$^{cum}$; A B: speculum. 29. A in marg.: Tercia difficultas.

M 146[b] mansit in principio, adhuc manet; et est eadem domus successiva que fuit a principio usque in finem; sicut posito quod ignis incipiat partibiliter generari et cum hoc corrumpi, tunc ignis successivus mensurat secundum partes utrumque motum, et sic corrumpitur inanimatum ad corrupcionem tocius et manet continue, dum corrumpitur. Et si queratur, quando consecrande forent ecclesie, dicitur quod ille est ritus humanitus introductus, ideo non est vis de tali consecracione assistente sanctitate persone incolentis. Istam autem materiam relinquo aliis.

Objection: We should not know to whom to pay honour or even debt.

Sed quinto arguitur, probando sequi ex dictis omnem honorem et obedienciam inpendendam prelato confundi et omnem exaccionem corporalis debiti, cum 146[c] deficeret probacio * predestinacionis vel sanctitatis, et illud secundum racionem foret fundamentum talia vendicandi.

Answer: As to honouring prelates we must judge them by their works.

Hic negatur assumptum, quia (ut patet alibi) operibus debet credi, nec licet prelato aspirare ad lucrum vel honores illis dimissis, quia ut sic redderet se indignum illis lucris atque honoribus. Unde oraremus omnes, ut ecclesia sicut in suis primitivis attendat pure fructuoso operi sine ambicione temporalis commodi vel honoris. Modo vero ad tantum invalescebat oppositum quod de clero nostro potest dici illud Ysaie III°, 12: *Populum meum exactores sui spoliaverunt et mulieres dominate sunt eius.* Et sequitur: *Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt.* Nam qui olim erant rectores anime, iam perversi sunt in exactores pecunie; qui olim zelabant pro honore divino contempto honore mundano, modo econtra lege Dei et per consequens honore eius postposito, preponderantes tradiciones

Prevailing abuses.

6. A: ad corrumpcionem. 6. A in marg.: Nota. 12. A in marg.: Quinta obieccio 18. A in marg.: Responsio. 20. A in marg.: Nota processum. 22. B: attendat deest. 25. A in marg.: Is. Illa. 29. A $A_1$: sunt deest. 31. A in marg.: Avaricia cleri.

humanas nimis dediti sunt mundo, qui olim dediti 146[c] M sunt ministerio apostolico, contempto temporali lucro, modo econtra totaliter inhiant temporali comodo, insolencia mundana et ocio introducto. Et tum extorta sunt nomina: Nam qui olim nominarunt se a Deo vocatos apostolos, hodie contendunt se permissione divina ab homine nude electos; qui olim nominarunt se servos domini Jesu Christi, hodie retorquent, ut nominentur domini reverendissimi et patres beatissimi, et (quod est summus gradus ypocrisis) vocant se servos servorum Dei, licet sint in opere, et per consequens, in nomine reali servi precipui patris mendacii et mendacissima membra diaboli. Et sic necesse est iuxta propheciam scripture ut pervertantur mendacio et ypocrisi singuli non electi. *Tales autem,* ut docet Augustinus in libro De Vita Christiana, *non sunt veraciter christiani.*

A cure is wanted for the evils of extortion which infest the Church.

Unde si quis zelans pro profectu sancte matris N ecclesie, habens in animo scintillam virtutis constancie, posset dicere quod tyriaca est contra exactores huiusmodi, extorquentes sine recompensa plus debita bona pauperum sancte matris ecclesie ex titulo quod sunt membra principalia eiusdem matris sine macula vel ruga, qui possunt temptacionibus et tribulacionibus adversancium concuti sed non superari a membris diaboli vel submergi, ut dicunt iura canonica de sancta matre ecclesia: ideo ex ore proprio debent potentes mundi ab eis requirere quod ostendant secundum eadem iura procuratorium sufficiens in fructu operis quod sunt illi quibus bona sancte matris ecclesie sunt debita vel donata, quia dist. XL[a] scribitur: *Non sanctorum filii sunt qui tenent loca sanctorum, sed*

1. Sumus in codd. Correxi. 8. B: extorquent ut vocentur. 9. A in marg.: papa. 30. B: quod sint. 31. A in marg.: Dist. XL. Hic nota contra sanctitatem pape.

16. cap. VI, comp. Aug. Opp. Append. in tom. VI, pag. 186. 31. Decr. I pars, dist. XL, cap. II: *Non est facile.*

N 146c *qui exercent opera eorum.* Et ista tyriaca obtunderet cauterium rubiginosum diaboli quod non gracia sanacionis sed gracia spoliacionis apponitur membris Christi. Conceditur ergo quod tam honor quam stipendium sunt impendenda Christi sacerdotibus, sed 146d oportet eos ex operibus dare * probabilem evidenciam quod sunt tales, cum nemo contra conscienciam daret bona sancte matris ecclesie membris diaboli; nam secundum leges humanas qui dat pseudoprocuratori debitum creditoris, tenetur in penam negligencie, et si perdiderit datum creditori tribuere quod est suum. Multo plus creditor matris sue, et specialiter si negligit discernere utrum exactor sit fidelis procurator sancte matris ecclesie, quod iudicabit secundum opera et regulas scripture. Nam liquido constat fidelibus quod decime, oblaciones et alie private elemosine debentur sancte matri ecclesie. Qua fronte ergo excomunicaret infructuosus operibus evangelicis subiectos simplices, nisi dent sibi bona sancte matris ecclesie, cum sit evidens ipsum non esse de illa, sed in illa, tamquam eius hostem precipuum et ypocrisi atque mendaciis eius infidelissimum proditorem. De isto inferius.

We ought to see that we pay dues only to those who claim them rightly.

O Sexto arguitur contra dicta in racione secunda; videtur enim, si Christus desponsavit matrem ecclesiam cuius fuit filius, quod filius foret senior matre sua, sicut est honorabilior, melior et formalior quam est illa, et sic ydemptificaret sibi omne membrum ecclesie (ut sepe innuitur in sanctis doctoribus et scriptura).

Objection: If Christ was a son of the Church he was older than his mother.

Hic dicitur quod Christus desponsavit matrem suam que est totalis ecclesia non secundum se totam, sed secundum synagogam ex qua Christus secundum carnem prodiit, et sic *reliquit patrem et matrem* (ut sancti doctores exponunt dictum suum Matthei XIX°, 5)

Answer: His mother was the Synagogue,

12. Creditor; fortasse debitor legendum. 13. B: est fidelis. 23. A in marg.: Sexta obieccio. 25. B: sua deest. 26. $A_1$: formosior pro: formalior. 29. A in marg.: Nota bene. Responsio: Christus desponsavit sibi matrem suam ecclesiam non secundum se totam.

*et adhesit uxori* sue, sed illud dictum oportet sane 146d O intelligi. Nam Christus assumens illud quod prius non erat non perdidit vel desiit esse illud quod erat, quia manet absolute necessario eternaliter plenus Deus, sed reliquit assumendo humanitatem esse solum Deus, cum fuit humanitas que est aliud quam deitas. Et sic ubi prius fuit summe beatus cum patre stante illa beatitudine cum patre assumpsit miseriam fraternam condicionis humane, et sic reliquit matrem synagogam, non deserendo membra predestinata in veteri testamento, sed cum eis assumendo *ecclesiam gencium*, (ut docet Apostolus Romanorum IX°, 24). Verumptamen multos carnaliter Iudeos reliquit tamquam ineptos ad fabricam sancte matris ecclesie et secundum dotem novam adhesit uxori sue que fit plurimum ex gentibus, et sic honorat matrem ecclesiam tamquam ipso priorem et superiorem, eo quod est duarum naturarum creatarum utraque. Et secundum corpus erat subditus parentibus suis carnalibus, ergo multo magis parentibus suis spiritualibus, hoc est, sibi et sancte matri ecclesie. Sicut enim tam secundum corpus quam animam erat subditus trinitati, sic secundum corpus erat subditus sibi secundum animam. * Verumptamem videtur quod 147a non sit senior quam universalis ecclesia sed econtra, cum ipsa sit coëtanea cum mundo et senium dicit rei mortalis periodum naturalem. Sed est antiquior quam creatura alia, cum sit antiquus dierum, et sic est honorabilior et melior quam mater ecclesia, proporcionaliter ut deitas excedit creaturam.

which he left for the "Church of the Gentiles".

Christ's humanity is the form (i. e. the organic principle) of the Church.

Sed difficultas est, utrum Christus secundum humanitatem sit forma ecclesie. Et videtur mihi quod sic; P nam sicut forma vivificat et movet corpus ad actus

1. 2. A $A_1$: sane intelligere. 2. A in marg.: De incarnacione. 5. A: assummendo. 12. A B: Romanorum; IX. deest; in codd. lacuna. 25. B: ut ita sit. 27. A in marg.: Differencia inter senium et antiquitatem. 30. B in marg. man. rec.: Utrum Christus secundum humanitatem sit forma ecclesie. A in marg.: Dubium.

P 147[a] suos, limitans sibi et partibus suis crementum et alia accidentia naturalia, sic se habet nedum divinitas Christi extrinsecus sed humanitas eius intrinsecus ad sanctam matrem ecclesiam; unde blasphemum est cogitare quod subest potestati humane posse celebrare divorcium inter Christum et matrem suam, sicut carnaliter ymaginamur de defectu in carnali coniugio. Ecclesia enim est virgo spiritualiter intelligendo sicut tota multitudo celestium civium agnum sequencium (ut dicitur Apocalyps. XIV°, 1), unde tales virgines possunt post corrupcionem recuperare virginitatem, sicut non contingit de virginitate carnali, quamvis semper possunt esse virgines. Nam eo ipso, quo predestinatus habet celibatum, recipiens a sponso ecclesie semen fidei, gignendo filium Dei, est virgo, sponsa Christi, et per consequens, soror et frater eius germanus, et per idem, mater eius, cum gignit Christum spiritualiter ex semine sponsi in anima conversa ad Christum. Et istam materiam pulchre tangit decretum ex doctrina Augustini, ut patet XXVII[a] q. prima: *Nupciarum*, ubi dicitur quod *ecclesia tota virgo est, cum Apostolus II[a]. Corinthiorum XI°, 2 dicit: Aptavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Et ab illo viro cum vivit perpetuo, non licet recedere spiritualiter fornicando, ideo coniugatus manet spiritualiter virgo.

Q Sed dubium est tactum in quarto argumento de unitate numerali ecclesie, utrum Christus et quodlibet membrum ecclesie sit eadem ecclesia in numero, et videtur quod sic ex triplici conveniencia numerali. *Christ and every one of his members make up one Church.*
1 Primo, inquam, videtur quod quantumcunque partem anima hominis adequate actuaverit, quantumcunque materia cor-

7. A in marg.: Sponsa Christi. 14. B: sponso semen fidei gignendi. 21. A B: II Cor. X. A in marg. corr. Cor. XI. 24. 25. B: idem coniugatus. 26. A in marg.: Dubium. A B in marg.: Utrum Christus et quodlibet membrum ecclesie sit eadem ecclesia in (A: deest) numero (B manu rec.). 30. B: anima deest.

19. Decr. II. pars, causa XXVII, q. I, c. XLI]

porea varietur, manet continue idem homo, ut hic 147ᵃ Q
supponitur. Quare ergo non sic de homine ecclesie cuius forma est Christus manens in eternum? Secun- 2
dum exemplum naturale est quod anima cuicunque membro copulata fuerit remanet tam anima quam membrum eadem persona hominis. Quare ergo non sic de Christo et ecclesia, sic quod quodlibet membrum eius sit Christus, ut sonant multe auctoritates? Tercio 3
videtur quod sicut Christus mansit eadem persona in numero pro tempore mortis sue, tam in sepulchro mortuus quam in inferno vivus, ita videtur eandem personam ecclesie disiunctive regnantem in celo et peregrinantem in mundo, et sic Christus assumpsit ypostatice personam ecclesie peregrinantis in beata virgine.

We must be careful to understand rightly what is unity of person.

Hic oportet prudenter intelligere unitatem persone quam sancti exprimunt ex * scriptura, ut patet de 147ᵇ
octo generibus unitatum quas exprimit beatus Bernhardus, ut recitatur in proximo capitulo in responsione ad tercium argumentum. Et tunc loquendo ad sensum doctorum concedenda videtur sentencia cuiuslibet horum trium argumentorum. Nam primo concedi potest quod manet continue eadem ecclesia que est collectim omnes predestinati et singillatim singuli, ac singulus eorundem omnes uniti in Christo capite, sed tunc oportet intelligere personam ut caput, basim tocius compositi et quodlibet membrum suum confuse tamquam absorptum in Christo absconditum, sic quod ecclesia Christi dicat Christum cum quocunque fideli sibi incorporatum. Si enim papa dicitur ecclesia propter virtutem quam influit in ecclesiam,

11. Hic verbum omissum esse videtur. 16. A in marg.: Responsio. Nota quomodo omnia membra Christi sunt Christus cum correspondenciis. (Above 147ᵃ without mark of reference.)

18. Cf. above pag. 109.

Q 147[b] ut dicitur XXIV[a], q. prima: *Quodcunque*, et VII[a], q. prima *Scire debes*, multo magis primus papa admirabilis dominus Jesus Christus.

R Iterum, si procedentes carnaliter ab Adam primo dicuntur fuisse ipse in quo originaliter peccaverunt, multo evidencius descendentes a secundo Adam dicentur fore secundus Adam in quo finaliter requiescent. Nam semen fidei quod est veritas est magis communicativum quam semen corporeum. Iterum, si combustibile vel ignibile ut lignum, carbo vel ferrum dicitur post ignicionem vulgariter esse ignis, cum alium ignem non percipimus hic nobiscum, multo magis spiritualiter comestus a Christo et plene digestus ab eo usque ad quartam digestionem que est glorificacio; ille ergo cui vivere Christus est, sicut sunt omnes sancti qui vivunt Deum: manifestum videtur ad hunc sensum quod sunt vita eorum que Christus est.

The predestinate may be truly said to be Christ.

1 Et patet quomodo verum est quod benefaciendo vel persequendo membra Christi, ut sic, taliter respicitur ipse Christus (ut patet Matthei XXV°, et Act. IX°, 5). 2 Patet secundo quod martires nunquam possent sustinuisse tot passiones et fecisse tot mirabilia nisi per incorporantem et assimilantem membra capiti loquentem et operantem in eis dominum Jesum Christum. 3 Et patet tercio causa quare Christus precepit suis declinare a mundo et sensibilibus et proicere totam scienciam, curam et affeccionem in ipsum, quia aliter non assimilantur sibi, quia nichil plus obstat assimilacioni cordi, capiti et corpori ecclesie quod est Christus, quam mundana affeccio. Ipse enim sepe in evangelio vocatur regnum celorum, corpus quod sequuntur aquile, et vita omnibus ipsum viventibus. Et patet

To gain this unity with Christ we must throw away all worldly affections.

1. A in marg.: Papa quomodo dicitur ecclesia. 4. B: ab: deest. 16. Deum: hic aliquot verba excidisse videntur. 28. 29. B: assimulantur... assimulacioni.

1. Comp. Decreti sec. pars, causa XXIV, q. 1, c. VI, et causa VII, q. 1, c. VII. 15. Philipp. I, 21.

quomodo dicendum est ad secundam racionem et 147b R terciam, concedendo sentenciam catholicam, in qua manuducunt, et cavendo diligenter ab errore intellectus et scandalo auditorii. Posset enim seductus credere quod omnis christianus foret idem personaliter cum Christo secundum corpus et animam, ita quod non forent dispares persone essencie vel nature, quod foret nimis erroneum.

This oneness with his members does not take from Christ's separate personality as head.

Unde ne darem scandalum scole, * distuli istam 147c S materiam. Aliquis enim est participative Christus ut quodlibet membrum eius, et aliquis personaliter ut solum ipsum caput, et illi qui non capiunt istam distinccionem, non capiunt sensum huius scripture: *Qui adheret Deo, unus spiritus est*, et quomodo vinculum caritatis vel gracie est forcius quam vinculum naturale, ut dicit Augustinus in libro De Vera Religione XCI°, et tactum est cap. proximo in solucione tercii argumenti. Et patet quomodo intelligendi sunt a doctores sancti, concedentes istam sentenciam, ut Augustinus, Crisostomus et Bernardus cum aliis qui sapiunt Deum et legem scripture. Et patet secundo b quomodo tolli debent argumenta sophistica in ista materia, ut hii instant, si beati singuli sunt persona Christi, tunc sunt personaliter ipse Christus, et sic tantum Christus est homo, et omnis homo est omnis homo, cum aliis arguciis multipliciter in materia de trinitate. Sed hii non considerant quod multa possunt esse eadem persona communicative, participative vel secundum esse intelligibile, licet non personaliter, et patet quod consequencie multiplicate non procedunt.

Ultimo patet quod non est repugnancia in c T equivoce concedentibus et negantibus eandem propo-

3. B in marg.: Error intellectus et scandalum sunt cavenda. 9. A in marg.: Christus dupliciter dicitur. 12. A B: Salomon. $A_1$ corr. in marg.: solum. 17. B: de una religione. 21. A in marg.: Contra dicta. 27 B: Sed hiis.

14. I Cor. VI, 17. 17 Cf. above pag. 109.

T 147c sicionem sensibilem, ut unus catholice negat quod ipse est Christus, sicut fecit Baptista, quia non fuit personaliter ipse Christus, et alius concedit quod omnis qui Christum induit est Christus (ut patet de sanctis predictis). Unde captandum est auditorium cui sic varie est loquendum, nec videtur esse concedendum quod omnis christianus sit Deus, licet omnis res sit Deus, et omnis substancia secundum esse intelligibile est Deus (ut patet in materia De Ideis), ut omnis homo est idem Christo, quia eadem species, et Christus est deitas, et tamen non est idem deitati.

In many cases the same words may be affirmed or denied according to the sense in which they are used.

Et ista sentencia tangitur in decretis, De Consecracione, d. IIa. *Quia passus,* ubi Augustinus dicit quod *Christus in eucaristia commendavit corpus suum quod eciam fecit nosmet ipsos.* Nec aliter digne accipimus quoad beatitudinem, nisi simus predestinati ad corpus eius, ut vivamus in eternum (ut exponit Augustinus super Joh. in omelia). Glosa ergo sic distinguit: *Non,* inquit, *fecit nos corpus suum quod natum est de virgine et sumitur in altari, sed corpus suum spirituale quod est ecclesia.* Et illa unio est pure res huius sacramenti (ut dicam alibi). Videtur tamen planius dicendum et modo loquendi sanctorum conformius quod idem est corpus in numero quod est ecclesia, et corpus in sacramento ac natum de virgine, cum sit ipse Christus. Aliter tamen est Christus ipsum corpus quia personaliter, et aliter christianus quia sacramentaliter, unus proprie et alius participative; et sic credo ego propheciam Christi intelligi

13. B in marg. man. rec.: Unio Christi cum ecclesia est res pure sacramenti. 26. B in marg.: Corpus est Christus personaliter. 21. B in marg.: Christianus sacramentaliter et participative.

13. Non extat ap. Augustinum, et est fortasse ab ipso Beda ad I Cor. 10 collectum ex tract. 26, 27, Aug. in Joan., vide notam (455) Friedbergii ad Decr. III, p. De Consec. c. XXXVI. (Corp. iur. can. I, 1326.)

Matth. XXIV°, 5: *Multi venient in nomine meo, dicentes* 147[c] T *quia ego sum Christus, et multos seducent.* Non enim reor aliquem christianum vel pseudoapostolum dicere quod ipse est Christus personaliter, sed sacramentaliter per incorporacionem in corpus Christi misticum; nam Ephesiorum V°, 27, scribitur: *Dico autem sacramentum magnum in Christo et ecclesia.* Illa autem pretensio solum nuncupative * ecclesiasticorum seducit plurimos. 147[d]

Objection: Difficulties in the doctrine of predestination.

Septimo et ultimo arguitur contra dicta de gracia V predestinacionis que est insolubile ligamentum membrorum ecclesie. Mirum namque videtur multis quomodo aliquod accidens absolutum non potest perdi, quomodo ipsum stat cum mortali, et quomodo ipsa semper rectificat verum dominium, sic quod verum dominium stet cum mortali sicut stat cum prescito ad tempus iustificacio.

Answer: It is involved in Bradwardine's doctrine of God's unchangeableness in love or hate.

Hic dicitur quod quicunque posuerit sentenciam doctoris profundi in correlario XXIII[i] cap., libri primi, scilicet quod Deus non potest quicquam noviter diligere vel odire nec vicissim aliquid odire vel diligere plus vel minus. Quicunque, inquam, illud concesserit habet ponere graciam predestinacionis ad sensum expositum.

Unde non credo quemquam posse falsificare hoc fundamentum, quia indubie si est falsum est summe hereticum. Nam dato quod Deus quemquam predestinavit, sicut oportet ex fide scripture concedere Rom. VIII°, 30, de quadruplici gradu assimilacionis membrorum ecclesie, scilicet *vocacione, predestinacione,*

1. A: Matth. XXIV deest et hab. lacunam. 6. A: V deest. 8. $A_1$ false: ecclesiasticorum sacramentorum. 9. A in marg.: VII. obieccio. 12. B in marg. man. alt.: Gracia predestinacionis non potest perdi. Stat cum mortali. 13. B: ipsa non; $A_1$ habet: ipsum. Sed rectius A: ipsa (scil. gracia). 16. $A_1$ B: iustificato. 17. A in marg.: Responsio, utrum predestinacio stat in eodem cum mortali. (Above 147[d] without mark of reference.) 18. In codd.: XXXII; vide supra pag. 79. 24. A in marg.: De predestinacione.

18. sc. Bradwardini v. supra pag. 79.

V 147[d] *iustificacione et glorificacione*, patet quod est dare correspondenter ad predestinacionem Dei eternam unam predestinacionem passivam que incepit sicut incepit esse, quod iste est predestinatus. Et illa predestinacio cum sit precipuum donum Dei gratissime datum, cum nemo potest mereri suam predestinacionem, eo quod non potest inesse nisi insit primo instanti predestinati, ideo patet ex communi sermone dicto de gracia quod illa predestinacio est gracia precipua, sed dicitur ad aliquid, sicut sciencia, meritum et multa talia que vocantur qualitates. Nulla enim qualitas est res absoluta, potens per se existere, et sic conceditur quod non potest perdi, cum sit fundamentum glorificacioni vel beatitudini, que nec eciam potest perdi. Nam si alterum istorum perditur, ipsum fuit, et si unquam fuit, cum non potest esse accidenter predestinacio vel beatitudo, ipsum semper erit, et per consequens, non perditur, ideo si perditur, non perditur; et patet ad primum mirum.

Predestination is God's chief gift, and from its nature it cannot be given at all unless carried to fulfilment.

X Quo ad secundum dicitur, cum nemo dubitat quin multi predestinati peccarunt mortaliter, tam peccato originali quam actuali, ut patet de David, Petro et Paulo, et predestinacio non potest perdi iuxta dicta, manifestum est quod gracia predestinacionis stat cum peccato mortali, verumptamen repugnat peccato in spiritum sanctum, sicut gracia presciti secundum presentem iusticiam repugnat dampnacioni, licet aggregatum ex illa gracia et presciencia inferat necessario dampnacionem (ut patet XXXIII[a], q. quarta, *Vasis ire*, et capitulo sequenti ex testimonio Augustini). Unde concedendum est quod Deus infinitum plus diligit Petrum quoad mores eciam dum negat eum, quam diligit Scarioth dum est

The predestinate may sin mortally,

5. B: principium domini. 7. A: nisi nisi. 27. A: repungnat. 28. A $A_1$: patet deest.

29. Decr. II. pars, Causa XXIII, q. IV, c. XXIII.

in gracia, quia cum necessario semper eque diligit, 147[d] X semper diligit Petrum ad beatitudinem, cum scit eum finaliter converti, Scarioth autem semper diligit ad penam perpetuam, cum eternaliter videt omnia preterita vel futura sibi presencia, ut hic supponitur. Et patet quod gracia predestinacionis quam quidam 1 vocant graciam prevenientem est quantumlibet melior

but they have in them the grace of final perseverance.

quam gracia nude secundum presentem iusticiam quam quidam vocant * graciam comitantem. Sed 2 148[a] optima est gracia qua homo finaliter perseverat, que ducit ad confirmacionem et gloriam quam quidam vocant graciam consumantem. Et iste gracie sunt 3 naturarum disparium, cum preter bonitatem supernaturalem dicunt relacionem ad mercedem. Nec est negandum quin prescitus habet graciam prevenientem, concomitantem et eciam consumantem opus aliquod bonum, sicut predestinatus habet graciam secundum presentem iusticiam. Sed sic contendens equivocat gratis eciam in signis nec effugiet, volens concordare in principiis fidei de modo diligendi Dei et methaphisica de quiditate gratie, quin proporcionaliter ut

Grace is not a thing but a quality by which man is pleasing to God.

Deus diligit hominem est ipse gratus Deo, et proporcionaliter habet graciam, non quod illa gracia sit res, que posset per se existere, ut grosse et heretice concepit Pelagius, sed quod gracia sit qualitas spiritualis vel denominacio qua quis est formaliter gratus Deo. Et patet quod homo potest esse episcopus, dominus et minister ecclesie, eciam prescitus, existens in gracia secundum presentem iusticiam, sed homo non est cum hoc membrum sancte matris ecclesie. Unde sicut heres parvulus caret dominio, dum tamen tempore suo sit

2. B: ad peccatum. 4. A in marg.: Nota de gracia triplici, B in marg. man. alt.: Gracia predestinacionis preveniens. 10. B in marg.: comitantem. 16. B in marg.: Consumantem. 21. A in marg.: Quid est gracia. 21. B: ut deus — habet deest. 28. B: et prescitus. 31. B: tempore — alio deest.

1. Cf. Hus, De ecclesia, Opp. tom. I, 200[a].

X 148a dominus omnium, sic predestinatus in mortali caret dominio, dum tamen alio tempore habet dominium, cum Deus eternaliter vult quod illud habeat pro suo tempore.

A predestinate man sinning mortally, forfeits his dominion for the time.

Y Et si queratur, quare repugnat dominium in predestinato peccante mortaliter, dicitur quod ipse est tunc expers iusticie et cuiuscunque virtutis moralis, et per consequens, expers dominii quod oportet fundari in iusticia morali. Habet tamen iusticiam naturalem ad membra et omne quod placet Deo ut habeat, sicut et habet prescitus, et supra hoc habet iusticiam in predestinacione fundatam quam ad tempus obscurat piaculo. Unde non audeo dicere quod omnis peccans mortaliter non sit tunc membrum ecclesie, sicut videtur decretum dicere De Consecracione, d. I, *Ecclesia,* quia tunc esset tanta vel maior ambiguitas de prelatis, utrum sint membra ecclesie, sicut est de eis, ponendo solum predestinatos esse membra ecclesie, quia suspicionem probabilem habemus de mortali, qualem non habemus quod prepositi sunt presciti, et periret obediencia prelatis, cum non sic debemus honorare membra diaboli nec dare eis elemosinam, cum scimus quod egenis membris Christi est debita; sic enim vacaret beneficium intrusoris cotidie tam de iure quam de facto, et sic contra testimonia sanctorum nimis perturbaretur ecclesia. Alia autem sunt dubia concernencia ecclesiam que patent alibi, ut quod Christus existens humanitus fons vivus plenus gracie est quantumlibet melior moraliter quam totum residuum corpus ecclesie, cum gracia unionis sit alterius racionis quam gracia posteris derivata.

5. A in marg.: Nota. 15. A in marg.: Utrum omnis peccans mortaliter non sit tunc membrum ecclesie. B in marg.: Episcopus in mortali non est protunc membrum ecclesie. 18. 19. A habet rasuram: suspi . . . bilem. 30. B: cum: deest.

13. Dec. III. p. dist. I, c. VIII.

## CAP. VII.

As commanded by the king, we give our honest opinion on the case laid before us.

Convenimus ex mandato domini regis ad dicendum 148a A secundum videre nostrum veritatem in casu nobis exposito ad honorem Dei, ad profectum ecclesie et ad stabilimentum prosperum regni nostri, et hec tria in tractatu nostro se invicem consequuntur. Casus autem nobis expositus in compendio fuit iste: Duo viri armorum, homines * legii regis nostri fuerunt 148b inobedientes regi et legibus suis, et per consequens regno, in redempcione unius captivi Hyspaniensis, filii comitis de Dene in cuius custodia et redempcione rex noster secundum leges suas debuit habere precipuum interesse. Unde quia noluerunt reddere regi nostro captivi custodiam per quem captivum regnum redimeret multos milites suos in Hispania captivatos, mandati sunt per regem et regnum tuciori regis carcere mancipari. Sed secundo superaddentes inobediencie priori exierunt contra mandatum regis violente de carcere et prostrato custode carceris intrarunt septa Westmonasterii, in quibus vendicarunt omnino eximi a subieccione regis ex illius ecclesie libertate. Et tercio,

2. B: ad dicendam. 4. D (Codex Dublin.): et stabilimentum. 6. A in marg.: Casus. 9. B: fuerint. 21. 22. A $A_1$ B: exui a.

1. The Continuation of the Eulogium Historiarum gives an account agreeing with Wyclif: Ipsi timentes perdere redempcionem sui prisonarii noluerunt ipsum producere ad domini regis mandatum. Rex per concilium eius obiecit eis quod ipsi fecerunt carcerem in domibus suis infra regnum suum contra suum mandatum et voluntatem; et misit eos ad turrim Londonie. Ipsi vero prostrato eorum custode fugierunt ad Westmonasterium.

Constabularius turris venit, ut eos reduceret et Johannes Haule resistens interfectus fuit . . . . tamen Ricardus Shakille ibat cum eo. Eul. Hist. III, 342 comp. Rolls of Parlament vol. III, pag. 10a, 50b, 51a.

A 148[b] minando quod exirent de terra nostra coniuncti nostris capitalibus inimicis, dicuntur arma sibi parasse, literas salvi conductus ab hostibus procurasse et consilium domini nostri regis tamquam falsum publice difidasse.

The question is whether it was lawful to take certain prisoners out of sanctuary at Westminster.

Istis suppositis cum multis aliis que nunc esset nimis longum disserere, queritur utrum licet regi et regno suo in casu isto facere ut dicti captivi de Westmonasterio extrahantur. Et dicunt canoniste et civiliste tam regni nostri quam imperii quod, supposita veritate casus, non obstante quocunque privilegio Westmonasterii licet eos extrahere. Theologi autem dicunt concorditer quod, supposita veritate casus expositi, licet eos extrahere, servando tamen eos in vita et membris incolumes. In isto autem articulo intendo condicionaliter ex supposicione veritatis casus narrati procedere, et nec invasionem occisi nec suam occisionem propter ignoranciam occulte circumstancie comprobare.

Taking the case stated as true, it was lawful for three reasons:

1. God's law as given Ex. XXI, 14.

B Quibus suppositis conclusio theologorum suadetur tripliciter. Pro primo argumento suppono primo legem domini Exodi XXI° capitulo, 14, datam Moysi: *Si quis de industria occiderit proximum suum et per insidias, ab altari meo evellas eum, ut occidatur,* ubi notatur primo ex natura condicionalis quod lex ista debet esse perpetua. Secundo notatur quod mora talis in sanctuario non debet esse ex aliquo privilegio perpetuo constipata, ideo dicit *evellas eum.* Tercio notatur quod summus gradus sanctitatis loci non debet aliquem talem in immunitate ecclesiastica conservare, cum ab altari qui est locus dignissimus ecclesie talis homicida evelli debeat.

2. The precedent of Solomon with Joab.

Secundo supponatur factum sapientis regis Salomonis III° Regum 2° cap., ubi fecit occidi Joab ad cornu

1. A $A_1$: convicti (coniucti). 4. A in marg.: Utrum licet in casu infra posito invadere monasterium. 6. A in marg.: Questio. 8. A in marg.: Responsio legistarum. 11. A in marg.: Responsia theologorum. 15. A $A_1$ B: casus deest. 22. A in marg.: Duplex supposicio. 23. D: natura condicionali 31. B: Salomonis — in thabernaculo deest.

altaris in tabernaculo domini, non obstante quod 148b B in exercitu patris sui David plus aliis militibus laboravit. Cuius occisionis doctores triplicem causam eliciunt ex scriptura. Primo, quia occidit Abner et Amasan tempore pacis ex vulpina industria, et tunc non gauderet immunitate ecclesie ex lege iam proximo allegata. Secundo, quia conspiravit cum Adonia et Abiathar contra regem. Et tercio precipue, quia rex timuit sibi quod Joab superstes in regno pacem populi perturbaret. Ideo subditur: *David autem et semini eius et domui et trono eius * sit pax in eternum* 148c *a domino.*

3. because of danger to the realm.

Ex istis tercio sic arguitur ex lege Dei quam non est fas homini inpugnare, licet nedum de altari Dei propter timorem perturbacionis regni fugitivum ad occidendum extrahere, sed ibidem eum occidere, ut patet ex dictis; sed infinitum minus esset fugitivum salvum in vita et membris extrahere; ergo, posita vehementi suspicione regis et sui consilii de prodicione vel perturbacione regni per tales fugitivos futura, licet eos secundum formam predictam extrahere et in tuta custodia conservare.

O. T. precedents are valid, or there is no authority for, tithes.

Nec valet dicere quod lex antiqua non obligat homines legis nove, tum quia super ista lege veteri fundant leges ecclesie iura sua, ut patet de quattuor qui non gaudebunt immunitate ecclesie, non licet ergo destruere principia legis ecclesie, tum quia arguitur ex legis divine iusticia per locum a maiori facti nostri iusticia, tum eciam quia tunc non remaneret nobis ecclesiasticis titulus decimas vendicandi, cum non ex lege nova sed veteri autorizatur nobis solucio decimarum.

4. D: Prima. 13. D: Ex istis tribus. A in marg.: Prima responsio. 16. B in marg.: iubet occidere. 23. A in marg.: Ficticia. 26. D: qui nunc gaudebunt. 26. 27. B: distrahere principia. 28. B: facti ut nostri. 29. 30. D: ecclesiasticus.

10. III, Reg. II, 33.

C 148c Nec valet secundo quod Joab commisit peccata gravia, que plus movebant quam suspicio de perturbacione futura, tum quia sic est in casu nostro de superba eorum inobediencia, tum eciam quia certum videtur ex textu quod timor perturbacionis regni Salomonis fuit causa occidendi Joab precipua, quia ignoravit si priora crimina sint dimissa; ideo punicio quattuor personarum de quibus ibi fit mentio fuit precipue ad pacificandum in posterum regnum suum.

2. In this case there are the same grounds for action as in Joab's.

Nec valet tercio dicere quod expectaretur quousque probata fuerit regni perturbacio sive prodicio, quia illa probacio foret nimis diutina contra prudenciam precavendi regno pericula; sed hoc videtur probabile quod non inferretur eis lesio corporalis, antequam culpa eorum fuerit notoria vel secundum leges patrie probata legitime. Aliud enim est dampnare hominem de reatu et aliud ad tutelam regni servare ipsum vehementer suspectum in salva custodia.

3. It is unsafe to wait until treason is completed.

Quarta ficticia qua dicitur Salomonem in proposito illicite iudicasse non habet colorem, cum sic diceretur de opere legitimo aliorum quos sequimur ex auctoritate scripture. Cum enim scriptura tantum commendat sapienciam suam et non reprobat sed multiplici municione approbat illud factum, videtur ex sufficiencia scripture quod fuit factum legitimum. Sic enim supponunt leges humane bonitatem persone quousque probetur contrarium; immo omnes leges humane approbant iudicis inferioris iudicium quousque eius iniusticia convincatur.

4. Solomon's act is approved by Scripture.

D Secundo principaliter arguitur sic ad idem: Videtur quod quilibet legius homo regis Anglie tenetur tantum

1. A in marg.: Ficticia. 4. A B: superbia. 6. B in marg. man. rec.: Absque completa investigacione suspicionis est occidendus. 7. 8. B: Ideo punicior. 10. A in marg.: Ficticia. 11. 12. D: illa paracio. 12. D: diutina que excluderet prudenciam. 14. In codd.: inferreretur. 19. A in marg.: Ficticia. 22. A B: tante commendat. 26. D: bonitates persone quousque probatur. 30. B: Tercio principaliter. A in marg.: Secunda responsio.

2. The King's subjects should obey him in everything not contrary to God's law.

vel plus obedire sibi, sicut monachus abbati in qui- 148c D buscunque que non sunt contraria legi Dei, sed monachus tenetur virtute obediencie et sub pena carceris obedire abbati in hiis que non sunt * contraria legi 148d Dei: ergo multo magis ad tantam obedienciam tenetur quilibet Anglicus suo regi specialiter in necessariis regimini regni sui. Ex quo sequitur quod servientes regis de sua privata familia tenentur parere sibi et suo sapienti consilio in huiusmodi licitis et honestis; sed mandatum est per regem et dictum consilium (sicut narratur) ut ad pacificandum regnum extrahant a Westmonasterio inobedienciarios predictos; ergo cum mandatum hoc vergit ad necessitatem regiminis regni sui, non obvians sed consonans legi Dei, sequitur quod dicti subditi tenentur in hoc parere monitis regis sui. Assumptum patet ex hoc quod obligacio regi est maior, cura regiminis regni est necessarior et pena delinquencium in regem est ex scriptura fundabilior. Nam beatus Petrus precipit christianis quod *sint subiecti regibus* Ia Petri IIo, 13, et Apostolus precipit Rom. XIIIo, I et Heb. XIIIo, 17, Christi discipulis *obedire prepositis*, immo in veteri lege, quia Semei egressus est extra Jerusalem contra monita regis sui, ideo ex precepto sapientis Salomonis iustissime est occisus. Patet historia IIIo Reg. IIo cap. Non autem inveniuntur tante evidencie ex scriptura quod monachus sub tanta pena parere debet abbati in monitis preter fidem.

This command was not so contrary to the law of God.

Quod autem preceptum regis in hac parte non E obviat legi Dei nec veris privilegiis Westmonasterii sic ostendo: Scrutetur homo totam scripturam et non inveniet quod pro debito, pro occisione iniusta,

6. D: specialiter deest. A in marg.: Nota de obediencia ad regem continue infra. (Above 148d without mark of reference.) 12. D: supradictos. 13. D: mandatum huiusmodi. 23. D: egressus fuit. 32. D: debito et pro occisione iniusta nimis generaliter.

*God's law provides no refuge for debtors or criminals.*

E 148d immo generaliter pro quocunque peccato debet profugus habere refugium, quia tunc Deus foveret proditorem proprium in suo crimine; quod non potest. Unde Deuteronomii XIX° et Josue XX°, ubi datur lex profugorum et constituuntur civitates refugii, limitatur quod solum occidentes nescii et inmunes criminis debent ibi habere refugium, *ne* a cognacione occisi *effundatur sanguis innoxius*, nec habitabant ibi perpetuo, sed Levite habebant custodiam sex civitatum refugii, nec acceptarent nisi insontes qui a casu preter intentum fratrem suum occiderint; illi autem non exibant civitatem nisi ad purgandum se in loco occisionis quod ignoranter occiderint fratrem suum usque ad mortem summi pontificis. Tunc enim redirent libere in domum propriam extra civitatem refugii; patet ista lex Numeri XXXV° et Josue XX°. Si ergo in tota lege nova et veteri (ubi diffuse tangitur ista materia) non limitatur locus refugii nisi insontibus qui casualiter fratrem suum occiderint, que foret in christianis ceca presumpcio sub colore pietatis defendere hostes Dei, regis et regni?

F Per hec patet responsio ad argumentum quod fundatur in privilegio concesso a rege monasterio supradicto.

*It is said that Westminster has a privilege to shelter all criminals.*

149a Supponitur * autem quod habeat privilegium sub isto tenore verborum quod liceat sibi tueri quoscunque fugitivos ex quacunque causa, eciam in causa lese regie maiestatis, adhuc totum istud est generalis concessio sed secundum leges hominum in generali concessione principis nunquam veniet speciale, nisi quod concederetur a principe in casu quo fuerit parti-

1. A in marg.: Nota de refugiis profugorum insoncium iniusti occidentis nullus est locus refugii. 3. D: quod esse non potest. 4. B: Josue X. 6. A B: quod soli; B: occidentes vestigii et. 22. D: Per hoc. 25. 26. D: habet privilegium sub isto colore. 26. A: teneri.

8. Deut. XIX, 10.

Such a privilege does not go beyond the explicit intentions of the granter,

culariter explicatum. Cum ergo non sit in potestate 149a F principis concedere quod vergeret ad Dei iniuriam, ad destruccionem regni sui, ad enervacionem regalie et legum per quas regeret regnum suum, patet quod illud suppositum in casu nobis exposito non includitur in illo privilegio generali. Quid queso foret magis ad Dei iniuriam quam facere domum suam speluncam latronum? aut quid foret magis destructivum regnorum quam protegere in nidis ad hoc deputatis hostes Dei ecclesie atque regni. Ecclesiastici X°, 8 scribitur: *Regnum de gente in gentem transfertur propter iniusticias, iniurias, contumelias et diversos dolos.* Cum ergo secundum sanctos qui emendare potest et negligit absque dubio participem criminis ut sic se constituit, ideo patet quam patenter minaretur ruinam regno talis erroris tolerancia sive defensio. Unde alias ostensum est quod monasterium, habens facultatem ad defendendum proditores Dei, cuiusmodi sunt singuli criminosi, non habet ut sic privilegium, sed pocius corruptelam. Unde sicut monti Ethne non sonat in privilegium quod includat ultra alios montes ignem suimet consumptivum, sic nec dicto monasterio foret privilegium facultas fovendi proditorem Dei tam sui quam totius Anglie destructivum.

or the grant would be invalid as injurious to God and the kingdom.

All royal grants must be for the good of the people,

Item, nec regi licet privilegium tale concedere nec G sacerdoti suo accipere nisi ex titulo elemosine vel misericordie et ad augendum in populo caritatem, sed constat quod non est elemosina vel opus misericordie dare abbathie licenciam, ut sustineat perpetuo debitorem, ne unquam satisfaciat, vel quod voluptuose vivendo aliena consumat, quousque factus fuerit inpotens ad solvendum. Cum enim secundum Augustinum *non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum,*

5. D: istud. 10. 11. D: Eccl. XX. 11. A B: transferetur. 15. D: ideo deest. 26. D: Iterum nec. 31. D: factus sit.

32. August. Epist. ad Maced. CLIII, Opp. tom. II, 532 A.

G 149a patet quod licenciare ad hoc foret licenciare hominem ad peccandum, quod Deus non potest, et per consequens non continetur sub opere misericordie privilegium tale concedere, nec tenderet ad augmentum amicicie vel caritatis in populo communi commune ius de satisfaccione debitoris precludere. Et patet tam ex parte donatoris quam receptoris quod ad tale privilegium est indisposicio utrobique. Nec moveat quod ex tali privilegio quandoque bonum contingeret, ut puta debitoris depredati misericors expectacio vel 149b aliter criminosi ex tutela refugii finalis * conversio, quia Deus non posset permittere peccatum fieri, nisi exinde occasionaliter bonum contingeret. Ideo absit, dicit Apostolus, *ut faciamus mala, ut bona eveniant.*

but the grant claimed would be simply a license to sin.

Docto igitur quod libertas talis sonaret in caritatem et elemosinam, posset concedi singulariter illi loco privilegium sub ista condicione quam necesse est in omni donacione legitima habere tacitam vel expressam. Unde videtur quod prelati nostri debent humiliter pulsare dominos, ut tales errores nostre ecclesie previe corrigantur, antequam invadant hostes forinsecus, quia ex testimonis Christi Matth. X°, 36 *nulli plus infestant matrem ecclesiam quam eius domestici inimici.*

Therefore the privilege even if granted must be taken conditionally.

H Tercio principaliter arguitur sic ad idem de iure nature: *Frustra invocat legis auxilium qui offendit in eam,* sed dicti fugitivi rebellando offenderunt in legem Dei, ecclesie et in legem regni: ergo iustum est pro tempore sue obstinacie quod careant in omnibus istis legis suffragio. Maior autem capitur ut regula per se nota in iure canonico et demonstrari potest ex fide evangelii Matthei V°, 25, ubi Christus precipit: *Esto consenciens adversario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte adversarius tuus tradat te iudici et iudex*

3. He who breaks the law cannot claim its help.

5. D: communi deest. 6. B: ut patet. 20. 21. D: ecclesie privilegiate. 24. A in marg.: Tercia responsio.

14. Rom III, 8.

*tradat te ministro et in carcerem mittaris,* ubi secundum exposicionem beati Augustini oportet intelligere legem Dei adversantem cuilibet peccatori, quia nisi sibi consenserit hic in via, accusabit eum in finali iudicio cum demonibus detrudendum. Si ergo lex Dei mitissima non potest non adversari suo offendenti, quia tunc sequeretur quod falsitatis malicia superet veritatem, manifestum videtur quod omnis alia lex secundaria non excusat sed accusat, non iuvat sed reprobat, stante obstinacia offensoris. Dicti autem fugitivi iuxta nobis exposita offenderunt in legem Dei ex inobediencia suis prepositis, offenderant insuper in legem ecclesie racione multiplici, quia (ut dicunt docti in illis iuribus) inobedientes mandatis suorum principum committunt quoddam genus sacrilegii, et cum inobedientes remanserint legi Dei de obediendo legibus regis sui, que lex iusta illos protegeret? Et insuper secundum quod informati sumus occisus erat primus invasor et ecclesie pollutor. Quomodo ergo lex libertatis illius ecclesie defenderet tam ingratum et illegitimum eius pollutorem excommunicatum de iure? Non enim palliari potest defensio arrestati legittime et intenti salvari in vita et membris, ut invadat contra legem Anglie suos legitimos arrestantes. Cum enim arrestacio et occisio sunt contraria, patet quod miles arrestans sine extraccione gladii vel cultelli non ostendit occiso necessitatem se defendendi sed pocius legitime paciendi; et patet ex facto multiplici, supposita veritate narrati, quod * erant inobedientes patriis legibus pro qua inobediencia continuanda querebant subter-

149b H

149c

These fugitives were offenders against the law of God and the Church;

and the man slain was the first to fight in the Church.

2. A in marg.: Augustinus. 5. B: detradendum. 5. 6. A $A_1$: lex Dei iustissima. A in marg.: Lex Dei est noster adversarius. D: non potest adversari. 8. D: lex contraria. 12. offenderant: codd. A B D. $A_1$ corr.: offenderunt. 15. D: committant. 25. D: occisio et arrestacio. 26. 27. A $A_1$ vel cultelli — defendendi deest. B se: deest. 29. A A: erant deest.

2. Aug. Sermo IX, De Decem Chordis cap. III, Opp. tom V, 49, Serm. CCLI, cap. VIII, Opp. tom. V, 1037.

H 149^c fugia dicti loci. Que queso maior inobediencia regi nostro quam nolle tractari secundum leges suas, sed proprias leges proponere secundum quas et non secundum alias velint tractari, et illis, non regni legibus, obedire? Revera sic hostes crudelissimi depopulantes regnum offerrent regnicolis quod si velint consentire legibus quas illi volunt statuere concordabunt, sed non exinde gauderent privilegiis regni nostri. Mirum itaque foret quod rex et regnum tales hostes intra se defenderent. Idem enim foret contradicere legibus regis per quas regeret regnum suum et contradicere regalie, cum rex non foret rex nisi propter preeminenciam et officium legis sue.

There can be no greater disobedience than to withdraw oneself from the law.

I Ideo dicit beatus Gregorius quod *qui diligit regem diligit eius legem* et demonstrari potest ex illo Johannis XIV°, 23. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit;* idem enim est Deum diligere et sermonem vel legem eius servare, et sic indubie est de rege. Unde inobediencia legibus est radix tocius nequicie. Exhinc enim ceciderunt angeli de celo, expulsus fuit Adam de paradiso et breviter sine contumacia que est inobediencia non recte denunciatur heresis vel excommunicacio; nec est possibile regnum dissolvi nisi ex inobediencia legi sue. Si enim maior pars regni nostri vel prope nollet stare legibus regni nostri, sed sparsim acciperet municionem ecclesie commovendo sedicionem in populo, pretendendo utrobique libertatem ecclesie, quomodo staret regnum? Et si non licet regi talem hostem domesticum de castris ecclesie sue extrahere, quomodo liceret in regno non tantum subiecto ecclesias Dei invadere et remissius proditores vel hostes occidere? Nam ubi est maior falsitas atque iniuria coloracior, ibi est pena iustior.

The realm cannot stand if the Church protects sedition.

2. D: nolle tractare. 9. 10. defenderet in codd. 11. A in marg.: Legi regis esse inobedientem nocet multum. (Above 149^c without mark of reference.) 14. A in marg.: Gregorius. 15. D: demonstrare. 17. A B: enim deest. 22. D: non rite. 29. D: liceret.

The refugees had renounced their allegiance.

Ex istis colligitur, supposita veritate informacionis, 149[c] K quod dicti duo profugi post tantam inobedienciam non sunt homines legii regis nostri, nam idem est derelinquere dominum et derelinquere legem suam; sed ipsi patenter dereliquerant legem regis, cum invaserant citantem ad standum legi regni, volentes cum hoc rege invito incolere terram suam. Ideo omne suffragium privilegii regis tenentur amittere, et cum in eadem dampnacione sint omnes qui fovent aut favent iniuriam dicte cause in contemptum regis et regni, et specialiter hii qui sub pena excommunicacionis ad defensionem legum regni et regalie regis specialiter sunt iurati, patet quante illi forisfaciunt contra regem.

It is an offence to excommunicate the King's servants without careful enquiry.

Ex quibus videtur quod publice excomunicantes ministros regis sine examinacione diligenti delicti, et specialiter si iurati sunt legem ipsam defendere, offendunt nimium. Nam Gen. XVIII°, 20, 21, dicit omnisciens ad dandum exemplum iudicibus, quomodo diligenter examinent causam, antequam ferant iudicium: *Clamor,* inquit, *Sodomorum multiplicatus est; descendam et videbo utrum clamorem opere compleverint* * 149[d] *an non est ita ut sciam.* Nec sufficit notorietas substancie facti, sed oportet quod sit notorium qualitate; quia notum est quod excommunicans propter operacionem legitimam iniuriatur excommunicato excommunicando se ipsum.

Persons in authority are not to be condemned for wrong done by their subordinates without their consent.

Nec est color excommunicare capitaneos operacionis L legitime propter hoc quod preter eorum consensum, auctorisacionem vel occasionem datam aliquis de comitiva fecit opus indebitum, quia sic Christus foret excommunicandus pro facto Scarioth, et quilibet dux exercitus pro quocunque facinore commisso a persona sui exercitus et (quod evidencius est) quilibet prelatus

1. A in marg: Conclusio. 3. B D: regis deest. 7. B: rege invicto. 9. D: sunt omnes. 9. 10. D: favent dicti cause. 14. A in marg.: Conclusio. 24. D: notandum. B: excommunicatus propter. 30. D: facit. 32. A A $B_1$: quocunque deest.

L 149[d] pro quocunque scelere subditi sui gregis; que si essent vera tolleretur a prelatis potestas excommunicandi subiectos, cum non licet excommunicato excommunicare quemquam, ymmo cum ut sic sit hereticus, non licet sibi ministrare aliqua sacramenta. Nec cadit excusacio quod prelatus non excommunicat, sed denunciat tales excommunicatos de iure, quia talis denunciacio est defamacio minimis; et ve illi qui taliter scandalizat fratrem suum.

Excommunication is unjust: 1. if inflicted from spite, 2. from avarice; 3. if undeserved.

1 Est autem excommunicacio iniusta tripliciter: Primo quando sacerdos ex rancore et zelo vindicte excom-
2 municat subditum licet reum. Secundo quando prelatus pocius pro temporalibus quam pro amore et correccione subditi eum excommunicat, licet excomuni-
3 candus fuerit bono modo. Et tercio quando indiscrete excommunicat subditum propter factum legitimum. Talis autem excommunicator videtur plus polluere sanctam ecclesiam quam corporaliter occidens hominem ad altare; pro quo notandum quod corporalis pollucio videtur esse excommunicacioni inpertinens, nisi de quanto sapit peccatum, tum quia pollucio per sputum vel alia pondera nature foret turpior quam pollucio per semen vel sanguinem, tum eciam quia illa pollucio deletur per locionem corpoream.

Unjust excommunication is worse than murder.

M Ex istis videtur, cum iniuste excommunicans fratrem suum (quantum in eo est) occidit animam et virtutes, sed corporalis homicida non occidit ut sic nisi corpus solummodo, sequitur quod, sicut anima excedit corpus, sic occisio in animam perpetrata excedit in malicia occisionem corporis. Ex quo videtur, cum peccatum non potest subiectari in lapide vel edificio corporali, quod locus per se non polluit suos incolas, sed

10. A in marg.: Tripliciter facit excommunicacio iniusta. B in marg. man. alt.: Excommunicacio tripliciter. 15. A in marg.: Nota; De excommunicacione persone vel loci. (Above 140[d] without mark of reference.) A $A_1$: fuerit deest. 24. D: corporalem. Ex istis videtur, quod. 28. A B: solo modo. 32. D: p[e] = persone; recte: p̧ se.

econtra, cum II° Machab. V°, 19, scribitur: *Non propter locum gentem, sed propter gentem locum dominus elegit.* Et patet quod pollucio loci non impediret racionabiliter cultum Dei, nisi de quanto horrorem incuteret ex peccato, et cum maius peccatum maiorem horrorem incuteret, sequitur quod peccatum gravius commissum in sanctuario pocius retraheret a divino servitio. Nec aliud volunt leges ecclesie debite intellecte. Non enim licet clerico Christi cecari in stulticia phariseica (de qua Matthei XV°), plus appreciando locionem corporalem ex pluri horrore sordis corporee quam locionem spiritualem a sorde anime, cum secundum diffinicionem Christi, *que exeunt a corde interioris hominis, hec sunt que preponderanter coinquinant hŏminem.* Et hic miratur tota ecclesia laycalis quare clerus excommunicat cum tanta instancia et fervore pro suo * debito corporali, vel pro sensibili privilegio ex tradicionibus hominum introducto; clericos autem non sic excomunicant pro rependendo debito spirituali, cum tamen peccatum sit infinitum gravius et debitum illud quoad Deum sit obligacius. Plus eciam foret ad privilegium et iustificacionem ecclesie quod prevaricatores mandati Dei per censuras ecclesie sint correcti quam quod omnes ritus humani legi Christi superadditi sint quantumcunque multipliciter regulariter ac solempniter observati.

149[d] M — a — 150[a]

Men want to know why the wicked clergy are not excommunicated.

Recoleremus siquidem quod propter preponderanciam ritus phariseici legi Dei destructe sunt Jerusalem et Judea (ut patet Matthei XV° et Luce XIX°). Recoleremus eciam quomodo privilegium est lex privata ad commodum privilegiati concessa a principe, N

1. A B: I. Mach. D. Mach. VI. 4. B: honorem incuteret. 5. D: cum magis. 5. B: honorem D: errorem. 11. A: quam correxit e: quando. 13. B: exemit. 15. A in marg.: Nota tres miraculose questiones laicales a, b, c. (Below 149[d] without mark of reference.) 17. D: sensuali. 18. D: non excommunicant; non alia manu in marg. additum. 23. D: censure in textu, corr. in marg.: censuras. 26. D: recoleremus propter; A: propter deest. 27. D: distincte.

10. Matth. XV, 18—20.

N 150a et per consequens foret clero magnum privilegium
quod adiutorio dominorum temporalium foret exone-
ratus ab istis cerimoniis humanitus introductis, pro-
pinquius sequendo Christum pure secundum regulas
primevas a Christo traditas. In hoc enim habemus
b supra laycos privilegium singulare. Mirantur insuper
seculares quomodo non licet eis communicare cum
excommunicato a sacerdote pro questu suo vel ex-
cellencia seculari, et hoc sub pena excommunicacionis
maioris, licet autem communicare cum gravius ex-
communicatis a Deo sine inferencia tante pene, ut
patet de simoniacis, de sacerdote fornicario et eius
amasia. Ymmo licet cardinales tamquam heretici vel
scismatici sint divisi a capite, tamen dicimus seculares
excommunicatissimos, si ab eis subtrahant elemosinas
suas que sunt bona pauperum, licet iniustissime
peius predonibus occupent aliena. Licet autem (ut
inquiunt in Westmonasterio) communicare cum ex-
comunicato quoad Deum racione iniuste detencionis
debiti vel iniuste occisionis proximi, eciam sustinendo
eum in sua malicia, sed laicis non licet communicare
cum minus excommunicatis ab eis pro bonis ecclesie.
Talia autem multa deliramenta finguntur per que
layci mendaciter illuduntur; licet enim falsitates ficte
quandoque prosunt per accidens, subditos a facinore
deterrendo, absit tamen christianum contra fidem
scripture uti istis fallaciis pro hoc fine.

The rules as to relations with excommunicated persons are bad.

O 1 Notum est enim ex fide scripture quod nemo ad
sui dampnum excommunicatur, nisi racione delicti
2 proprii excommunicatus fuerit quoad Deum. Notum
est iterum quod nemo propter corporalem communi-
cacionem cum excommunicato incurrit periculum, nisi
3 sit particeps criminis cum eodem. Et notum est tercio
quod infinitum periculosius est communicare culpa-
biliter cum excommunicato a Deo, qui solum ex-

No such relation is dangerous except a share in the crime.

4. B: sequendo exemplum. 14. D: in capite.

communicat pro mortali, quam communicare nude 150a O corporaliter cum excommunicato solum ab homine.

The Prelates' privilege of imprisoning excommunicated persons should be taken away,

Tercio miratur secularis ecclesia quod clerus instat c erga brachium seculare, ut omnes excommunicati sui per quadraginta dies, rema*nentes a prelatis quos ipsi 150b signaverint non soluti, mancipentur carceri seculari, quousque secundum eorum arbitrium satisfecerint, quantumcunque sophistice sint ligati. Non enim meretur eorum ingratitudo tale subsidium, cum regula iuris divini sentenciat quod *privilegium indultum tenetur amittere qui sibi concessa abutitur potestate.* Abusus ergo tendens ad enervacionem regni et bonum privatum bono communi preponderans meretur ablacionem privilegii sic abusi.

or allowed only after lay trial.

Et iterum videtur clerum tam leviter et incircum- P specte excommunicantem involvere seculares in sua excommunicacione erronea, cum ex eorum ducatu sepe per talem excommunicacionem pretensam puniunt innocentes, et per consequens, cum nec tenentur credere quod eorum quelibet excommunicacio sit iusta, nec ex fide scripture vel racione tenentur obedire clero in ista incarceracione servili, videtur ex timore peccati consensus quod non debent ante legitimam examinacionem cause et forme excommunicacionis punicioni huiusmodi consentire. Cum enim racio scripture sacre sit optimus legum interpres, patet quod adiutorium promissum a principibus in hac parte debet intelligi cum condicione quod talis incarceracio sit de numero operum elemosine pro quibus punientes sunt in finali iudicio premiandi. Sed scrutetur fidelis evangelium Matthei XXV° et videat si incarceracio excommunicatorum iniuste in aliquo operum misericordie sit contenta. Nec ignorancia excusat simpliciter ne peccetur, cum Paulus ex ignorancia veritatis scripture commisit blasphemiam,

1. D: pro mortalibus. 3. D: quomodo clerus. 4. A in marg.: Brachium seculare. 7. D: satisfecerunt. 25. B: punicionis. 35. A in marg.: Ignorancia non excusat.

P $150^b$(ut patet $I^a$ Thymothei $I^o$). Nec dicat aliquis quod Anglia processit prospere, quando ecclesia habuit talia privilegia sic defensa, quia audacter assero quod non exinde promeruit, sed sicut iniquitas Amorreorum fuit in congregari per $CCCC^{tos}$ annos et amplius (ut patet Gen. $XV^o$); ex cuius cremento finaliter sunt destructi: sic timendum est de gente Anglie, nisi clerus redeat ad spiritualem humilitatem, ut olim, cum clerus ut anima et secularis ut corpus debent concorditer constituere virum unum; quod non potest fieri nisi ex mutua observancia legis Christi. Sepe enim in pruritu prosperitatis mundane est populus insensibiliter quoad Deum amplius peioratus.

*Lay rulers must, however, be reminded of their duties to the Church.*

Hortandi tamen sunt domini seculares ne arguendo per locum ab insufficienti similitudine auferant vera privilegia ecclesie propter cupidinem temporalium vel vindictam. Hortandi sunt secundo ne ex invidia vel alia causa pretergrediente caritatis regulas sit fugitivo
$150^c$ culpa imposita vel * prodicionis suspicio palliata. Et hortandi sunt tercio ne alicubi et specialiter infra septa ecclesie sanguinem effundant innoxium, sed honorent sanctam matrem ecclesiam secundum regulas quas Christus sibi instituit; ad que omnia oportet omnino consulere sensum catholicum scripturarum.

---

## CAP. VIII.

*Digression on the shameful event which has lately happened in England and in Rome.*

A Quia sciencia secundum philosophos gaudet extraneis ac sciencie de sancta matre ecclesia sit nimis extraneus infamis casus qui contigit nuper in Anglia et in Roma, ideo gracia declaracionis fidei et cavendorum errorum ecclesie restat parumper disgredi circa

4. B: exinde proverant (sic). 13. A $A_1$: peioratur. 14. A in marg.: Nota bonas hortaciones. 20. D: ne aliter. 20. 21. D: infra cepta. A $A_1$ B: Christus deest. 24. A in marg. verba tschechica: Nu zbohem mylym potahnyem dale. Id est: Age, cum Deo caro (materiam) porro tractabo.

Three postulates: 1. The quidity of the Church as already explained.

ista, primo supponendo tria per ordinem. Primo, in- 1 A quam, ex supradictis supponatur predicta sentencia 150c de quiditate sancte matris ecclesie, nec est illa abicienda a Christi ecclesia, cum nec contingit ecclesiam speculative nec practice quicquam cognoscere nec meritorie debite conversari, si sit omnino destituta ab eius noticia. Nam iuxta dicta XV[i] cap. theologus foret nimis inscius racionum scripture et fidei orthodoxe qui omnino ignoraret quiditatem sancte matris ecclesie. Nec dubito quin deest decretistis, legistis et philosophis fructuosa speculacio qui omnino ignorant quid sit sancta mater ecclesia. Nam omnes leges humane sunt finaliter ad defendendum iusticiam huius matris et purgandum eam ab erroribus quibus pro tempore vie temptacionum adversitatibus implicatur. Cum ergo finis inponit maximam necessitatem operibus, ex II° Phisicorum manifestum est quod oportet omnes doctores speculativos statuere matrem nostram ut regulam ad tractatum speculabilium mensurandum, et per idem nemo intendit praxi laudabili, nisi in quantum tenderet ad honorem vel commodum huius matris; nec dubium quin nemo viat meritorie secundum beneplacitum sponsi ecclesie, nisi de quanto operatur ad honorem et commodum sponse sue. Et hinc precipitur in primo mandato secunde tabule quod fidelis honoret patrem et matrem, quod indubie principaliter intelligitur de Christo et sua ecclesia. Nec honorat eam vel diligit fideliter quam non noscit. Ideo necesse est, ut omnis fidelis det operam ad cognoscendum direccius matrem suam.

2. That we abjure all falsehood.

Secundo supponitur quod procedatur in isto trac- 2 tatu sine duplicitate mendacii. Nam mendacium est precisa cautela per quam diabolus illudit fidelibus, ut

1. B in marg. man. alt.: Posteriora prius dicit. A in marg.: Tres suppositiones. (Below 150c without mark of reference.) 12. A in marg.: Racio: Necessaria est noticia de sancta matre ecclesia.

16. Cf. Arist. Φυσικῆς ἀκροάσεως B. 2. Opp. tom. I, 194. 25.—29. Cf. supra pag. 1.

A 150[c] honorent meretricem secum adulteram tamquam reginam et matrem fidelium sponsam Christi. Unde istam sentenciam de quiditate sancte matris ecclesie oportet ut fundamentum supponere, ut sciatur qui procurant pro eius veris privilegiis et qui degenerant, in quo 150[d] consistit verum privilegium * ac edificacio ecclesie et in quo stat eius oppositum secundum fidem scripture, et de congruitate status moderni in comparacione ad florem etatis ecclesie iuxta modum loquendi scripture.

B Sed in ista materia sunt quidam moderni doctores approbantes mendacium et dicentes quod veritates tales scripture non sunt dicende tum propter perturbacionem ecclesie, tum eciam propter scelera que hostes ecclesie ex eorum audacia perpetrarent. Unde arguitur et tenetur quod doctores vocati ex mandato domini regis et iurati ad dicendum veritatem de casu qui nuper contigit in Westmonasterio ad honorem Dei, ad utilitatem ecclesie et ad expurgacionem errorum in regno, ut exinde stet constancius in virtute, mentiri debuerant propter duo: primo pro fama sua servanda qui actenus reputati sunt hostes ecclesie; quilibet autem debet diligencius servare famam propriam quam famam alienam pro qua in casu mentiri est licitum. Secundo debuerant mentiri ad conservandum privilegia ecclesie que essent aliter destructa, veritate detecta dominis temporalibus et patronis. Cum autem dicta privilegia sint prestanciora quam vita hominis pro qua servanda licitum est mentiri, multo magis debuerunt mentiri pro illis privilegiis conservandis.

Some doctors say that it is right to give false opinions in such a case,

for the sake of one's own reputation,

or to maintain the privileges of the Church.

1 Quantum ad principium illius sentencie patet ex tractatu De Mendacio quod est cuilibet fideli detestabile ut hereticum et blasphemum. Nam si aliquod mendacium sit meritorium et aliquod superhabundans

1. B: honorent meretricium. 5. B: quod eius veris. 14. A in marg.: Opinio. 22. B in marg.: Fame causa licet mentiri. B: quibus autem debet. 24. Codd.: debuerunt. 30. A in marg.: Responsio. Contra sentenciam que dicit licitum est mentiri.

in menciente ultra quam oportet, aliquod autem in 150d B
extremo deficiente apud eum qui ex cauterizata conſciencia nimis parce mentitur, sequitur quod habitus mendacii inter hec duo extrema tenens medium foret virtus. Patet consequencia ex diffinicione virtutis posita II° Eth. VI°, cap.: *Virtus est habitus electivus in medietate consistens quoad nos determinatus racione.* Hoc tamen abhorreret gentilis philosophus Aristoteles, cum IV° Ethicorum, C. IV°, tractans de virtute veridici et duplici vicio falsidici, ita scribit: *Per se autem mendacium pravum et fugiendum, verum autem et bonum laudabile.*

This would make lying a virtue,

Item, cum omnis virtus sit de genere tertii boni 2 C
maximi, descendens desursum a patre luminum qua virtute nemo abuti potest (ut sepe meminit beatus Augustinus), sequitur quod omnis virtus mendacii sit a Deo, et cum omnis pater et auctor virtutis sit autonomatice virtuosus, sequitur quod Deus, pater et auctor mendacii, sit summe mendax, sicut Christus secundum humanitatem foret homo mendacissimus potens esse, et per consequens, nullus fidelis dubitat esse blasphemum, cum Manichei blasfemi dixerunt micius quod non Deus bonus, sed Deus malus sit origo et principium talis mali.

and God a liar.

Nec dubium quin non sit dare virtutem in homine, quin eius ydea vel exemplar sit in Deo et Deus virtute supra genus est taliter virtuosus, ut non posset exemplare * iusticiam, misericordiam, patienciam, liberalita- 151a
tem, et sic de et aliis, nisi ipse foret summe iustus, misericors, paciens et liberalis, et sic de principiis cuiuscunque generis virtutis. Et sic antecedenter ad virtutem mendacii

6. In codd.: II. Eth. V. 27. A in marg.: Nota quod Deus est virtuosus.

9. Vide Trialogum lib. III, cap. I (ed. Lechler, pag. 128). Cf. Arist. Eth. Nic. II, VI. graece, Opp. II, 1106; latine, Opp. III, 544.
17. Aug. Retract. lib. I, Cap. IX; De Lib. Arbit. II, cap. XIX. Opp. I, 13, 607.

C 151ª oportet Deum esse summe mendacem. Non enim est fingendum quomodo pertinencius denominaret habitus mendacii subiectum suum quam mendax, cum mentiri sit opus virtutis.

3 Item, suppono ex fide scripture quod Deus dicit quicquid creatura aliqua bene dicit; patet ex hoc quod omnis creatura ut sic est organum Dei principalius dicentis quam sua fistula, iuxta modum loquendi Psalmi LXXXIVⁱ, 9: *Audiam quid loquatur in me dominus Deus.* Et Apostolus IIª, Corinthiorum XIIIº, 3: *An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus.* Ex quibus cum veris sequitur quod tam trinitas quam Christus humanitus facit in omni christiano mendace quodcunque mendacium virtuosum, et cum virtuosum non sit distrahens sed pocius viciosum, sequitur quod Deus simpliciter facit mendacium, et cum dicit falsum eadem intencione qua christianus pie menciens, sequitur quod Deus principalissime mentitur et per consequens mendax est, ut pater eius, ut Christus dicit Johannis VIIIº, 44 de ipso diabolo. Cum enim Deus illo modo mendacium loquitur, ex propriis loquitur, cum sit fons et origo mendacii, et ita cum dicit angelis veritatem in verbo, nobis menciendo foret duplex animo, et forent in eo *est et non* contra Apostolum IIª, Cor. Iº, 17. Ymo, cum ipse sit omnis veritas, negando veritatem virtute mendacii, se ipsum negare posset, contra Apostolum IIª, Thymotei IIº, 13, et foret racione mendacis principii cateclismus tocius fidei christiane. Cum enim Deus mentiri potest iuxta sic opinantes nec potest habere denominacionem virtutis, nisi habeat ipsam in summo et quodam modo infinite, sequitur ex infinitate sue mendacitatis immense quod in tota fide sue scripture potuit totam ecclesiam decepisse

So the whole Christian faith would fall to pieces.

10. A A₁ II. deest. 12. veris; ita codd. 18. B: pie incuciens. 20. A in marg.: Arguitur quod Deus non potest mentiri. 22. B sit deest. 25. A: Cor. I. A₁: I Cor. I. 28. In Codd.: Thymotei II. 33. B: et mense.

dolose. Aliter enim esset dare finem sue mendacitatis 151[a] C immense, usque ad quem et non ultra potuit decepisse; quod credo non dabitur, cum dicitur communiter quod sit infinitum misericors sed finite solum modo miserator.

No worse doctrine was ever propounded than this, that we ought to lie to the King's Council.

Quantum ad illas duas evidencias quod debuisse- D mus mentiri contra iuramentum nostrum tam pium atque legitimum coram consilio regis nostri, Deum contestor et numina quod inter omnes doctrinas vel consilia que audivi non occurrit mihi aliquod difficilius aut detestabilius. Ideo videtur mihi quod minus male potuit fuisse dictum ad partem quam publice sic in scolis, nam sic menciens manifeste incurrisset periurium et infamiam quam vitabat, et ita conclusisset culpabiliter, secundum metam redargucionis maxime sibi ipsi. Ideo minus malum est sine dampno anime pacienter pati detracciones et scandala, quam menciendo et per consequens iniuriando toti universitati create, offendere dominum veritatis. Non enim

No case can be imagined in which it is lawful to lie.

ymaginari potest casus nec inveniri ficticia in quo vel qua licitum est mentiri, immo crescente mendacio eciam in clero plus solito esset opus doctoris proferre de thesauro scripture * raciones et sanctorum 151[b] testimonia in detestacionem mendacii et non fovere mendacium mendaciis allegacionum et sophisticis argumentis. Ego quippe horrerem introducere scolam istam tamquam doctor mendacii, cum ex fragilitate nimis proni sumus ad hoc sine abduccione peregrina per scienciam menciendi; doctor itaque, docens quod licitum est mentiri, inperfecte procedit, nisi doceat quomodo licitum est mentiri, et per consequens, nisi doceat quomodo debemus mentiri, et sic secundum scolam mendacii foret laudabile mentiri fingendo false doctores extra-

5. B in marg. man. alt.: Misericors est Deus infinite, sed finite est miserator. 8. B in marg. man. alt.: Jurat. 17. A in marg.: Conclusio. 20. B in marg. man. alt.: Nota de non committendo mendacio. 23. A: thezauro; sic et in sequentibus.

The false doctrine is supported by false quotation.

D 151b neos et dicta sanctorum doctorum pro ista sentencia coloranda. Sed quis crederet tali scole? Et dico *mendaciis allegacionum,* quia allegatum est contra me dictum Augustini, super illo Psalmi V$^{i}$, 7: *Perdes omnes qui loquntur mendacium,* sub hac forma: *Multa,* inquit, *videntur pro salute aut commodo alicuius non malicia, sed benignitate mendacia: quale fuit illarum obstetricum in Exodo que Pharaoni falsum renunciaverunt, ut infantes filiorum Israel non necarentur, sed eciam ista non in re, sed in dolo laudantur.* Et hic notant allegantes hanc formam verborum quomodo aliquis est pius dolus quo licet nobis proximum menciendo decipere. Sed ego respexi multos libros Augustini in quibus dicit concorditer quod iste obstetrices in isto mendacio peccaverunt, licet peccatum fuerit Hebreis proficuum, unde cum nullum bonum sit irremuneratum, Deus pro pietate quam habuerant fecit eas taliter premiari. Unde Magister Historiarum super Exodi cap. III° quod sic incipit: *De indole obstetricum,* sic loquitur: *Quia timuerunt Deum, edificavit illis domos, id est, locupletavit eas, cum essent pauperes, vel fecundavit eas, cum essent steriles.* Augustinus vero dicit obstetrices venialiter peccasse, Gregorius vero videtur velle quod mortaliter; dicit enim quod *merces benignitatis earum non potuit in eterna vita retribui, sed pro culpa mendacii in terrenam compensacionem declinata est.*

4. A in marg.: Augustinus. Nota. Pro mendacio obstitricum in Exodo et contra. B in marg. man. alt.: De obstetricum mendacio. 9. In codd. non deest. Correxi ex Aug. In psalm. V. Opp. IV, p. 18. 10. Verba Augustini l. c.: Sed eciam ista non re, sed indole laudantur. 19. Exodi cap. seq. lacuna in codd.; addidi e hist. scol. Petri Comestoris. A in marg.: Magister historiarum. 20. Ap. Petrum Com. non de indole sed de dolo leges.

18. Vide Petri Comest. hist. libri Exodi cap. III. (Ed. Argentina 1515, fol. e, 3.) De Petro Com. Cf. Wyclif's Pol. Works II, pag. 454. 24. Moralium lib. XVIII, cap. III, Opp. tom. I, pag. 559.

Unde in textu originalis beati Augustini inveni sic 151[b] E scriptum: *ista non re, sed indole laudantur.* Nec dubium quin sic habent libri correcti, tum quia magnus ille doctor Petrus Comestor intitulat capitulum suum *De indole obstetricum,* et sic loquitur sanctus Thomas secunda secunde q. CX[a]; tum secundo quia tunc textus Augustini diceret non in re, sed in dolo laudantur, nunc autem dicitur *non re, sed indole laudantur;* tum tercio quia dato hoc textu sic perverso adhuc militat in oppositum pervertentis, cum textus dicit quod non laudantur re. Certum est tamen quod in re fecerunt bonum opus de genere, quod fuisset virtuosum, si fuisset non infectum mendacio. Unde econtra est sentencia Augustini quod obstetrices laudantur in re vel opere, non autem in dolo quo regem mendaciter fefellerunt. Unde inveni in margine originalis beati Augustini sic scriptum: *indolem vocat profectum;* * *sicut enim est corpo-* 151[c] *ralis indoles corporaliter crescencium, sic est spiritualis indoles spiritualiter proficiencium.* Vult ergo Augustinus dicere quod ista verba mendacia obstetricum non laudantur in re mendacii, sed in profectu vel fructu qui exinde provenit crescencie Hebreorum. Est ergo sentencia Augustini quod Deus non posset sinere peccatum fieri, nisi exinde bonum proveniat; unde propter bonum exinde occasionaliter proveniens vocatur peccatum Ade a beato Gregorio necessarium atque felix. Et dicitur a beato Augustino expediens; unde XIV°, De Civitate Dei, cap. XIII°, sic scribit: *Audeo dicere superbis esse utile cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum, unde sibi displiceant qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim*

Augustine does not praise the Egyptian mid-wives for lying.

8. 9. B: nunc — laudantur: deest. 30. A in marg.: Nota Augustinum, quod utile est in casu peccare.

2. Aug. ut supra, Opp. tom. IV, p. 18. 6. Thomas Aq. Opp. (Ed. Venet. 1774) tom. IV, p. 30. 29. Aug. l. c. Opp. VII, pag. 366 A.

E 151c *Petrus sibi displicuit quando flevit, quam sibi placuit quando presumpsit.* Sed per se notum est theologis quod non exinde peccandum est, quod bonum ex gracia Dei exinde proveniat. Unde credo quod peccatum publicum doctorum quo manifeste approbant mendacium ut virtutem, et mendax allegacio originalium, ut mendacio pallient dictum suum, vertetur ex gracia Dei illis in commodum, dum tamen in isto se corrigant et recognoscentes defectum suum humiliter resipiscant. Quis rogo aliter caperet eos in testimonium vel allegacioni eorum crederet, dum dicerent quod privatum commodum meritorium sit mentiri; revera nescio que opinio redderet hominem plus infamem.

To allow lying on behalf of the Church would make her advocates suspected;

F Quantum ad secundam evidenciam quod propter salvanda privilegia ecclesie sicut in casu qui nuper contigit meritorium sit mentiri, manifestum est quod dogma illud inficiendo privilegia redderet procuratorem ecclesie nimis suspectum; cum enim omne privilegium vel libertas sit fundatum in veritate que est sponsus ecclesie, manifestum est quod professione veritatis et non mendacii veritati oppositi defenderetur, dicente eadem veritate Joh. VIII°, 31, 32: *Si vos manseritis in sermone meo, vere disciplui mei eritis, et vos cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.* Ex quibus patet cum fide scripture quod, de quanto orator ecclesie declinat a sermone Dei qui est veritas in verba mendacii que sunt sermones diaboli, ut sic se ipsum inhabilitat ad privilegia et libertates ecclesie procurandum; nam nulla talia dantur nisi per sponsum ecclesie, veritatem que odit omne mendacium. Ideo dicit Joh. VIII°, 34: *Omnis qui facit peccatum servus est peccati.* Nec dubium quin omnis faciens mendacium ut sic peccat, ideo mendacium est pessimum medium ad procurandum bona ecclesie. Nam mentitor ut sic offendit in naturam divinam a qua

4. A in marg.: Conclusio. 11. 12. $A_1$ add.: quod propter privatum.
16. A: sint in casu.

Unde in textu originalis beati Augustini inveni sic 151ᵇ E
scriptum: *ista non re, sed indole laudantur.* Nec dubium quin sic habent libri correcti, tum quia magnus ille doctor Petrus Comestor intitulat capitulum suum *De indole obstetricum,* et sic loquitur sanctus Thomas secunda secunde q. CXª; tum secundo quia tunc textus Augustini diceret non in re, sed in dolo laudantur, nunc autem dicitur *non re, sed indole laudantur;* tum tercio quia dato hoc textu sic perverso adhuc militat in oppositum pervertentis, cum textus dicit quod non laudantur re. Certum est tamen quod in re fecerunt bonum opus de genere, quod fuisset virtuosum, si fuisset non infectum mendacio. Unde econtra est sentencia Augustini quod obstetrices laudantur in re vel opere, non autem in dolo quo regem mendaciter fefellerunt. Unde inveni in margine originalis beati Augustini sic scriptum:
*indolem vocat profectum;* * *sicut enim est corpo-* 151ᶜ
*ralis indoles corporaliter crescencium, sic est spiritualis indoles spiritualiter proficiencium.* Vult ergo Augustinus dicere quod ista verba mendacia obstetricum non laudantur in re mendacii, sed in profectu vel fructu qui exinde provenit crescencie Hebreorum. Est ergo sentencia Augustini quod Deus non posset sinere peccatum fieri, nisi exinde bonum proveniat; unde propter bonum exinde occasionaliter proveniens vocatur peccatum Ade a beato Gregorio necessarium atque felix. Et dicitur a beato Augustino expediens; unde XIV°, De Civitate Dei, cap. XIII°, sic scribit: *Audeo dicere superbis esse utile cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum, unde sibi displiceant qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim*

Augustine does not praise the Egyptian midwives for lying.

8. 9. B: nunc — laudantur: deest. 30. A in marg.: Nota Augustinum, quod utile est in casu peccare.

2. Aug. ut supra, Opp. tom. IV, p. 18. 6. Thomas Aq. Opp. (Ed. Venet. 1774) tom. IV, p. 30. 29. Aug. l. c. Opp. VII, pag. 366 A.

E 151c *Petrus sibi displicuit quando flevit, quam sibi placuit quando presumpsit.* Sed per se notum est theologis quod non exinde peccandum est, quod bonum ex gracia Dei exinde proveniat. Unde credo quod peccatum publicum doctorum quo manifeste approbant mendacium ut virtutem, et mendax allegacio originalium, ut mendacio pallient dictum suum, vertetur ex gracia Dei illis in commodum, dum tamen in isto se corrigant et recognoscentes defectum suum humiliter resipiscant. Quis rogo aliter caperet eos in testimonium vel allegacioni eorum crederet, dum dicerent quod privatum commodum meritorium sit mentiri; revera nescio que opinio redderet hominem plus infamem.

To allow lying on behalf of the Church would make her advocates suspected;

F Quantum ad secundam evidenciam quod propter salvanda privilegia ecclesie sicut in casu qui nuper contigit meritorium sit mentiri, manifestum est quod dogma illud inficiendo privilegia redderet procuratorem ecclesie nimis suspectum; cum enim omne privilegium vel libertas sit fundatum in veritate que est sponsus ecclesie, manifestum est quod professione veritatis et non mendacii veritati oppositi defenderetur, dicente eadem veritate Joh. VIII°, 31, 32: *Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et vos cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.* Ex quibus patet cum fide scripture quod, de quanto orator ecclesie declinat a sermone Dei qui est veritas in verba mendacii que sunt sermones diaboli, ut sic se ipsum inhabilitat ad privilegia et libertates ecclesie procurandum; nam nulla talia dantur nisi per sponsum ecclesie, veritatem que odit omne mendacium. Ideo dicit Joh. VIII°, 34: *Omnis qui facit peccatum servus est peccati.* Nec dubium quin omnis faciens mendacium ut sic peccat, ideo mendacium est pessimum medium ad procurandum bona ecclesie. Nam mentitor ut sic offendit in naturam divinam a qua

4. A in marg.: Conclusio. 11. 12. $A_1$ add.: quod propter privatum.
16. A: sint in casu.

omne bonum profluit sponse Christi, et ut sic offendit 151c F
in totam ecclesiam, quia contra hoc mandatum domini: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium*, Exod. XX°, 16, iniuriatur ut sic sancte matri ecclesie: ideo absit ecclesiam expetere huiusmodi oratorem. Nam secundum Augustinum super Psalmum V^um: *Si hoc dicitur quod est, verum dicitur*, et ut sic ad eum qui est acceditur; *si autem hoc dicitur quod non est, mendacium fit* et a veritate receditur. *Ideo dicit propheta: Perdes omnes* * *qui loquuntur* 151d
*mendacium.* Unde ne quis arbitretur perfectum et spiritualem hominem pro ista temporali vita in cuius morte non occiditur anima, sive sua sive alterius, debere mentiri, non inmerito in alio loco scriptum est: *Os quod mentitur occidit animam.*

Ex quo patet quod pro tota universali ecclesia salvanda G
nullus sapiens mentiretur, nam cum omne mendacium sit peccatum contra naturam, eo quod tota natura fuit pure in veritate sine mendacio primitus instituta, quis

and throw doubt on all her rights and privileges.

procuraret pro bono ecclesie per verba mendacia? Nonne 1
domini seculares audientes quod per dogma falsum, quia per mendacium, sit privilegium ecclesie defendendum, ex naturali lumine statim convincerent quod totum privilegium sit mendax et frivolum quod indiget sic fulciri mendaciis? Nonne iterum audientes doctorem 2
ecclesie dogmatizare publice quod privilegia ecclesie sunt per mendacia inpetranda, suspicarentur probabiliter quod tota suggestio qua impetrantur bona ecclesie sit mendax et falsa, et per consequens, omnia illa bona forent ex defectu fundamenti stabilis auferenda? Nonne tercio credens ecclesiam sic privi- 3

6. A in marg.: Augustinus. 8. Aug. l. c.: Si enim hoc dicitur quod est, verum dicitur, si autem hoc dicitur quod non est, mendacium est. 23. B.: ex natura lumine. 23. B: convinceret. Rectius: convincerentur.

7. Aug. l. c. Opp. IV, p. I, p. 18. 9. Psalm. V, 7. 16. Sap. I, 11.

G 151d legiatam approbare mendacia diffideret quod ecclesia illa recipiens ex titulo elemosine a seculari principe bona huiusmodi sub condicione quod rependat spirituale suffragium, mentiretur in defraudando a promisso suffragio. Ideo ista opinio foret pessima ad bona ecclesie fideliter procurandum. Et eadem est consideracio de causis civilibus, quod inpossibile est ut mendacia illas vel contenciones aliquas legitime promoverent. Consideremus ergo quod Christus incurrebat aput sacerdotes, phariseos et scribas apparenciam diffamacionis, maxime ex hoc quod detegendo veritatem et reprobando eorum vicia purgavit ecclesiam et ut sic aquisivit sibi nomen quod est super omne nomen, superans quamlibet famam mundi. Sic nos christiani debemus tenere veritatem et privilegia ecclesie Christi defendere quantum sufficimus nec curare de fama alia, nisi de quanto adicitur ex virtute.

Christ spoke truth without regard to his reputation.

H Sed tercio notandum pro ulteriori declaracione privilegiorum ecclesie quod privilegium est privata lex, concessa a principe ad commodum ecclesie vel persone. Unde (si non fallor) omnis bona lex temporalis vel humanitus adinventa pro utilitate ecclesie vocari potest privilegium ecclesie, cum omnis talis lex sit privata quoad tempus et populum. Unde quod legiste vocant talia iura communia non obest quin sint privata, quia in communitate legum est dare quotlibet gradus, et lex privata potest crescere in communitate quoad tempus, locum et personam. Lex autem caritatis quam omnis homo debet semper et ubique tenere est ius communissimum sicut alie leges condicionales quas ipsa implicat. Addo eciam distinccionem ecclesie vel persone, quia si tantum esset una creatura racionalis privilegiata, tunc non privilegiaretur ecclesia. Privilegium ergo est specialis licen-

All laws made for the benefit of the Church may be called privileges, as being in some degree private laws.

The universal law is that of charity.

18. $A_1$ Sed ulterius. 19. A in marg: Quid est privilegium?
22. A. in marg.: Omnis lex humanitus adinventa utilis est privilegium.
25. $A_1$: quod iuriste. 32. distinctim in codd.

cia creature utendi utibili vel fruendi fruibili, et illud speciale vel privatum licere est lex, ut patet in communi sermone de lege. 151ᵈ H

*Only a creature can have privilege;*

I Ex istis patet primo non equivocantibus quod proprietates que naturaliter competunt trinitati non sunt earum privilegia, cum omne privilegium * principaliter ab extrinseco pro utilitate inest privilegiato, et sic solum creatura racionalis est capax privilegii. 152ᵃ

*a true privilege must really benefit the grantee:*

2 Patet secundo quod privilegiante aut privilegiato decepto in credendo privilegium vergere privilegiando ad commodum, dum tamen concessum privilegiando cedat ad dampnum tamquam utilitati sue contrarium, non est privilegium sed pocius corruptela. Patet ex hoc quod privilegium (in quantum huiusmodi) est bonum utile, ut non est privilegium infidelibus quod liberati a iusticia exonerati sunt a iugo domini et effrenes ad peccandum subiecti iugo diaboli, nisi forte equivocetur, vocando privilegium quodlibet privans legem.

*Consequently there is no privilege except what is granted by Christ.*

3 Tercio sequitur quod non est aliquod privilegium, nisi quod princeps pacis concesserit, caput universalis ecclesie, dominus Jesus Christus. Patet ex hoc quod non potest esse bonum ecclesie, nisi primo venerit per derivacionem a capite. Si enim primas privatus concedit aliquid et Deus illud non concedit, tunc vel oportet concedere quod Deus non prevenit ipsum in agendo, et per consequens non est causa essencialis cuiuslibet creature, vel aliter quod non est bonum vel rationale quod privilegiatus illud habeat, quia si esset sapiencia Dei, eternaliter ordinaret ut habeat, et cum clemencia spiritus sancti graciose illud donaret; cum Johannis XV°, 5, 4, dicit caput: *Sine me nichil potestis facere, sicut palmes non potest facere fructum, nisi manserit in vite,* sic

1. B: et fruendi. Codd.: usibili. 2. A $A_1$ patet deest. 7. A in marg.: Nota de privilegiis ecclesie continue infra (Above 152ᵃ without mark of reference). 15. B: ut deest. 16. A: et ss. (literae ss. extinct.). 28. Racionale sive racionabile; codd.: racioˡᵉ.

I 152[a] enim privilegium concessum domesticis non est ratum, dum tamen ab essenciali patrefamilias omnipotente et omnisciente indultum non fuerit et optenta eius licencia confirmatum.

K Ex istis colligitur quod summum privilegium concessum christiano pro via foret quod, exproprietarie vivendo, Christo similius foret anterior in exercitu
1 christiano. Patet primo sic: Iuxta proximum corellarium nullum est privilegium nisi concessum a Christo, ipse autem non potest concedere maius privilegium quam plus assimilando subditum sibi ipsi, ergo etc. Unde Matthei XVIII°, 1, quando discipuli quesierunt a Christo: *Quis putas maior est in regno celorum, ipse advocans parvulum sine malicia statuit eum in medio illorum dixitque* re et sermone quod *qui sic plus se humiliaverit hic maior est* in ecclesia militante.
2 Item, cuicunque militi pro statu milicie foret aptacius quod armatus decencius et adiutus specialius ponatur in acie belli, ubi forcior est conflictus, in hoc enim consistit militaris strenuitas. Sed ut dicitur Job VII°, 1: *Milicia est tota vita hominis super terram,* et iuxta Apostolum Eph. VI°, 12: *Non est nobis colluctacio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequicie.* Ideo patet quod, quanto quis fuerit sic positus anterius in dicto exercitu, indultum est sibi privilegium eo maius quo
3 amplius coronabitur. Et patet ista sentencia de matre filiorum Zebedei que ex instigacione filiorum petebat privilegium a Christo, ut hii sederent in regno suo unus ad dexteram et alius ad sinistram (ut patet
152[b] Matthei XX°, 22). Sed pueri petentes * illud implicite audierunt divinum responsum: *Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?*

The highest privilege is to be allowed to follow Christ in poverty.

Instance of the mother of Zebedee's children.

5. A in marg.: Prima conclusio. 7. A: anteterior. 17. A: optacius. 18. A $A_1$: specialiter. 28. B: patet ex ista. 29. A: Zebei. 33. A: Noscitis.

Quo concesso concessit eis privilegium consequenter: 152b K
*Calicem*, inquit, *meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo.*

Super quo Crisostomus, Omelia XXXV° Operis In- M
perfecti, notat primo quod diabolus qui seduxit primum a
virum per feminam movit ut dicti apostoli seducerentur per feminam. Notat secundo quomodo Christus b
dirigens sermonem ad illos discipulos docet quod illi ex ceca presumpcione atque superba primatum culpabiliter pecierunt, aliter enim non direxisset omnisciens increpativum sermonem ad illos discipulos dimissa femina procurante: *Nescitis,* inquit, *quid petatis.* Ideo dicit Cristostomus: *O error salutaris qui tocius mundi solvit errorem. Si enim apostoli non sic errassent, unde nos cognoscere poteramus quod non omne quod videtur bonum desiderare bonum est? Cum enim scimus quod aliud est opus bonum et aliud primatus honoris. Et opus quidem bonum desiderare bonum est, primatum autem honoris vanitas est.*

Primacy is to be desired in labour, not in honour.

Tercio notandum quod sive apostoli errore seducti c
pecierunt primatum in regno temporali sive in regno celorum, sicut videtur ex textu convinci, stulta fuit eorum peticio, cum debuerunt laborem certaminis humiliter petivisse, et ad hoc sine iactancia primatus honor beatitudinis secutus fuisset; honor enim fugientem se sequitur et refugit affectantem. Unde dicit Crisostomus: *Desiderium primatus ex iactancia nascitur cordis; qui,* inquit, *humilis est indigniorem se aliis arbitra-*

1. B: consessit illis privilegium in. 5. A in marg.: Chrisostomus. M. Litera L. deest in cod. ib. In codd. Omelia XXVIII. 9. B: illos deest. 10. superba scil. presumpcione. 16. In codd.: poterimus. Corr. ex Op. Imperf. l. c. 17. In codd.: omne bonum. Correxi e textu Operis Imp. 19. In codd.: Et opus quidem desiderare bonum est. Correxi e textu Operis Imperfecti. l. c. 27. A in marg.: Crisostomus.

5. Opus Imperf. in Matthaeum Hom. XXXV, l. c., CLII. E. Cf. Richardi Armachani, Defensio curatorum, Goldast, Monarchia tom. II, pars II, pag. 1403.

M 152b *tur iuxta apostolicum preceptum: Alter alterum existimans superiorem.* Et hec racio (ut tactum est superius), quare membra ecclesie et gradus quibus Deus ipsos diligit sunt nobis abscondita.

d Quarto notandum quod Christus videns alienum spiritum in cordibus templi sui, non more conquirencium castra sua corporalia, disrupit muros castri, sed hostem expulit alliciens eos ad humilitatem qua ipsimet superent tyrannum qui eos turpiter superavit. N *Potestis*, inquit, *bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Ex qua interrogacione mulcente docemur, primo quod oportet victoriam esse voluntariam, si debet esse meritoria, ideo querit Christus ab eis modeste, si possunt pati voluntarie instar sui. Secundo docentur ceteri apostoli non indignari contra duos fratres, cum dominus eorum, contra quem principaliter usurpata fuit iniuria, tam urbane optulit eis idem medium quo ipse meruit dignitatem. Tercio docentur omnes christiani quod pati propter iusticiam sit necessarium cuilibet volenti beatifice premiari, cum dominus incessit per summum gradum illius medii; ideo vocat Christus hoc singulariter suum calicem.

Christ's treatment of his disciples' ambition.

e Quinto docemur quomodo Christus non potest suis deficere in concedendo privilegia, et consequenter mercedem ex eorum usu sequentem, cum statim post humilem consensum fraternum quo dixerunt *possumus*, statim concessit: *calicem quidem meum* 152c *bibetis*, ubi non * licet fideli ambigere quin concessit duobus fratribus quos prius gratificavit privilegium singulare. Si enim terreni patres noverunt bona data dare filiis suis, quanto plus pater primus post tam gloriosam victoriam quam per alios fecit in principem huius mundi? Lex ergo privata quam princeps pacis, et per consequens tocius * ecclesie concessit hiis fratribus ad commodum eorum maxi-

He refused their request but granted that they should drink his cup.

9. A $A_1$: turpiter superant. 26. A $A_1$: assensum.

mum quod possint regnum celorum rapere armis 152^c N suis, fuit privilegium singulare.

Two kinds of martyrdom.

Et ex isto eliciunt doctores quod est dare duplex O genus martirii, scilicet affeccione et corporali passione; cum beatus Evangelista non fuit sic passus corporaliter usque ad mortem ut Jacobus, sed uterque iuxta vocem predicti Christi veridicam bibit calicem passionis.

Lesson of humility.

Sexto docentur omnes fideles et specialiter prelati f non pompare vel alta sapere de gradus excellencia vel primatu, cum Christus coniungit: *Sedere autem ad dexteram vel ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo.* Quamvis enim Christus sit omnipotens et eiusdem auctoritatis et operacionis cum patre, pater ex se et ipse per se, tamen Christus more suo loquens humanitus prefert patrem, dicens quod nullum membrum ecclesie habebit mansionem in celo, nisi qui ex auctoritate patris eternaliter inscribitur libro vite; quod licet eleccione eterna sit factum per filium, quia tamen discipuli considerarunt Christum secundum humanitatem, ideo univocando cum eis fuit pertinens Christum vere atque humiliter ostendere minoritatem suam secundum humanitatem, cum non sit menciendum propter devocionem.

Unde ad pacificandum discipulos et instruendum eos quale privilegium et prioritatem eligerent, dicit quod qui voluerit inter eos prior vel maior fieri in celis, oportet quod sit servus humilior atque diligencior hic in terris (ut alias ostendi modo opposito) quoad primatum vel honorem seculi. Ideo dicit Crisostomus: *Fructum humilitatis posuit primatum*

3. A in marg.: Martir < affeccione / passione corporali. B in marg. man. alt.: Martirium. 9. A in marg.: humilitas. B in marg. man. alt.: Primatus est fructus humilitatis. 19. tamen; tum in codd. 23. B in marg. man. alt.: Menciendum non est in causa devocionis. 30. A in marg.: Crisostomus.

30. Opus Imperfectum l. c., pag. CLIII. C.

O 152c *celestem, ut quicunque desiderat primatum celestem, sequatur hic humilitatem celestem; quicunque autem desiderant primatum in terra invenient confusionem in celo. Ergo,* inquit, *iam non sit inter servos Christi de primatu certamen, nec festinet unusquisque eorum quomodo alio maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur.* Et ista doctrina sufficeret toti ecclesie ad eleccionem privilegii vel primatus, nec est possibile quod vere pacificetur ecclesia, antequam ista regula practice sit edocta.

The Church has no true privilege except what is founded in Scripture.

P Ex istis elicitur quod nullum est verum privilegium ecclesie, nisi de quanto fundatur, docetur vel elicitur ex scriptura. Patet sic: Omnis lex utilis sancte matri ecclesie docetur explicite vel implicite in scriptura, 152d omne privilegium est huiusmodi ex dictis: * ergo conclusio. Confirmatur ex sepe dictis: Omnis veritas est in scriptura sacra, omne privilegium est veritas quia lex, ergo conclusio. Unde Augustinus, II° De Doctrina Christiana, in fine: *Quicquid homo extra scripturam sacram didicerit, si noxium est ibi dampnatur, si utile est ibi invenitur;* et idem dicit epistola quarta ad Volusianum (ut alibi diffuse exposui). Sequitur ergo, si quis quidquid utile extra scripturam sacram didicerit, ibi invenitur, omne privilegium concessum in cartis vel bullis est quiddam utile (ut patet ex diffinicione), ergo omne privilegium ecclesie est in scriptura sacra; ideo cum illa sit maioris auctoritatis et accepcionis quam bulle vel carte (ut dixi alias), ille ut plurimum in clero superfluunt. Nam illis ablatis inniteretur privilegiatus ministerio ecclesie quod est per se causa privilegii, et non sic confideret in

4. B inter deest. 13. A in marg.: Honor scripture, quia omnis veritas in ea continetur. 16. A in marg.: Secunda conclusio. 18. A in marg.: Augustinus. 23. B: si quis est, quis est, quid utile. 28. B: acceptacionis; A in marg.: Correlarium.

18. cap. XLII. Opp. III, 1, 44. Epistolam ad Vol. vid. Opp. II, 395.

Corruptions of the Church.

cartis dimisso officio. Talis enim securitas confundit [152d] [P] ecclesiam, cum telis sophisticis super equivocacione que est ypocrisis et mendacium, diabolus et membra sua concludunt ecclesie. Quis queso non decipitur hodie in adherendo parti ecclesie malignancium et colendo ipsam ut membrum ecclesie? Quis insuper [a] non aspirat ad fastum seculi vel primatum vel privilegium, cum tamen sit sceleratissima corruptela, in tantum quod sepe incidimus in illud ve propheticum Ysaie V°, 20: *Ve qui dicitis bonum malum et malum bonum.* Nonne diligencia nostra ostendit quod plus [b] appreciamus cartas et privilegia humana quam scripturam sacram et privilegia que Christus suis instituit? Et indubie ut sic cadimus a quibuscunque veris privilegiis per abusum, quia iuxta beatum Gregorium (et ponitur in decretis XI[a], q. III. *Privilegium) privilegium debet amittere qui sua abutitur potestate.* Cum ergo omne racionabile vel utile ecclesie Christi prius ab ipso conceditur et in carta vel libro suo inscribitur, patet quod scrutinio illius libri et condicioni sub qua privilegiavit debemus primo attendere. Non enim sequitur: Datus potentatus seculi concessit hoc ut privilegium date ecclesie, ergo hoc est rationabile sive verum. Ideo oportet ultra concessionem scrutari regulam per quam racio privilegii debeat iudicari.

A case as to privilege.

Esto, inquam, quod Petrus potentatus seculi concedat [Q] privilegium Westmonasterio sub hac forma quod quicunque quantumcunque maleficus intraverit septa sua habebit immunitatem omnimodam, sic tamen quod in prima conclusione, in qua post introitum a prepo-

1. A in marg.: Conclusio. 4. ecclesie? Fortasse legendum: confundunt ecclesiam. 8. B: Cum tamen scit. 15. A in marg.: Conclusio. 20. 21. In codd.: Condicione. 22. A in marg.: De privilegiis monasteriorum et ecclesiarum. (Below 152[d] without mark of reference.) 27. A in marg.: Casus.

16. Dec. sec. pars, causa XI, q. III, c. LXIII.

Q 152[d] sito loci sibi opponitur, dicat verum. Casus autem videtur possibilis et honestus, cum pro mendacio et pro quocunque scelere posset uti privilegio ad hoc sibi donato, ut dicitur; ergo multo magis pro confessione humili veritatis. Pono insuper quod Petrus maleficus intrans Westmonasterium pro immunitate habenda sit primo interrogatus a preposito Westmonasterii si habebit immunitatem in dicta ecclesia et pono quod 153[a] Petrus conscius sibi ex dignitate contracta * de crimine dicat desperando de venia vel vere reputando se dignum morte temporali, quod non habebit immunitatem in dicta ecclesia; tunc isto casu deducto ad placitum, patet quod ex casu et aliis circumstanciis positis et ponendis utraque pars contradiccionis sequitur, ut noverunt sophiste in materia insolubilium. Et revera quilibet intrans limina ecclesie, ut foveatur in crimine, incidit culpabilius in materia insolubili cuiusmodi est peccatum, quam sequitur Petrum incidere. Unde ego nescio aliter solvere nec credo alium quemquam scire, nisi quod dictum vocatum privilegium non est privilegium, quia non est fundabile in scriptura; et ita generaliter omnis lex privata non fundabilis in scriptura non est privilegium, quia non cedit ad utilitatem ecclesie, cum (ut dicit Augustinus) *quicquid utile est ibi invenitur*. Et si claudit contradiccionem quod hoc sit privilegium, multo magis omnis casus in quo ponitur dari privilegium loco, ut quicunque intraverit cum quocunque crimine, gaudeat immunitate date ecclesie; illud enim est impossibile plus elongatum ab apparencia quam precedens. Cum multi intrant sanctuarium cum illo peccato, racione cuius tenentur amittere libertatem, ymo cum principium Gregorii sit verum quod omnis et specialiter presci-

The Westminster privilege is a false one.

9. A$_1$ corrigere vult: ex gravitate contracta. 13. A A$_1$: casu et deest. 17. In materia involubili: superfluum esse et e marg. in textum incidisse videtur. 18. B: peccatum incidere. 23. A in marg.: Conclusio. 28. 30. B: immunitate — elongatum deest.

tus *privilegium tenetur amittere qui sua abutitur potestate*, et omnis criminosus ut sic sua abutitur potestate, cum racione mortalis peccati inficientis abutitur bonis nature: sequitur quod omnis criminose intrans septa ecclesie tenetur ut sic privilegiis ecclesie pro illo tempore non gaudere. Et hoc est notum illis qui sciunt quod quicquid criminosus fecerit racione peccati inficientis peccat mortaliter. Fundet ergo homo racionabilitatem privilegii ex scriptura et aliter nichil valet. Illa autem privilegia que debemus magis attendere plus relucent in speculo scripture, et minus necessaria plus confuse, quia Deus qui non potuit in privilegiis et scriptis ipsa testantibus sponse sue deficere, scivit quod palea plus diverteret ad terrena quam celestia, ideo ut gradus notificacionis scripture sit nobis pro regula, expressit privilegia spiritualia de corporalibus que adducerentur, confusam adiciens disciplinam. 153ª Q

Divestment of all temporal possession would be the greatest privilege the Church could have.

Ex istis tercio colligitur quod summum privilegium pro statu vie foret ecclesiam esse exoneratam possessione civili temporalium, currendo libere post Christum in evangelica paupertate. Patet ex duabus conclusionibus precedentibus, nam ut sic disponitur fidelis Christo similius et paracius ad conquirendum regnum celorum. Unde et hoc privilegium notatur in ecclesia expressius, alcius et crebrius carioribus Christi discipulis (ut patet Matthei X°, Luce XIV° et Iª, Thymotei VI°); ad hoc enim copiosius sequebantur bona gracie. Confirmatur primo sic: Christus posuit vicarios suos in maxima libertate et privilegio in hoc quod regulam illam iniunxit singulariter suis apostolis, ergo conclusio. Non enim licet negare quin Christus privilegiavit suum collegium, cum dedit eis leges sin- R a

4. $A_1$ corrigere vult: criminosus. 4. A in marg: Responsio. 8. A in marg.: Nota. 15. A $A_1$: Non ut. 17. A $A_1$: adicerentur. 19. A in marg: Tercia conclusio. 22. A in marg.: Responsio. Paupertas cleri.

R 153b gulares, ut consilia evangelica * ad maximam utilitatem sui atque ecclesie, sicut patet ex indole que inde provenerat. Ergo ex diffinicione privilegii in hoc privilegiavit suam ecclesiam.

b Confirmatur secundo: Ille status est perfectissimus, ut patet in VI° decretalium, cap. *Exiit qui seminat*, per Nicolaum III., et omne ponere viatorem in statu tam alto est proporcionaliter privilegiare ipsum, ergo conclusio. Si enim dare bona fortune que sunt abiectissima sit privilegiare datarium, multo magis dare sibi bona gracie.

Poverty is the most perfect state, therefore it is a privilege to be placed in it.

c Item, quicunque vians exoneratus fuerit sarcina temporalium, ad propinquius, paracius atque laudabilius sequendum *hynnulum cervorum* salientem in montibus, ut sic est privilegiatus uberius, sed sic fuit de apostolis renunciantibus quoad civilitatem omnibus bonis suis, ergo conclusio. Non enim negabit fidelis quin *possessio talis temporalium sit pondus anime,* ut docet beatus Gregorius XXXI° Moralium (sicut declaravi XII° cap. huius). Unde apostoli vere reputarunt eis magnum privilegium, quod exonerati fuerunt a ministerio cotidiano in mensis fidelium (ut patet Actorum VI°), ergo multo magis exonerare eos a statu
d seculari plus abiecto. In hoc enim consistit excellencia status cleri super dominos seculares (ut hic supponitur), non autem in caractere ordinis, cum stat cum illo servitus abiectissima (ut patet de Scarioth), sed in hoc quod deputati sunt ut milites plus strenui ad plus meritorie peragendum bella domini et conquirendum regnum celorum. Nam Matthei V°, 3 dicitur: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.*

5. A in marg.: Optimum privilegium ecclesie est paupertas cleri. (Above 153b without mark of reference.) 7. 8. alto est: alto ut in codd. 11. A in marg.: Sequela Christi. 18. A in marg.: Gregorius. XII. cap. rectius: III. 22. B: a deest. 28. B: belli domini et conquirendo.

7. Lib. V. tit. XII, cap. III. 13. Cant. II, 17. 18. cap. XIII. Opp. tom. I, 1006. Vide supra pag. 50—54.

Christ, who gives poverty, is far greater than Caesar, who gives riches.

Item, proporcionaliter ut dominus est potencior, e S prudencior et plus affectus sue ecclesie, tribueret eis 153[b] privilegia pociora, sed iste condiciones autonomatice reperte sunt in Christo in comparacione ad Cesarem, ergo et privilegiacio proporcionaliter correspondens. Nemo ergo dicet quod Cesar plus privilegiavit ecclesiam quam dominus Jesus Christus, nec licet fingere quin Christus fuit potencior ad donandum eis temporalia, sicut et apostoli potuerunt ea copiosius recepisse, ut patet in vitis eorum. Unde Symon magus voluit dedisse Petro multam pecuniam pro privilegio apostolico (ut patet Act. VIII°), et indubie foret melius quam quantalibet pecunia vel omnia temporalia huius mundi. Nos ergo non erimus magis degeneres dicto Symone, plus appreciantes privilegium Cesaris quam privilegium domini Jesu Christi.

1 Nec valet dicere quod ista privilegia dicuntur equivoce et ideo non sunt comparabilia, nam Deus est melior diabolo, bona gracie sunt meliora bonis fortune, et iuxta sanctos melius est seculariter carere temporalibus quam habere. Si ergo ista tam disparia sunt conparabilia in bono analogo, a pari vel maiori bona minus disparia.

2 Et preter hoc aliqua temporalia donavit Deus suis que quoad quantitatem et modum habendi sunt comparabilia dono Cesaris vel alterius domini secularis; in hoc ergo quod dicta privilegia dicuntur tam equivoce, oportet concedere quod unum infinitum excedit reliquum in perfeccione, sicut spiritus excedit naturam corpoream.* 153[c]

All privileges come from Christ directly or indirectly.

3 Item, iuxta hic dicta in correlariis descripcionis privilegii, nemo potest dare privilegium, nisi Christus principaliter illud dederit, et cum non decet dominum dare per servum donum perfeccius quam ipse dat

3. B: autonomastice. 17. A in marg.: Responsio. 23. sc. sunt comparabilia. 31. A in marg.: Nota hoc argumentum.

S 153c singulariter per se ipsum, sequitur quod privilegium datum appropriate per Christum excedit privilegium quod ipse dedit per Constantinum, potissime cum videtur privilegia illa fuisse contraria. Ergo uno existente bono aliud saperet in parte maliciam venenosam, et per consequens, non foret privilegium pocius quam fuisset, quod filiorum Zebedei unus sedisset ad dexteram Christi et alius ad sinistram in regno temporali.

*Those coming directly are the greatest.*

4 Confirmatur ex sepe dictis, privilegium est filium patrisfamilias domus poni in loco digniori ad premium et in loco tuciori ad evadendum periculum, nec fas est dubitare quin Christus vocavit apostolos suos ad talem locum, in quo eciam secundum quandam prerogativam fuit Baptista, dicente Christo Matthei XI°, 11: *Inter natos mulierum* qui ceciderant per peccatum *non surrexit maior Johanne Baptista.* Cum ergo hec diffinicio Christi necessario sit vera, patet quod nec Petrus nec alius citra Christum fuit maior Baptista quoad Deum, cuius maioritas non attenditur penes possessionem secularem, cum Baptista fuit citra Christum pauperrimus, sed penes gradum evangelice paupertatis que consistit in vera humiliacione et in meritoria penalitate et in ecclesie edificacione. In hoc ergo fuit Baptista positus securius ad cavendum periculum et alcius ad querendum premium. Cum ergo quicunque status sit alcior quem Deus plus acceptat, sequitur quod status in quo Christus posuit apostolos et docuit ecclesiam sit status alcior statu secularis glorie in quo positi sunt Christi vicarii et dotati per Cesarem.

*Baptist, than whom none was greater, was very poor.*

T Nec valet dicere quod ille status fuit tunc perfeccior, nunc autem status iste est perfeccior, tum quia fructus status ostendit oppositum de intricacione et detrimento ecclesie, tum eciam quia racio fidei scripture contra-

*It is futile to say that the state of poverty was more perfect, but is so no longer.*

20. 21. A $A_1$: possessionem — penes deest. 31. A in marg.: Responsio. 33. A in marg.: Correlarium. Ablacio temporalium nota supra.

Poverty is nearer to the state of innocence.

dicit, nam lex consiliorum est perpetua, non habens 153[c] T contrarium, cum ponit hominem in statu, statui utrique innocencie propinquiori, statum autem magnitudinis secularis oportet deserere propter eius repugnanciam statui beatitudinis. Quomodo ergo non est alio statu inperfeccior, cum respicit magnitudinem temporalem quam oportet déserere, alius autem magnitudinem virtutis quam oportet semper habere? Ex istis colligitur quod domini temporales possent maxime zelando pro privilegiis ecclesie exonerare clerum suum ab occupacione temporalium que sunt preter necessaria ad faciendum opus evangelicum; nam possent sic faciendo reducere ecclesiam cleri ad perfecciorem statum ex dictis, sed cum impossibile sit hominem posse facere bonum de genere, nisi posset facere illud bene, sequitur quod domini temporales possent facere illud bene. Absit, inquam, credere quod status in quo a Cesar posuit clerum non posset solvi licite propter habitudinem sacerdotum Christi ad globum temporalium. Et cum status in quo Christus posuit clerum suum dissolvi posset licite propter inperfeccionem habitudinis vite eorum ad paupertatem evangelicam et alia carismata in quibus Christus dotavit ecclesiam, nonne foret suspectum verbum, accusans proprietarios b de * affeccione inordinata temporalibus, dicendo quod 153[d] lex Dei et eius consilium sunt temporalia sub dispensacione cadencia, sed non ordinacio Cesaris quoad c donacionem temporalium? Numquid credimus quod excommunicacio vel malediccionis interpretacio plus ligat dissolventem ordinacionem dominorum temporalium, quam excommunicacio Christi, Johannis et Pauli ligat dissolventem Christi consilium? Nonne dicit Paulus Galat. I°, 9: *Si quis aliud evangelizaverit preter illud quod evangelizatum est, anathema sit,* et cum ipse

Hence rulers may relieve the clergy of useless wealth.

14. Duo verba: sicut patet (sicut patet ex dictis) huic loco deesse videntur. 16. A $A_1$: possunt facere. 32. B: consilium Christi.

T 153$^{d}$ instruxit coapostolum Thymoteum I$^{a}$ Thymotei VI$^{o}$, 8: *Habentes ergo alimenta et quibus tegamur* d *hiis contenti simus?* Numquid est contrarium isti contencioni aspirari inordinate ad habendum perpetuo et indissolubiliter quantumlibet seculariter dominium?

V Nonne dicit beatus Gregorius (ut recitavi superius, III$^{o}$ cap.) quod *labor querendi et defendendi temporalia et dolor amittendi eadem, si superat laborem et dolorem circa bona spiritualia quesita vel perdita, indicat terrenorum affeccionem inordinate in animo presidere?* Nonne beatus Augustinus in libro De Vera Religione, XCII$^{o}$ cap., dicit idem? Ubi postquam ostenderat quid est adherere Deo et quibus profluit affluencia temporalium etc., respondet: *Cum,* inquit, *mutabilium bonorum adest copia, non eis confidit, sed cum subtrahuntur, agnoscit utrum eum non ceperint, quia plerumque cum assunt nobis, putamus quod non ea diligimus, sed cum abesse ceperint, invenimus qui simus; hoc enim sine amore nostro aderat quod sine dolore discedit.* Si ergo clerus aliquis sit mundo deditus quod plus dolet pro amissione temporalium quam virtutis, plus insistit circa adquisicionem vel defensionem eorum quam boni spiritualis, ut sic inhabilitat se ad habendum hec temporalia et per consequens dignificat se ut perdat illa. Nec est ille cui hec sunt donata qui in isto animo finaliter perseverat, quia est membrum diaboli et non pars ecclesie (ut patet in solutione VI$^{i}$ argumenti de VI$^{o}$ cap. huius). Nam vera religio stat in recta dileccione beatorum, ut in libro De Vera

Opinions of Gregory

and Augustine.

6. A in marg.: Gregorius; XII. cap. recte. III. 7. Codd. 12$^{o}$ cap. Correxi. 11. A in marg. Amor temporalium occultus quomodo indicatur. 12. A in marg.: Augustinus. Pomny, glossa tschechica: Memento. 12. A: ostenderit. 15. A in marg.: Nota. In codd.: non eis conficit. Corr. ex Aug. l. c. 16. In codd.: separent corr. e textu Augustini. 25. A in marg.: Conclusio.

6. V. supra pag. 52—54. 12. Aug. cap. XCII, libri De Vera Relig. Opp. I, pag. 781. 28. V. supra pag. 136—138.

Religione XCIII.: *Et hec est perfecta iusticia qua pocius pociora et minus minora diligimus.* Vana ergo est religio facientis oppositum, privilegium circesorum iniectorum puris certantibus est medicinaliter removendum. 153[a] V

---

## CAP. IX.

Objection: Privilege is generally understood of worldly things.

A Sed contra dicta arguitur sic: Videtur enim primo quod equivocatur in nomine privilegii, cum communitas non vocat privilegium nisi excellenciam quam habet una persona super aliam quoad mundum.

If so, it is the fault of the people who use the word.

Hic dicitur quod illud assumptum indicat sic vocantes terrena diligere, et despicere vel odire celestia, quia voluntas trahit intellectum ad affectuosius cogitandum et nominandum rem cui magis infigitur: ad quem sensum dicitur Joh. III°, 31: *Qui de terra est de terra loquitur.* Et hinc apostoli et sancti priores reputarunt ista terrena *ut stercora,* sicut patet in dictis et factis eorum et exprimit Apostolus Philipp. III° cap. Ergo quod communitas sic loquitur et attendit, non nisi accusat ipsam perversam a Deo et verificat dictum Evangeliste * I[a] Johannis V°, 19: *Totus mundus* 154[a] *in maligno positus est* et dictum Christi Matthei XII°, 34: *Ex habundancia cordis os loquitur.* Ideo debemus attendere qualiter secundum regulas fidei est loquendum: cum autem privilegium sonat in maioritatem prerogativam vel preeminenciam creature, manifestum est quod partes ecclesie tam militantis quam triumphantis sunt privilegiate a Deo. Ideo dicunt sancti doctores communiter quod Christus et mater sua habuerunt singularia privilegia super alios, et ita de apostolis et aliis beatis, quilibet habet dispariter

1. B: religione quoque. in codd.: est hec; corr. e textu Aug. 6. Cap. IX; A: Tit. vacat in A; solum in marg. ib. Prima obieccio. A: sic deest; B: primo deest. 11. A in marg.: Responsio. 19. B: attendat. 23. A: habuncia. 31. B: quibus habet.

A 154a donum suum, ut manifestavit Apostolus, Ia Cor. XIIo, 4, dicens quod *divisiones graciarum sunt*. Notet ergo fidelis racionem privilegii et videbit quod principaliter sit in donis spiritualibus a Deo appropriate collatis, unde, si argumentum factum moveret, diceret consequenter quod nulla est lex, possessio vel dominium nisi de bonis temporalibus, quia de illis principaliter vel precise loquitur communitas, in tantum quod statim audito de bonis, applicant ad mundi divicias; et locuto de episcopatu, rectoria vel alio nomine prelacie, statim applicant ad dotem temporalem dimissa consideracione de officio; et ita de aliis. Non sic autem in primitiva ecclesia vel scriptura sacra; ideo postponendo viciosam consuetudinem debemus loqui conformiter sanctis doctoribus. Non enim reperi rem in scriptura sacra vocatam sub nomine privilegii, sed doctores et usus ecclesie vocant eam sic communiter, ut patet de sancto Evangelista, de sancto Petro et Romana ecclesia. Et patet quod innitendo pure modo loquendi vulgari totus conventus Christi non foret privilegiatus sub aliquo gradu, nisi forte fingatur quod Scarioth fuit privilegiatus in hoc quod Deus permisit eum portare loculos, et sic introductum esset privilegium in ecclesiam cum superbia ex contencione circa maioritatem et secularem obedienciam quam Christus nitebatur in suis destruere. Non ergo concedendum est quod solus dominus temporalis privilegiavit, edificavit vel dotavit ecclesiam, cum ecclesia canit quod Christus privilegio amoris Johannem dilexit apostolum; et idem est de quolibet singulari dono Dei, ut patet ex descripcione privilegii. Unde non expressius posset quis ostendere se iuste perditurum privilegium per abusum quam negando Christi privilegia vel preponderando privilegia terrena.

It might as well be said that law and possession apply only to earthly goods.

Such is not the language of the primitive Church.

5. A. in marg.: Privilegium debet esse in donis spiritualibus. (Above 154a without mark of reference.) 11. A $A_1$: temporalium. 19. B: quod deest. 20. 22. B: sub aliquo — privilegiatus deest. 26. B: suis defervere. 29. A in marg.: Conclusio.

The Church ought not to insist on earthly privileges such as exemptions and endowments.

Secundo videtur quod non licet clero insistere circa (154[a] B) privilegia terrena cuiusmodi videntur esse exempciones, prerogative, proprietates et seculares dominaciones, cum videntur repugnare privilegiis Christi que non licet amittere.

Exemptions are bad in kind, although they may sometimes serve a good purpose.

Hic dicitur, primo quantum ad exempciones quod, licet videantur esse male de genere, tamen contingit subditum bene uti illis sicut et aliis actibus malis de genere; est enim contra regulas ecclesie triumphantis quod quis sit exemptus, ne superior illuminet inferiorem, et ita contra regulas nature est quod subditus sit * (154[b]) exemptus, ne ducatur vel corrigatur per superiorem in casu quo deviet vel delinquat. Unde videtur idem inpetrare oppositum et luciferine querere licenciam ad peccandum; diaboli enim exempti sunt a tali regimine et (ut ego credo) a privilegiacione, quia nulla excellencia quam habent cedit dampnatis ad bonum utile, sed econtra beati sunt summe privilegiati, in tantum quod nullum privilegium vie valet homini, nisi de quanto preparat ad querendum privilegium regni. Quia tamen contingit prepositos ecclesie esse ceciores ducendis vel inniti in visitacione fastui vel questui plus quam correccioni, ideo expedit per accidens a talibus temporalis exempcio. Non autem debet talis esse perpetua nisi cognito quod perpetuo erit prepositus deses, inscius vel avarus, quia aliter (ut recitat Lincolniensis) hoc inconveniens sequeretur quod quantumlibet bonus pastor videns exemptum strangulare oves, pro quibus reddet racionem in die iudicii, non audebit propter exempcionem pape exagitare vel exterrere lupos mordentes tam nequiter oves suas. Hoc autem non potest dici privilegium sed rete diabolicum. Unde privilegium foret eximi a iurisdiccione talis pape, si fuerit qui

Good prelates ought not to be hampered by them.

1. A in marg.: Secunda obieccio. 6. A in marg: Responsio: Nota contra exempciones continue infra. 22. 24. B: plus — exempcio: deest. 26. A in marg.: Lincolniensis. 31. B: potest deest.

B 154[b] propter pecuniam et casum particularem, in minori parte eciam ob defectum sui contingentem, statuerit exempcionem talem ut legem perpetuam. Nam diabolus et membra sua seducendo populum ab observancia legis Christi videntur inducere exempcionem huiusmodi, ne inferior fruatur suffragio sui prepositi, ut innuit Augustinus libro secundo De Ordine.

C Et quantum ad alia insignia perquisita de portando mitram, crucem et baculum ac ordinando clericos extensius vel stricius, cum aliis vocatis privilegiis istis similibus, cum ut plurimum sapiunt fastum et non commodum, sunt sepe non privilegia sed diabolica sagena quibus pisces natantes in mari huius seculi capiuntur; et sic dicendum videtur de privilegiis terrenis seculariter impetratis. Unde Augustinus in libro De Agone Christiano, cap. IV: *Gaudet piscis quando hamum non videns escam devorat, sed piscator cum eum ceperit, torquentur eius viscera primo, deinde ab omni leticia sua per ipsam escam de qua letatus est trahitur ad consumacionem.* Sic sunt omnes qui de bonis temporalibus beatos se putant unde bonis nichil nocet ablacio temporalium, cum ipsa non diligunt. Unde inter omnes cautelas diaboli mundana preeminencia est prima sagena diaboli; de illa enim primo temptavit Christum. Nam Matthei IV°, 8, 9, dicitur quod *ostendit sibi omnia regna mundi dicens*: *Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Et revera propter minus privilegium adoramus sepius membra sua, cum tamen profitemur in

154[c] baptismo quod * abrenunciamus sathane et omnibus pompis eius. Talis itaque finalis preponderancia secularis privilegii est signum infallibile membri diaboli, et sic

Privileges of wearing mitre etc. are often a snare of the devil.

15. A in marg.: Augustinus. 16. de agone; A hab. rasuram. 18. $A_1$ corr. vult.: torquet. 21. A in marg.: Mundana preeminencia est sagena diaboli. 32. A $A_1$: Membrum diaboli.

7. cap. XVIII (?) vid. Opp. I, 329 seqq. 16. Opp. VI, 245.

videtur mihi quod contendentes superbe circa talia 154c C privilegia nisi redeant humiliter ad unitatem subiecti invicem, non sunt de sancta matre ecclesia, dicente decreto Pelagii pape XXIV, q. I. *Pudenda: Ecclesia,* inquit, *una est, ut patet in canticis, et illa est que fide formata per orbem diffunditur; quod beati Augustini testimonio comprobemus. Audite quid in quodam opere suo preclarissimus doctor dicat ecclesie: Ait enim quod, cum nullo modo recte potest dici ecclesia in qua scisma est, restat ut, quoniam nulla esse ecclesia non potest, ea sit quam in sedis apostolice per successiones episcoporum radice constitutam nullorum hominum malicia eciamsi nota excludi non possit.*

The Roman college may be the synagogue of Satan and not the head of the Church.

Ex isto notandum, primo quomodo iste papa alle- a D gat venerabiliter Augustinum: quod divisi a Christo per invidiam extrudentem caritatem non sunt membra ecclesie. Patet secundo quod, si collegium Romanum b sit sic divisum scismate, tunc ipsum non est caput vel pars ecclesie, quia deficit unio apostolica. Unde dicit quod, si talis episcopus consecrat alium, non consecracio sed execracio debet dici. Et tercio notari c potest quomodo crescente superbia et cupiditate primatus de loco ecclesie, potest fieri synagoga sathane, cum nemo potest esse Christi vel Petri vicarius, nisi sequatur eos in moribus, ut patet XL[a] dictinccione: *Non est facile.* Et patet quod licet clero insistere circa privilegia terrena, de quanto promovent ad eterna; quod oportet exemplo sanctorum et fide scripture pensari, nullomodo amittendo privilegia que Christus dedit propter aliquod bonum mundi.

Sed tercio obicitur, cum privilegia quibus Christus E dotavit ecclesiam sunt perfecciora quam terrena pri-

2. A in marg.: Conclusio. 33. A in marg.: Tercia obieccio.

5. Dec. sec. pars. Causa XXIV, q. I, c. XXXIII, a few words having been altered.

E 154[c] vilegia succedencia, sicut et status vivencium secundum illa privilegia est statu moderno perfeccior atque ad servandum facilior, videtur quod non licuit a privilegiis illis et statu recedere; nam nulli persone licet magis bonum sibi in eleccione postponere: ecclesia, sponsa Christi est persona, cum sit virgo ex cap. VI°, ergo non licet sibi privilegia Christi et statum evangelice paupertatis relinquere. Confirmatur primo per decretum De Consecracione, dist. V[a], *Non mediocriter*, ubi dicitur quod *graviter peccant qui eligunt minus bonum sibi maiori bono postposito.* Confirmatur secundo ex dictis libro V°, cap., ubi docetur quod *oportet viantem semper meliorando procedere.* Et tercio confirmatur ex hoc quod consilia Christi sunt perpetua et sponse sue indispensabilia.

The Church ought not to have left the state (of poverty) appointed by Christ.

Hic videtur mihi quod unum concluditur ex assumpto necessario, cum omnis christianus debet sequi Christum in moribus quantum sufficit, unde videtur mihi quod beatus Silvester potest dici ex pietate suscepisse elemosinas Cesaris corporales ad exonerandum eum, ad excitandum eius devocionem et procurandum tene- 154[d] rius pro fidelibus quam faceret * populus laycalis; quod, cum stat cum paupertate evangelica, patet quod clerus non debet exinde inniti proprietati vel fastui, sed ad sui tedium secundum partes plus abiectas ministrare pauperibus de collatis elemosinis. Unde tales elemosine non possunt donari in perpetuam elemosinam quomodocunque clerus vixerit, sed sub condicione saltem tacita quod clerus sit vere sequax apostolorum in vita et opere. Et ita credo quod oportet ut reputet sibi omne tediosum ministrare pauperibus et fore gaudiosum, dando operam contem-

Silvester may have acted from pious motives.

The clergy should gladly leave laymen to minister to the poor

16. A in marg.: Responsio. $A_1$: verum; in codd. A. B: u[m] (verum?)

9. Decr. III, pars De Cons. dist. V, c. XXIV.: Non mediocriter errat qui magno bono prefert mediocre bonum.

*and devote themselves to preaching.*

placioni et predicacioni, quod fideles layci accipiant illud onus (ut alias exemplificavi de Augustino et aliis sanctis). Unde quia fragilitas humana prona est ad relinquendum primam caritatem de elemosinis, superbiendo, se ipsam nimis laute pascendo et pastoris officium relinquendo; ideo apostoli et sancciores ecclesie talia reliquerunt. Unde mirum est si collacio rei temporalis sit clero privilegium; ymmo apostolis petentibus illam a Christo audivisset responsum superius: *Nescitis quod petatis.* Nonne docet experiencia quod dotacio talis subicit dotatos mundane sollicitudini, servicio et exaccioni, et per consequens distrahit ab amore Christi et ministerio sacerdotali? 154[d] E

Quomodo ergo non foret privilegium ab incitamento huiusmodi liberari, unde decretum recitat XI[a], q. I[a], ex epistola beati Petri ad Clementem scriptum sub hac forma: *Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere et summo studio niti, ut omnes vite huius occupaciones abicias, ne fideiussor existas nec advocatus licium fias, neve in ulla alia occupacione prorsus inveniaris mundani negocii occasione perplexus. Neque enim iudicem neque cognitorem secularium negociorum hodie te vult ordinare Christus, ne prefocatus presentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare. Hec vero opera que tibi minime congruere dicimus exibeant sibi invicem vacantes laici, et te nemo occupet ab hiis studiis per que salus hominibus datur.* Quomodo ergo licet nobis ab ista regula apostolica recedere quibus relictum F

9. A $A_1$: audivissent. 16. Epistola Petri. Non est epistola beati Petri, sed Clementis ad Jacobum. A in marg.: Nota decretum super hoc quod clerus non debet se implicare mundo. 20. In codd.: ne vel; correxi e decret. l. c. A in marg. (above 154[d] without mark of reference): Nec omnia infra posita sunt pro paupertate que est optimum privilegium. 23. A in marg.: Zname, id est, noscimus. 28. A in marg.: De ablacione temporalium et cleri paupertate.

16. Cap. XXIX. De secularibus negociis episcopus cognoscere non debet.

F 154[d] est a Deo ecclesiam gentilium ad perfectam legem
Christi convertere? Non enim cadit auctoritas vel
racio dispensandi; unde verisimile est quod radix
tocius perturbacionis in seculo est cleri declinacio a
lege Christi ad vitam et tradiciones civiles. Christus
autem semper reliquit in una parte ecclesie sue vel
alia aliquos fideles qui mundum deserant, et in illis
forte abiectis primatibus stat fides et continuacio
sancte matris ecclesie. Et patet quod sepe non est
privilegium vocata dotacio cleri in temporalibus, et
per consequens auferendo a clero ista non oportet
quod auferantur ab eo privilegia, sed pocius amoto
prohibente sit ecclesia apostolica restituta ad vera
155[a] privilegia primitiva; quod ego credo * dominos tem-
porales in casu debere facere sub pena dampnacionis
a gravissime. Numquid credimus esse magnum privi-
legium episcopo vel abbati quod habeant furcas et
puteum, in quibus dampnati regulariter trucidentur,
et sic de carcere, de aliis mundanis privilegiis sive
b insigniis? Ymmo non foret privilegium prelato quod
haberet efficaciam, ut quicquid tetigerit statim con-
vertatur in aurum, quia tunc periret aër deferens in-
spirandus, periret vescibile et tegumentum corpori
temperatum.

The removal of endowment may be a restoration of primitive privilege,

worth much more, than the right of gallows etc.

G c Unde in detestacionem huius philargirie legitur
beatum Evangelistam convertisse frondes silvestres in
aurum et litoria saxa in gemmas. Iste sanctus statim
potuit fuisse aput mundum ditissimus et secundum
gloriam mundanam preclarissimus, dominatissimus et
famosissimus, si non repugnasset perfeccioni apostolice
et privilegio concesso a Christo; aliter enim peccasset
graviter omittendo. Nam habens in potestate tam

The apostles were poor by choice.

6. A in marg.: Conclusio. 7. $A_1$ corrig. vult.: deserunt. 12. A $A_1$: amoto: deest. 17. B: Quod: c deest. 23. $A_1$: vestimentum. 26. B in margine man. alt.: Evangelista frondem convertit in aurum. 28. 29. A $A_1$: et secundum — dominatissimus: deest. 30. A: repungnasset.

faciliter proficiendi sibi et aliis, glorificando ecclesiam 155a G plus quam Cesar, non haberet excusacionem de negligenti desidia, sed scitur demonstracione certissima quod omne spirituale privilegium superat quodcunque corporale privilegium in infinitum, et sic non est privilegium clerum stipari seculari milicia, vesci in auro, uti fibula vel habere secundum mundanam gloriam splendencia ornamenta. Omnia enim ista gentes exquirunt (ut patet I° Machabeorum IX° et XI°), Christus autem et eius discipuli cum habere possent facillime hec omnia, si non repugnarent sue perfeccioni, quia repugnant, ideo omnia ista penitus respuerunt.

It is said that, if this be true, all temporal privileges are abolished.

Sed quarto arguitur sequi ex dictis: quod nullum H sit corporale privilegium, ymmo quod nedum licet secularibus sed debent sub pena excommunicacionis auferre bona a clericis quibus putantes se benefacere erraverunt.

Hic dicitur quod prima pars est falsa, sed secunda est mihi vera in casu; nam cum omne privilegium sit ad commodum privilegiati, patet quod multis dominis temporalibus et aliis assunt terrena privilegia ad exercicium virtutis. Hoc autem contingit communius laicis quam clericis, quia officium dispensandi temporalia et dominanter cohercendi subiectos est eis pertinencius, et clerici declinantes ad mundum communiter peccant gravius. Conceditur tamen quod ministracio temporalium, ne clerus dispergatur ad inhonestis mediis mendicandum, foret in casu clero in privilegium, sicut contigit III° Regum XVII° quod Helias privilegialiter fuit pastus per corvum. Et breviter ministracio temporalium non est clero in privilegium, nisi de quanto promovet ad sequendum Christum in moribus et impetrandum privilegium

But we allow such privileges as help the clergy in their duties.

5. A $A_1$: in finitum. 6. B: seculari deest; vesci; forte legendum vestiri [= vesti(ri)]. 10. B: habere possint. 11. $A_1$ corr.: sed quia; B: repugnat. 13. A in marg.: Quarta obieccio. 18. A in marg.: Ablacio temporalium quomodo est limitanda. 21. A in marg.: Responsio.

H 155[a] amoris sui; quod contigit, cum Christus accepit elemosinas a laicis et sanctis feminis. Et secundum istam condicionem dotata fuit ecclesia non ad tardandum vel ad retrahendum eam a perfeccione primeva.

It is wrong to take away ancient privileges;

Unde excommunicatissime peccant sive clerici sive 155[b] laici * qui hoc privilegium antiquum ecclesie scienter auferunt vel minuunt, et hinc XXV[a], q. II, sic loquitur Leo papa: *Privilegia ecclesiarum et monasteriorum sanctorum patrum auctoritate instituta nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo necesse est sedis Romane pontifices perseverantem exhibere famulatum. Dispensacio enim nobis credita est et ad nostrum reatum tendit, si paternarum regule sanccionum nobis consencientibus vel negligentibus violentur.*

and the oldest and greatest privilege is poverty granted by Christ.

I Talia sunt multa decreta: quod non licet antiquioribus privilegiis novis subsequentibus derogare. Cum ergo antiquissima et validissima privilegia, instituta a Christo, steterunt in paupertate altissima, sequitur quod non licet cuiquam privilegium illud subtrahere. Cum ergo privilegium illud stat in habendo cuncta exproprietarie in communi, sic quod sibi repugnat dominacio civilis et conversacio secularis, videtur quod hoc non licuit sine gravi periculo introducere in clerum. Unde XXV[a], q. I, canon sic loquitur: *Que ad perpetuam generaliter sunt ordinata utilitatem, nulla commutacione varientur, nec ad privatum commodum trahantur que ad bonum sunt commune prefixa.*

Ex istis colligitur, cum nec dominus secularis debuit nec potuit dare clero in privilegium domina-

9. A: sanctorum paternum. 22. A: cunta; $A_1$ corr. in: cuncta. 30. A in marg.: Non licuit clero recipere dominacionem nec licuit dominis sic donare.

7. Dec. II. p. caus. XXV, q. II, c. II. 26. Dec. II. p. caus. XXV, q. I, c. III.

If this wrong has been committed (by endowment) it should be set right.

cionem secularem, stante illo ordine, nec licuit clero 155[b] I
illam accipere, patet quod error, si ex ignorancia in
illud processerit, debet utrimque celeriter emendari.
Patet prima pars ex hoc quod non licet deteriorare
proximum, auferendo ab eo privilegium a Deo datum,
ad perficiendum in suis limitibus precipuis tantum 1
statum, sed necessario foret deterioracio, quia deieccio
status cleri ad laycos, habere dominacionem huius-
modi. Ideo non licuit seculari hoc facere. Unde 2
tercio decretalium, *Nec clerici vel monachi*, capi-
tulo *Relatum*, precipit papa quod *monachi incorri-
gibiles vivendo seculariter alios corrumpentes ei-
ciantur aliis religiose viventibus introductis*, ubi tam-
quam per se manifestum supponitur quod secularis
conversacio sit clericali inferior; nec dubium quin
repugnat statui et perfeccioni cleri quod sic per affec-
cionem et occupacionem temporalium degradetur; ideo
propter repugnanciam non potest fieri talis dotacio
stante ordine. Non enim est privilegium peiorare.

It is wrong for the clergy to receive endowments as for the laity to give them.

Et ex eodem patet quod non licet clero a perfec- 3 K
cione primitiva deficere, sicut non licet laico sponsam
Christi sic inficere. Si enim non licet laico auferre
suas elemosinas que sunt bona abiectissima, multo
minus liceret auferre elemosinas a Deo institutas que
sunt bona et privilegia Dei potissima. Quomodo ergo
liceret seculari ordinacionem Dei inficiendo corrigere
cui non licet iuxta * falsigrafos suam culpam quam 155[c]
commisit ex ignorancia emendare? Numquid tam
affectata ignorancia excusat dominum secularem? Si
enim secularis cui minus repugnat mundialitas ex
tali inclinacione ad seculum, non obstante quod
putat in hoc prestare Deo obsequium, reddit eum

2. A in marg.: Conclusio. 6. B: in suis militibus. 26. A: ordinacioni.

10. Decr. Greg. IX, lit. III, tit. L, cap. VII. mutatis aliquot verbis.

K 155c dampnabilem, quanto magis necessitando personam cleri cui plus repugnat conversacio secularis? Revera si talis ignorancia omnino excusat, per idem excusaret quemlibet viciosum; nam, ut patet primo Ethicorum, sicut omnis homo appetit naturaliter esse felix, sic appetit media que credit ducere ad hunc finem, ut voluptuosus ponit felicitatem in cibariis delicatis, luxuriosus in actibus venereis, avarus in mundi diviciis, superbus in mundanis honoribus, et sic de aliis in quibus ignorans amplius delectatur. Sed quis diceret ignoranciam talem simpliciter excusare? Sic ergo posito quod Cesar ex ignorancia crediderit se prestare Deo obsequium in dando clero Christi mundi gloriam, sicut est accusabilis ex eleccione fatua et amore prepostero affectando talia sibi ipsi, sic est plus accusabilis retardando proditorie et cum mundano toxico precipuos milites exercitus christiani. Aliter enim foret elemosina privilegiare clerum eciam religiosum, ut sit voluptuosissime, delectabilissime et splendidissime cibatus, uxoratus et in omni mundi gloria pre omnibus secularibus predotatus. Sed quid privilegio tali insanius? Unde sola fabrica, cum super fallaciam equivocacionis privilegii decipit totum mundum, quia cum dominus temporalis potuit meritorie concedere hec privilegia, sicut clerus ea accipere, et potuit utrimque esse dampnabilis fastus et ignorancia: ideo neutram partem assero, nec quod succedentes abutuntur privilegio, sed veritatem condicionalem ut fidem christianam defendendo relinquens prepositis veritatem de inesse ex operibus iudicandam.

Ignorance is not always an excuse.

L Quinto arguitur per hoc quod iuxta sepe dicta paupertas evangelica et omnino spiritualia insignia que Christus concessit sue ecclesie stant cum cesarea

It is argued that endowment is consistent

16. 17. In codd. mundana toxica. 22. A in marg.: Protestacio: hoc verbum extinctum est. 31. A in marg.: Quinta obieccio.

4. Cap. II, III.

with evangelical poverty; and, since it brings some good, must be a gain to the Church.

dotacione, et ex hinc aliquod bonum ecclesie eveniet 155c L (ut patet in proximo argumento): ergo melius est quod ecclesia sic dotetur, et per consequens, Cesar dotavit ecclesiam supra Christum. Maior videtur ex hoc quod beatus Silvester et alii sancti episcopi et domini seculares non approbassent dotacionem huiusmodi, si fuisset ad deterioracionem ecclesie, sed curia Romana instetisset olim pro privilegiis antiquis ecclesie et propter facilitatem fuissent olim restituta, cum tam dotantes quam dotati statim annuerent expropriacioni, dato quod esset meritoria.

The first assumption is doubtful.

Hic dicitur negando primam consequenciam, nisi forte assumptum sit impossibile. Nam videtur multis quod laureola martirii qua milites Christi plus * strenui 155d decertarunt in floribus ecclesie, convertendo tam expedite tantum populum, non stetissent simul subiecto et tempore cum dotacione cesarea, nec tam abiecta paupertas, calcato mundo, submisso clero Christi consilio, voluntarie paciendo, nec tanta aspiracio ad bona patrie contempta confidencia in bonis fortune vel bonis nature, et per consequens non fuisset tanta status securitas sequendo Christum per compendium arte vite que ducit ad celum. Nam omnia ista quatuor cum suis correlativis videntur esse dotacioni terrene contraria.

Even if we grant it, the gain is less than the loss.

Sed da quod ista fuissent compossibilia cum M dotacione ecclesie et da minorem principalis argumenti, adhuc non sequitur conclusio, cum stat cum toto isto quod ecclesia perdat perfeccionem aliunde maiorem quam fuit perfeccio ex acquisicione temporalium perquisita; quod ego credo nedum fuisse verum sed necessarium, supposita declinacione a religione quam Christus instituit. Et videtur mihi stultum fore omnino excusare beatum Silvestrum et Cesarem a peccato

12. A in marg.: Responsio. 14. A in marg.: Nota quatuor. 18. $A_1$: calcata. 24. correl[ls] in codd. 33. A in marg.: Conclusio.

M 155$^{d}$ sic quod unus fuisset omnino inmunis ab affeccione inordinata ad temporalia, et ut sic aliquantulum venialiter nocens sibi, et occasione male accepta plene superbiendi, plus nocens suo generi succedenti. Potuit enim renuisse, sicut beatus Evangelista et ceteri apostoli qui possent in tanta quiete assumpsisse sibi et successoribus suis tantam copiam temporalium quam prudencius reliquerunt. Nec repugnat isti quod sancti canonizantur in ecclesia et beatificantur in celo, cum possunt hic penitere et in purgatorio emendari. Quis, inquam, sanctus a sancto sanctorum exclusive usque ad novissimum sanctum non peccavit eciam mortaliter? Ideo (ut sepe dixi) cecitas magna foret nobis superstitibus allegare tales argucias: Iste sanctus sic fecit, ergo nobis licet sic faciendo quodcunque opus consimile approbando defendere et augere. Hoc enim privilegium specialiter reservatum est Christo qui non potuit peccare, ut nitamur sequi ipsum in omnibus quantum sufficimus et nullum alium nisi de quanto ipsum sequitur; sed propter formidinem mentiendi neutram partem assero, vel quod sancti meruerunt in dicta dotacione vel quod demeruerunt.

The example of Silvester and other Saints is insufficient.

Our only safe model in all things is Christ.

Sed scio quod prior status fuit perfeccior, et scio N quod donacio si fuit privilegium fuit facta a Christo, et scio quod nos debemus uti hiis temporalibus sicut illi usi sunt, quia aliter excidimus a privilegio per abusum. Si ergo volumus sequi sanctos confessores, arguamus per locum a sufficienti similitudine sequendo eos in affeccione et usu temporalium concessorum, et conformiter videtur probabile in republica de Cesare et ceteris mundi principibus quod laborarunt peccato superbie, volentes in republica solempnitate sacerdotes

If we follow saints in possessing property, we must follow them in our use of it.

9. B: beatificentur. 13. A in marg.: Argucia. 21. A in marg.: Dotantes et dotaciones recipientes si et quomodo peccaverunt. 23. B: quod peior status; A in marg.: Sciencia trium. 25. B: uti deest. 30. A $A_1$: de Cesare deest; B: probabile de Cesare et ceteris. 33. in codd.: solempni$^{ce}$.

suos excellere et nomen suum in mundo extollere. 155[d] N
Et sic potuerunt melius fecisse defendendo religionem quam Christus instituit. Christus enim ne sponsa sua adulteretur cum mundo, prohibuit sibi communicacionem cum mundo et iniunxit * contemptum sue 156[a]
glorie, et hec fides scripture docuit sanctos pro amore sponsi zelotis vincere istum mundum; Iª Joh. IIº, 15 precipit Johannes dileccione speciali privilegiatus a Christo: *Nolite diligere mundum neque que in mundo sunt;* et magister noster Christus dicit Iª Joh. IIIº, 13: *Nolite mirari si odit vos mundus* et Joh. XVIº, 33: *Confidite, quia ego vici mundum*, et: *Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius.* Hec cum quotlibet eis

They despised the world.

similibus fecerunt sanctos mundum cum condicionibus suis contempnere et sponso qui hec fecit et docuit moribus adherere, cum ex testimonio suo Matthei VIº, 24: *Non possumus Deo servire et mammone.* Si ergo servamus usum et ritum ecclesie per accidens introductum in dicendo divinum servicium et conversando secundum tradiciones hominum, ne parva declinacio tracta in consequenciam inducat maiorem defectum, quanto magis debemus striccius servare usum et mandatum dominicum de incommunicanter odiendo mundum? Revera declinacio ad oppositum posset paulative inducere clerum nostrum, ut vivat secularius quam laici colentes seculum, et sic olim vinea domini transiret in ortum olerum; et probando si blaspheme

We should show by our works that we do so.

excusaciones nostre sint vere de non diligendo seculum, sed ad roborandum amorem Dei, capiendo licitum eius usum, utamur regula tacta in fine proximi capituli, videndo si dicta nostra operibus compensamus.

7. A B: Joh. III. $A_1$ corr. I. Joh. III. 11. In codd. Joh. XVII. 13. In codd. A et B: hec requiritur cum; $A_1$: requiritur; hoc verbum sine dubio superfluum et fortasse error in archetypo. 14. B: sanctos deest. 21. B: tracta deest. 24. A in marg.: Conclusio.

12. Math. X, 25.

O 156ᵃ Constat quidem ex testimonio scripture Ysaie V°, 1, 2, quomodo ecclesia Dei est *vinea*, dum stillat a botris plenis vino sapiencie doctrinam fidei scripture ad nutriendam vitam fidelium, ut patet ex processu Cantici canticorum, quod si ab isto officio declinat ad seculum, tunc *soror nostra parvula, non habens ubera*, versa est in ortum olerum. *Olera enim* (ut tangit Augustinus super Psalmum XXXVI$^{um}$) *virescunt in hyeme*, in *estate autem* propter defectum radicum *marcescunt;* et cum secundum naturales caules sunt herbe nimis melancolice, generantes humorem terrestrem, propter quod a bestiis melancolicis ut bobus, leporibus et similibus adeo sunt amate, signanter signant mundo deditos qui virescunt in yeme peregrinacionis, refrigescente caritate multorum, sed in estate diei novissime propter defectum radicacionis in Christo ex ardore solis iusticie evanescunt; sed tunc fideles in caritate fundati quorum vita abscondita est cum Christo, cum pastor eorum apparuerit, evirescunt. Canticorum II°, 11, scribitur: *Jam enim yemps transiit, ymber abiit et recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putacionis advenit, vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vinee florentes dederunt odorem suum.* Quamvis autem illud epitalamium verificatum est ad literam pro tempore incarnacionis sponsi ecclesie, tamen pertinenter 1 et vere dici potest pro estate diei iudicii. Primo enim tempore processit tempus vernum ecclesie, quando 156ᵇ apparuit * gracia et caritas solis iusticie, fugato frigore brumali ab ecclesia, instructa a sponso ponere animam

How the Church is God's vineyard.

The spring time of the early Church

1. A in marg.: Quomodo ecclesia dicitur vinea et quomodo convertitur in ortum olerum. A: Is. IV. 7. A in marg.: Augustinus. 7. A in marg.: Olus; B in marg. man. alt.: Olerum proprietates. $A_1$ in marg.: Olus est herba melancolica que signat mundo deditos, et ideo Theotunici pre aliis gentibus comedunt olus, quia plus sunt mundo et avaricie dediti. 11. A: malencolice. 19. A $A_1$: apparuit.

5. Cant. Cantic. VIII, 8. 8. Sermo I. Opp. IV, 1, p. 29.

pro amicis; tunc enim yemps transiit et ymber tri- 156[b] O
bulacionis abiit, mollificans fideles, ut patet de Petro 2
et ceteris fugientibus a sponso, qui postea usque ad
mortem permanserant, quia Canticorum VIII° scribitur:
*Aque multe non potuerunt extinguere caritatem.* Ser- 3
mones Christi erant flores,. fructus virtutum prenostici,
et quando misit discipulos ad metendum fructus et 4
evellendum actus superfluos (ut notat Christus Johan-
nis IV°), tunc advenit tempus putacionis. Nonne fuit 5
Baptista turtur qui Johannis III°, 29, *dicitur gaudere*
*propter vocem sponsi;* ipse enim *fuit vox clamantis* 6
*in deserto,* simul cantans penitenciam et gaudium
sicut turtur; tunc enim cetus apostolorum protulit
rudimenta fidei sicut ficus, et discipuli christiani 7
florentes virtutibus ut palmites vitis vere dederunt
adoramenta sancte matri ecclesie. II[a] Corinthiorum
II°, 15, scribitur: *Christi bonus odor sumus Deo.* Sed
sole occidente ab affeccionibus generata melancolia
propter esum olerum yemps rediit, faciens refrigescere
caritatem multorum; et iterum oportet ut fiat nova
appropinquacio ad perpendiculare, quodque fiat directe
post diem iudicii solsticium sempiternum (ut patet
Apocalypsis ultimo), tunc enim invariabiliter coinci-
dent radius incidens et reflexus.

has passed into winter.

Sicut ergo Naboth noluit vel vendere regi vineam P
hereditariam, ut transferatur in ortum olerum (ut
patet III°, Regum XXI°, cap. I°), sic clerus pure accipiens
Christum, vitem veram in porcionem hereditariam,
non venderet illud privilegium paternum, sic quod ortus
deliciarum in ortum olerum transferatur. Sed heu
Jesabel, hoc est, effeminati et lubrici, voluptati dediti,
dominantes satrapis primevum privilegium subverte-
runt; ideo caveant de malediccione et pena minata
Achab et Jesabel. Istam moralitatem tangit venerabilis

17. A $A_1$: Deo deest 18. A: malencolica. 21. In codd.: quosque. 27. A: Reg. 21 cap. B: 12 cap.

P 156$^{b}$ Beda super epistolam Jacobi. Insuper, si vitis noluit deserere vinum suum quo dii letificantur et homines, ut imperet ceteris lignis silve (ut patet Iudicum IX$^{o}$ et expositum est IV$^{o}$ cap. libri VI$^{i}$), quanto magis clerus non desereret primevum privilegium quod Christus instituit propter libidinem civiliter dominandi; ita solutio sathane regis superbie post mille annos (de quibus Apocalypsis XX$^{o}$) retardat quod ecclesia non sit ad privilegium primevum restituta. Et ista causa rectificavit gloriosum martirium sancti Thome, cum de eo canit ecclesia:

Example of St. Thomas.

*Nec in agnos sustinet*
*Lupos desevire*
*Nec in ortum olerum*
*Vineam transire.*

Nec credo quod est causa verior vel alia qua fuit martir nisi resistendo lupis sevientibus in agnos gregis dominici 156$^{c}$ et impediendo * ne vinea inebrians transferatur in ortum olerum; herba quidem melancolica preservat ab ebrietate ex amissione temporalium gignens vecordiam.

Q Sexto arguitur contra dicta per hoc quod iuxta predicta nichil sonat in privilegium hominis, nisi de quanto sapit graciam vel virtutem; sed hoc nullus preter Christum potest concedere, ergo nec privilegium, et sic nullus prescitus haberet privilegium, ymmo sciencia cum inflat et omnia bona citra virtutes non forent privilegia abutenti, que videntur legibus et modo loquendi vulgari contraria.

6. It is objected that on our showing privileges could be held only in grace.

Hic dicitur quod prima consequencia non procedit, cum prescitus habet privilegium, dum est in gracia.

1. A in marg.: Beda. 2. B: disserere. 6. A $A_1$: itaque solucio. 11. A in marg.: Conclusio. Recte: obieccio. 18. A: malencolica. 20. A in marg.: Sexta conclusio. 28. A in marg.: Responsio.

1. Venerabilis Bedae Opp. tom. V, pag. 676. 11. This is the Antiphon in the second nocturn on the feast of S. Thomas Archbishop (Sarum Breviary, Procter and Wordsworth, vol. I. col. CCLI.)

Ideo signanter additur in descripcione privilegii quod 156$^{c}$ Q
est bonum concessum ecclesie vel persone. Datur enim quandoque temporale privilegium persone prescite que non est membrum ecclesie, verumptamen predestinatus habet excellenciori modo privilegium, quia ad maiorem utilitatem, scilicet ad beatitudinem, percipit donum Dei (ut patet in fine capituli VI$^{i}$). Prodest autem privilegium prescito quoad commodum temporale et quoad mitigacionem pene perpetue, sed manifestum videtur ex fide quod nulli prescito est privilegium bonum quod habet, dum est iniustus, quia ut sic abutitur dato ad sui incommodum; abutitur, inquam, quia debet uti dato in caritate honorando Deum et merendo sibi ac sancte matri ecclesie, et facit omnino oppositum deteriorando se ipsum. Ideo patet ex diffinicione privilegii quod peccatum facit prius privilegium desinere esse privilegium, quod quidam vocant mortificacionem privilegii. Et sic verum dicit beatus Gregorius (ut recitatur XI$^{a}$, q. III): *Privilegium omnino meretur amittere qui sibi permissa abutitur potestate.* Et patet (ut ostendit glosa) quod non exinde debet sancta ecclesia privari privilegio, sed in privilegio innovari. Nam privilegium foret clericum in casu privari bonis fortune tam sibi quam ecclesie; privilegium eciam foret in casu ecclesie quod heretici sibi molesti subtrahantur morte civili ecclesiastica, naturali vel violenta. Et hec racio quare oportet consulere regulas scripture sacre in dando privilegia positiva vel privativa ecclesie. Nunquam enim debet quis punire personam in ecclesia, nisi sub intento privilegiandi ecclesiam; quod quia Apostolus fecit inconsulta scriptura (ut patet Act. IX$^{o}$), ideo blasphemavit; et sepe contingit hodie quod seculares putantes se privilegiare

The predestinate holds privilege in a more excellent way,

yet a privilege may be of some avail to the foreknown.

Privileges that are abused should be changed in form.

21. A in marg.: Correlarium. 22. A $A_1$: sed privilegio. 23. A in marg.: Duplex mors. 29. A in marg.: Conclusio.

19. C. LXIII.

Q 156c ecclesiam perturbant et retardant eam, fortificando inimicos ecclesie et specialiter in concedendo elemosinas perpetuas, cum necesse est discolos subintrare in tales elemosinas, propter necessitatem ignorancie quam oportet nos hinc habere de membris ecclesie. Ideo dicit decretum sub auctoritate Gregorii XXIIIª, q. IV: *Hec autem,* quod sicut *habitacio ecclesie militantis* 156d *est inter celum et terram, sic utrarumque parcium cives recipit, sed in finali * iudicio discernentur.*

We cannot recognise the members of the Church.

R Et hec racio quare regula Christi precipit benefaciendo diligere tam amicos quam eciam inimicos (ut patet Luce VIº, 27, et ad Romanos VIIIº). *Omnis,* inquit, *iniquus bonorum est inimicus.* Omnis enim amicus huius seculi inimicus est Dei, inimicus autem Dei bonitatis et iusticie est inimicus. Racionabile itaque et securum est diligere inimicos, quia necesse est dileccionem illam premiari in retribucione finali; odium autem extra caritatem necesse est sequi demeritum. Et hec racio quare Christus voluit hic filios suos atque diaboli esse permixtim nobis absconditos. Nam Matthei XXIVº, 40, loquens de die iudicii dicit confuse: *In illa die erunt duo in agro uno, unus assumetur et alter relinquetur, due erunt molentes in una mola, una assumetur et altera relinquetur, duo in lecto uno, unus assumetur et alter relinquetur.* Illud autem exponit Augustinus super Psalmum XXXVIum de tribus statibus ecclesie militantis, qui sunt pastores, laboratores et ociatores.

Hence the rule that we are to love our enemies.

Exposition of Matthew XXIV, 40:

a Pastores sunt prepositi ovibus Christi, quia instar floris campi et suorum agricultorum debent evellere, destruere, edificare et plantare, ut patet Jeremie Iº et Iª Cor. IIIº, 6, dicit Apostolus: *Ego plantavi, Apollo*

Those in the field are the clergy;

19. 20. B: permixtum. 21. A: loquens de Dei iudicii. 26. A in marg: Augustinus. 29. agricultorum: $A_1$ addit: id est apostolorum.

6. Decr. II. p., causa XXIII, q. IV, c. XV. 12. The passage occurs neither in Luke, nor in the Ep. to the Romans. 25. Luke, XVII, 35. 26. See Aug. Enarr. in Ps. XXXVI, Serm. I, Opp. IV, I, p 258.

*rigavit, sed Deus incrementum dedit*, et sequitur: 156d R *Dei adiutores sumus, Dei agricultura estis.* Illud autem genus pastorum dividitur in duas personas quorum filius Dei assumetur ad beatitudinem et filius diaboli relinquetur ad dampnacionem. Ista autem logica est rectissima sed confusa, quia ignoramus quot et qui descendent ad inferos vel ascendent.

those at the mill, the laity engaged in active life;

Secundum iugum, signans infirmiores activam vitam b ducentes, signanter exprimitur per terminos feminini generis; molaris inferior est terra quam colimus, recipiens undique constanter secundum variacionem anguli incidentalis et reflexionis influenciam celestium radiorum. Molaris autem superior qui pigre circumducitur est spera celestium; cui activi molentes preparant terre nascencia et alia mixta inanimata sive artificialia sive naturalia de quibus est negociacio activorum. Celum enim sua circulacione ministrat illis tempus et auram ac unicuique sui generis complementum; cum autem gracia hominis celum circumducitur, signanter dicitur activus molere in pistrino.

those in the bed, those who are free from active duties.

Tercium vero iugum est quiescencium ab istis c duobus officiis, sive sint clerici contemplantes, sive promiscui deprecantes, sive seculares domini imperantes; omnes enim tales quiescunt *in lecto* (ut patet Canticorum III°), et sunt ambo iuga, ut primum secundum predestinacionem et prescienciam ac finalem perseveranciam et finalem inpenitenciam bipertiti, cum *ibunt hii in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam* (ut dicitur Matthei XXV°, 46).

Et raciones omnium istorum sunt nobis abscondite, e (ut dictum est .... capitulo). Nam secretum divine ordinacionis dies nostre mortis et dies finalis * divisionis 157a ideo sunt a mortalibus occultati, ut nec presumamus

9. A B: Exprimit. 14. spera i. e. sphaera. 19. A: circumciditur correxit in circumducitur. 30. A: lit. d in marg. deest. 31. Numerus capituli in codd. deest. In codd.: lacuna. 31. B: Nam decretum.

R 157[a] nec despiciamus, sed timentes senciamus humiliter et amemus generaliter; et quoad duo sequencia, ut vigilemus a peccato continue et obviam sponso cum oleo et lumine sollicitissime nos paremus. Et ista ignorancia est racionalis et salubris. Ideo pertinenter dicit canon sub auctoritate Augustini XXIII[a], q. IV: *Quantus arrogancie tumor est, quanta humilitatis et lenitatis oblivio quantaque arrogancie iactancia, ut quis se credat posse facere quod nec apostolis concessit dominus, ut zizannia videlicet a frumento posse se putet discernere.*

A christian is bound to take the sure way.

S Ex istis formari potest talis racio: Quilibet christianus debet in ambiguis viam perplexam abicere et viam securam eligere, sed omnis dominus secularis dotans vel privilegians ecclesiam est christianus cui talis duplex via exponitur, ergo debet eligere viam certam; sed certum est quod dare elemosinas temporales est via certa, dare autem elemosinas perpetuas est via ambigua, ergo prima via facilior et cercior est eligenda, neglecta alia. Quis queso presumeret viam eligere per quam verisimiliter credere posset Deum offendere? Quis insuper dubitat quin ex perpetuacione elemosinarum fundantur lites et bella per que subtrahitur religio christiana, originantur utrimque superbia et cetera vicia, in tantum quod elemosinarius insurgit saltem contencione cauterizante contra elemosinantem, et (quod est pessimum) surrepentibus multis discolis loco veri cleri cui donata sunt temporalia, aspiratur ad statum propter temporale lucrum, contempto vero officio? Omnia autem ista vel extinguerentur vel mitigarentur data elemosina temporaliter probabiliter egenis qui fideliter peragerent incumbens ministerium, et non data ecce ad securandum

Giving temporal alms is sure; giving perpetual alms uncertain,

since it leads to quarrels,

and induces unfit men to take clerical office.

4. Codd.: solitissime. 12. A in marg.: Racio. 13. A in marg.: Nota contra perpetuacionem elemosine. 26. B: contenciose.

6. Decr. II. p., causa XXII, q. IV, cap. XV.

discolos futuros quos datarius ignorat. Hoc enim 157a S plus consonat legi Christi qui nec suscepit nec docuit elemosinas tales fieri, sed pocius oppositum. Nec dubium quin temporalis elemosina de decimis, de oblacionibus et sponte oblatis sufficeret ad numerum tanti cleri quanto eget ecclesia. Non ergo ex veteri testamento vel novo fundari potest tanta et talis dotacio. Unde sophisma diaboli procedens nunc ex equivocis, nunc per locum ab insufficiente similitudine conturbat ecclesiam dicentem Canticorum VI°, 11°, *Anima mea turbata est propter currus Aminadab.* Nunc enim ecclesiastici procedunt currati cum multitudine cliencium quasi reges et reputant privilegium quod ceci et inhabiles et ignari preficiantur in altis statibus quoad mundum (de qua materia patet alibi).

To sum up: rulers have the power of giving privileges so far as they are confirmed by God.

Sed redeundo ad difficultatem dicitur quod potentatuum seculi est privilegia terrena (quantum in eis est) concedere, et Dei virtute et gracia confirmare sine quibus non recipit privilegium ultimum complementum. Unde si hoc moveret, tunc * nullus sacer- 157b dos posset conficere vel dare sacramenta, nullus fidelis posset facere opera meritoria, nec aliquis homo preter Christum dare alteri quevis dona. Omnia enim ista implicant graciam Dei, ideo non fiunt, nisi Deus approbando preveniat et det graciam; quod solus Deus potest facere.

---

## CAP. X.

Istis premissis descendendum est specialiter ad privi- A legium Westmonasterii super quo versatur contencio. Supponatur itaque in primis (ut patet ex vera copia ministrata) quod dictum Westmonasterium habeat

11. Propter quadrigas in Cant. Canticor. VI, 11. 14. 15. B: altis stantibus. 28. A in marg.: Nota de privilegio Westermonasterii (Above 157a without mark of reference).

A 157b privilegium concessum ab Edgaro et sancto Edwardo confessore, concessum (inquam) sibi et ecclesie sub hac forma: *Cognoscat*, inquit Edgarus, *magnitudo seu utilitas vestra quam discernimus et in perpetuum mansurum iubemus atque constituimus, ut pro reverencia reliquiarum gloriosissimi apostoli Petri et quiete monachorum ibidem Deo famulancium, honor et laus eidem ecclesie habeatur, ut quisquis fugitivorum pro quolibet scelere ad prefatam basilicam sancti Petri fugiens precinctum eius intraverit, sive pedes vel pedester, sive eques vel equester, sive de curia regali sive de civitate seu villa, seu cuiuscunque condicionis sit, quocunque delicto facinoris contra nos vel succesores reges Anglie vel contra alium quemlibet fidelem sancte ecclesie foris factus sit, relaxetur et liberetur et vitam atque membra absque ulla contradiccione optineat. Preterea interminamur divina auctoritate et nostra, ut neque nos neque successores nostri neque ullus episcopus nec quicunque alius de iudiciaria potestate in ipsam sanctam basilicam vel in manentes in ipsa vel in homines qui cum sua substancia vel rebus ad ipsam tradere vel devovere se voluerint, nisi per voluntatem abbatis et suorum monachorum, ullam unquam habeant potestatem, sed sit hec mater ecclesia libera et absoluta ab omni invasione vel inquietudine omnium hominum cuiuscunque ordinis vel potestatis. Obsecramus eciam omnes successores nostros reges et*

Westminster privileges granted by Edgar,

4. In carta: decernimus. 7. ibi: et pro quiete. 8. ibi: eiusdem ecclesie habeatur id est ut. 10. ibid: beati apostoli Petri. 12. 13. In codd. villa cuiuscunque; correxi e privilegio; vide Cod. dipl aev. Sax. II, 366. 13. In codd. facinoriter. Corr. e priv. 22. ad ipsam in codd. deest. Addidi e priv. 27. vel potestatis; adde: esse videantur.

3. Comp. tom II, pag. 363. Cod. diplom. aevi Saxonici (ed. Kemble).• Kemble gives the exact words of the greater part of this charter.

*principes per sanctam et individuam trinitatem et* 157[b] A
*per adventum iusti iudicis, ut quoniam ex munificencia antecessorum nostrorum ipse locus videtur esse dicatus, nullus episcoporum vel abbatum aut eorum ordinatores vel quelibet persona possit quoquo ordine de loco ipso aliquid auferre aut aliquam potestatem sibi in ipso monasterio usurpare vel aliquid quasi per commutacionis titulum absque voluntate ipsius congregacionis vel nostrum permissum minuere presumat.*

In carta vero sancti Edwardi sic scribitur: 2

and St. Edward.

*Sit hic sancta mater ecclesia peculiaris patroni* B
*nostri et domini et magni apostoliter beati Petri libera et absoluta ab omni invasione et inquietudine* 3
*omnium hominum cuiuscunque ordinis vel potestatis esse videantur.* Et in alia carta eiusdem sancti * sic 157[c]
scribitur: *Preterea in perpetuum confirmo ut quisquis fugitivorum de quocunque loco pro quacunque causa cuiuscunque condicionis sit ipsum sanctum locum vel precinctum eius fugiens intraverit, membrorum suorum ac vite inpunitatem consequatur cum omnimoda libertate, nec aliquis aliud quidlibet ab ecclesia illa vel a terris ad eam pertinentibus per vim aut consuetudinem exigat.* Hec sunt verba magis pregnancia pro libertate dicti monasterii que omnia sunt per bullas Nicolai III. postmodum confirmata.

2. 3. In privil.: quemadmodum ex munificencia. 12. B: sit deest. 13. In codd. etc. beati; correxi e carta Edwardi. 16. In codd: videatur; correxi e dipl. ap. Kemble l. c. pag. 186. 16. A: sancti sancti. 20. In diplom. Edwardi hic locus sic habetur: *immunis sit omnino ac plenam libertatem consequatur.* Sequentia quaere pag. seq. 24. In codd.: consuetum; correxi e carta Edwardi.

11. Cod. dipl. aevi Sax. tom IV. sub num. DCCCXXV, pag. 181. Comp. pag. 173 seqq. 16. Comp. Codicis dipl. aev. Sax. tom. IV, p. 186. 26. Bullam Nicolai III. huic diplomati insertam invenies in Cod. dipl. l. c. pag. 183. In Monastico Anglicano (edd. Dodsworth et Dugdale Londini 1655) pag. 59. Bullas hoc diploma confirmantes (ut supra memoratum est) non vidi.

B b Quod autem hec possunt racionabiliter concedi, 157c sic ostenditur: Omnia que possunt sonare in pietatem ac misericordiam, que homo potest de facto concedere, possunt racionabiliter concedi. Sed huiusmodi sunt omnia in dictis privilegiis annotata, ergo conclusio. Maior patet racione meriti quod non potest esse nisi racionabile, et minor patet ex hoc quod omne delictum commissum in hominem nedum potest sed debet remittere, et per consequens, tam rex quam totum regnum potest remittere iniusticiam quamlibet fugitivi.

It is argued that these grants may reasonably be made:

1. because all that tends to mercy is lawful;

1 Confirmatur de debito de quo minime videretur; nam Matthei VI°, 12, docet Christus nos orare, ut *Deus dimittat nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*, ubi docemur non dimitti nobis a Deo, nisi dimiserimus ex corde debita nostris confratribus.

2 Secundo confirmatur ex parabola Salvatoris Matthei XVIII° de servo suffocante unum de conservis suis, postquam longe maiora debita a suo domino sunt dimissa. *Serve nequam,* inquit, *omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit te misereri conservi tui, sicut ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum. Sic,* inquit, *et pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Unde eodem capitulo docet Petrum in persona ecclesie quod usque septuagies septies, hoc est, quociens in ipsum peccaverit, dimitteret debitum fratri sue. Frater enim non incurrit culpabiliter debitum nisi excedendo decalogum mandatorum.

2. by the parable of the wicked servant, which shows that debt should be forgiven;

C 3 Tercio confirmatur ex lege veteri, nam Levitici XXV° datur lex de anno septimo, quod tunc sabbatizabunt et anno quinquagesimo *redibunt ad possessiones suas*,

3. by the Sabbathical year of the old Law.

1. A in marg.: Racio. 20. In codd. quando rogasti; corr. e Matth. XVIII, 32. 24. A $A_1$: dimiseritis.

31. Cf. Lev. XXV, 13, 17.

eritque remissio plena debiti cuiuscunque. *Nolite,* inquit, 157[c] C *affligere contribules vestros, sed timeat unusquisque Deum suum.* Et breviter utrumque testamentum testatur creberrime misericordiam faciendam.

Christ also teaches us to be merciful;

Unde Matthei V°, 7, quando Christus tradidit legem suam, hortatus est ad misericordiam sub obtentu misericordie consequende. *Beati,* inquit, *misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Unde ad exprimendum quod misericordia in novo testamento debet excellere dicit discipulis Matthei IX°, 13: *Euntes discite quid est: Misericordiam volo et non sacrificium.* Et super talibus fundat se beatus Gregorius, exponens illud Matthei XXII°, 2, *Simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nupcias filio suo,* et ponitur in canone XXIII[a], q. IV: *Cum in lege scriptum * sit, diliges amicum tuum et odio habebis* 157[d] *inimicum tuum, accepta tunc licencia, cum iustum fuerit ut Dei suosque adversarios quanta possent virtute comprimerent, eosque in ore gladii ferirent; quod in novo procul dubio testamento compescitur, cum per semetipsam veritas predicet dicens: Diligite inimicos vestros, benefacite hiis qui oderunt vos.* Et post exponens illud evangelii: *Thauri mei et altilia occisa sunt, venite ad nupcias. Quid,* inquit, *per thauros nisi veteris testamenti patres signantur. Nam dum ex permissione legis acceperant, quatinus adversarios suos odii retribucione percuterent, ut ita dicam, quid aliud quam thauri erant, qui inimicos suos cornu virtutis corporee feriebant? Quid enim per altilia nisi patres novi testamenti figurantur qui dum graciam interne pinguedinis percipiunt a terrenis*

19. Lecturam in ore habet Gratianus, ut meminit Editio Maurina; Gregor. Hom. XXXVIII: iure gladii. 26. B: promissione. 31. In codd. eternis desideriis. Correxi e Gregor. l. c.

12. Homil. XXXVIII. in Matth. Opp. tom I. pag. 1636 vid. Decr. II. pars, causa XXIII, q. 4, cap. XVI.

157d C *desideriis innitentes, quasi contemplacionis penna sese ad sublimia sublevant?*

D Ex istis videtur hunc sanctum intendere quod in magnis nupciis sancte matris ecclesie membra eius rudia pascenda sunt exemplo patrum testamenti veteris tamquam carnibus thaurinis qui contra infideles usi sunt ex mandato domini feritate; modo vero adveniente Christo mitissimo pascendi sunt laucius evacuatis grossis carnibus veteris testamenti, in secundo ferculo novi testamenti porrectis eis altilibus; quod fit, dum ad exemplum Christi et suorum discipulorum ob amorem sui paciuntur iniurias. Et utinam ista leccio esset per nos sacerdotes tam sermone quam opere efficaciter in populo predicata. Tunc enim non foret tanta sanguinis effusio nec tanta conturbans ecclesiam Christi per membra diaboli a lege Christi declinacio.

and we are to follow the New Testament rather than the Old.

C Accipio itaque istam sentenciam tamquam catholicam et tocius ecclesie directivam et dico ulterius quod ipsa nedum non confirmat sed infirmat privilegium supradictum, quia (ut patet ex dicta sentencia et fide scripture) non est privilegium, nisi de quanto sonat in misericordiam privilegiantis et privilegiati et omnino in honorem Dei et utilitatem sancte matris ecclesie; quod cum capit instanciam de isto, ideo interimit se ipsum. Unde ista condicio debet subintelligi de natura privilegii in opere cuiuscunque privilegiantis ecclesiam, cum Deus non potest privilegiare aliquam partem ecclesie, condicione ista penitus pretermissa, quia tunc foret sibi ipsi et sponse sue contrarius. Ideo necesse est privilegiantes ecclesiam cavere precipue ne ex ignorancia scripture et cecitate seculi officiant matri sue cui debent proficere. Non enim solum debent attendere ad illud quod posset sonare in misericordiam et edificacionem ecclesie, sed ad illud quod verisimiliter

The duty of forgiveness does nothing to support a mischievous privilege.

18. A in marg.: Responsio.

secundum legem scripture sonaret in caritatem et utili- 157[d] D
tatem ecclesie, quia cum omnia facta sceleratissima
possent occasione misericordie Dei sonare ad pro-
fectum ecclesie, patronus ecclesie indifferenter omnia

Otherwise all offences ought to be forgiven: out of sanctuary as well as in.

talia ordinaret. Sic ergo conceditur quod tam rex
quam regnum nostrum nedum potest sed debet * de 158[a]
lege caritatis (que est ius communissimum contra
quod non fit dispensacio) remittere omnes iniurias
fratris sui, nedum hospitati infra basilicam sed ubi-
cunque terrarum fuerit, sub divo, in celo vel purgatorio.

Nam cum remittere iniuriam sit caritatem ignoscere E
ipsam quoad dampnacionem vel vindictam, volendo
iniuriantem transire impunem de quanto placuerit
domino capitali, patet quod omnis christianus debet
cedendo Christo remittere (quantum in ipso est) omnem
fratris iniuriam. Nam ut sic meritorie defert Deo qui

Remission is of two kinds: *a)* of the spiritual debt; and this must be left to God;

Deuteronomii XXXII°, 35, dicit: *Mea est ulcio et ego*
*retribuam.* Et sic est duplex remissio, scilicet debiti 1
spiritualis quo quilibet christianus debet prodesse in
vita caritatis cuilibet membro ecclesie; et illud debitum
incurrit quilibet peccator (in quantum huiusmodi), cum
ex lege caritatis et communione sanctorum iniuriatur
Deo et toti ecclesie, ut patet XXIII[a], q. IV. *Hec*
*autem,* et recitatur proximo capitulo. Talem autem

*b)* of the material debt; which a man may forgive yet leave to be exacted by the law.

remissionem debet quilibet peccator habere quoad
omnem iniuriam fratris sui, cum debet humiliter iu-
dicium puniendi Deo relinquere. Secunda autem est 2
remissio debiti corporalis, quam ut quis fecerit, cedit
iuri illud debitum repetendi. Et qui non concipit istam
duplicem remissionem debiti, est valde indispositus
ad concipiendum materiam privilegiorum ecclesie vel

5. A in marg.: Conclusio. 11. A in marg.: Quid est remittere iniuriam. 15. B: concedendo. 17. A in marg.: Duplex remissio. B in marg. man. alt.: Remissio duplex. 28. $A_1$: debiti scilicet, in cod. A scilicet extinctum est.

23. Cap. XV.

E 158ª scripturas. Sic enim loquuntur tractantes materiam de indulgenciis quod Deus remittit culpam et expetit penam. Ideo impetratur absolucio tam a pena quam culpa.

Forgiveness does not bar a request for punishment;

Ex istis patet quod stat hominem meritorie et plene remittere fratri debitum et tamen eum impetere excommunicare et quandocunque meritorie occidere pro eodem. Nam capio Petrum qui licite repetit in foro contencioso debitum a suo debitore, Paulum rite excommunicantem suum debitorem, et Linum meritorie persequentem suum debitorem usque ad mortem, ut puta, decapitacionem, suspensionem vel aliam mortem corporalem: patet possibilitas casus ex hoc quod aliter leges ecclesie de contencione, excommunicacione et occisione hominum forent heretice, quia legi caritatis contrarie. Stat ergo hominem meritorie exequi legem talem et cum de necessitate salutis tenetur iniuriam et debitum spirituale remittere, patet conclusio. Ymmo cum licet excommunicare accessorie, et per accidens sic persequi hominem pro debito corporali, videtur quod stat illud remittere et tamen ad salutem anime debitoris ex caritate fraterna quolibet istorum trium modorum eum persequi et torquere. Nemo enim meritorie sic persequitur principaliter propter debitum corporale, sed propter spirituale debitum et iniuriam factam Deo, remittendoque eum divino iudicio diligit ipsum in domino. Cum quo stat quod ex revelacione vel lege divina moveatur licite ad taliter cruciandum, sive ex sola detencione debiti committatur Dei iniuria, sive alia superveniens sit commixta; utrobique enim excommunicatur vel occiditur confuse pro omnibus, sicut Deus dampnat prescitum pro peccatis singulis que commisit.

3. $A_1$ addit: a culpa. A in marg.: Conclusio. Nota quomodo mali ex caritate sunt persequendi. 6. A $A_1$: quomodocunque. 7. A in marg.: Casus. 17. A in marg.: Conclusio.

7. De Petro, Paulo et Lino cf. Wyclif, De civili dominio pag. 39.

but we must not punish if we cannot do it in love.

Ex istis patet tercio, cum erga omnem punitum F oportet * punientem servare caritatis amorem ac 158[b] difficile vel impossibile est viantem caritative persequi fratrem suum contencione, excommunicacione vel occisione in visceribus caritatis, lex Christi est certissima; *qui,* inquit, *aufert que tua sunt, ne repetas,* Luce VI°, 30 (quod alias diffuse exposui); *Benedicite persequentibus vos, benedicite et nolite maledicere,* ad Rom. XII°, 14, *et si quis te percusserit ad maxillam dexteram, prebe ei et alteram* Matthei, V°, 39. Ille autem qui nescit erga inimicum quem cruciat servare regulas caritatis, non licet declinare ab istis consiliis. Unde Archidiaconus super XXXIII, q. V. *Excomunicatorum,* dicit quod non licet quemquam occidere nisi ex dileccione occisi preponderante dileccionem cuiuslibet temporalis, multo magis hoc astrueret purus theologus. Unde desidia predicacionis illius veritatis catholice fuit causa occisionis duplicis multi populi; remittat Deus episcopis qui ipsam dominis intrepide predicarent.

In the Lord's prayer "debts" means "sins".

Ex istis patet solucio ad primum obiectum de quinta peticione oracionis dominice; nam secundum Augustinum, libro II°, De Sermone Domini in monte c° X°, *peticio intelligitur de spirituali debito* (ut alias diffuse exposui): *Debitum,* inquit, *peccatum dici manifestum est. Non ergo quisquis hic urgetur pecuniam debitori dimittere, sed quecunque alius in eum peccaverit,* quia tunc non reciperet a volente dare debitum, nec peteret a potente avaro qui inops animo inexcusabiliter detinet alienum. Et tum conclusio Augustini est: *Si modeste ac leniter omnimodo quis egerit, ut*

1. A in marg.: Conclusio. 9. B: in maxilla dextera. 13. In codd. Excommunicantes. 15. A $A_1$: preponderantem. 20. A in marg.: Triplex solucio. 22. A in marg.: Augustinus. 24. A in marg.: Dimittere debita quid est? 29. A in marg.: Conclusio. 30. In codd. omnino quis; corr. ex Aug. l. c.

22. Comp. August. Opp. III, p. II, pag. 214, 211.

F 158[b] *sibi restituatur a tali, non tam intendens fructum pecunie, quam ut hominem corrigat cui indubie perniciosum est detinere, cum habeat unde reddat; non solum non peccabit sed proderit plurimum eciam debitori; aliter enim dum alienam pecuniam lucrum vult facere, dampnum fidei pacietur.* Cum ergo sensus pretensus huius privilegii excludit hanc elemosinam, cum protegit indifferenter potentem et nolentem aliena reddere quam eciam inpotentem, manifestum est quod ponit obstaculum regulis caritatis.

Money debts may be claimed from those who can pay.

G 2 Per hec patet responsio ad secundum, cum dictum Christi intelligitur de debito culpe cuius satisfactoriam solucionem omnis christianus tenetur humiliter iudici supremo remittere. Si enim intelligeretur de corporali debito, tunc omnes religiosi possessionati et clerici tenerentur ex privilegio Christi quo amplius obligantur eius consiliis et preceptis, remittere et non repetere omne eis debitum corporale; et tamen dicitur quod sine misericordia exigunt eciam ab inpotentibus tale debitum per exacciones seculares et ecclesiasticas censuras ardencius quam domini seculares. Non ergo est eis privilegium fovere hostes ecclesie, ne sibi satisfaciant, cum tamen sufficiant, quia (ut alias dixi) Deus non potest licenciare hominem, ut servet debitum sine hoc quod satisfaciat saltem Deo, quia nisi satisfaciat restitucione vel meritoria punicione, est dampnandus. Deus autem non potest licenciare hominem ad peccandum; hoc autem foret privilegium tali ecclesie
158[c] quod haberet a suis patronis * seculares divicias ad ministrandum fugitivis impotentibus se iuvare, et (quantum facultas suppetit) pro ipsis restituere, quia hoc sonaret utrimque in opus misericordie, non autem defensio cuiuscunque fugitivi quantumlibet exco-

1. A: intendes $A_1$: intendendo. 5. A. $A_1$: aliter enim — pacietur deest. 21. A in marg.: Conclusio. 27. Codd.: Deus autem; rectius: Deus enim.

municati, quantumcunque defensio cadat fugitivo ad 158c G dampnum anime et iniuriatis ad detrimentum, nec non ad perturbacionem regni atque ecclesie.

As to the Sabbatical year we ought to be more merciful than the Fathers of O. T.,

Ad tercium dicitur quod tam sabbatizacio pro anno 3 H septimo quam remissio pro anno iubileo fuit valde racionabilis pro tempore suo, nunc autem pro tempore legis gracie quando colimus octonarium, debemus habere amorem fertiliorem: sicut enim septenarius numerus virginitatis habet solum unitatem pro parte aliquota, octonarius autem habet unum, duo et quattuor que septem constituunt, sic patres veteris testamenti erant in caritate plus steriles quam patres sub lege gracie qui colunt ex integro septenarium; qui signat unici Dei cultum et preter hoc unionem Christi et ecclesie que est unitas septenario superaddita in numerum priorem, redundans quoad partes aliquotas. Et sic debemus nos tempore legis gracie habere diffusiorem amorem et ampliorem continenciam, quam habuerunt patres veteris testamenti, quia nedum habemus contribules, sed fratres germanos singulos christianos, cum omnes nati sumus spiritualiter de eodem patre Christo et eadem matre ecclesia.

our clergy especially;

Et rogo innitentem isti evidencie notare, primo 1 quomodo nos sacerdotes Christi debemus esse magis misericordes et magis religiosi quam sacerdotes veteris testamenti. Notet secundo quomodo non licuit 2 sacerdotibus Aaronitis acquirere sibi redditus vel seculare dominium, sed in partem dominii forent de porcione sibi limitata a domino contentati (ut patet Ezechielis XLIV°, 28); alie autem tribus impetrantes possessiones a suis contribulibus non exhere-

but it is not so.

darent eos perpetuo, sed in anno iubileo restituerent diutissime impetrata. Et notet tercio per iuxtaposi- 3

4. A in marg.: Qualiter sabbatizacio pro anno septimo et remissio pro anno iubileo fuit valida tempore suo et non iam. 18. continuum in codd. 20. A: contribulos. 23. A in marg.: Status cleri. Nota tria. B. in marg. man. alt.: Nota pro sacerdotibus.

H 158c cionem conversacionis cleri nostri eciam religiosi, si sit proporcionalis correspondencia utrobique.

I Dicitur enim quod clerus eciam vocatus religiosus exheredat multos de fratribus eciam pro suo perpetuo, vocantes hoc perquisitum Christi patrimonium, cum tamen Christus omnino exproprietarie pendebat nudus in cruce, scisso velo templi, ad denotandum Judeis et gentibus quod spiritualis hereditas est simpliciter appetenda et terrena possessio contempnenda (ut expositum est . . . cap. libri sexti).

Even the regular clergy disherits many men in perpetuity.

Tunc enim essemus altilia de puro frumento, pasta ad exemplariter nutriendum filios, ut fecerunt sancti patres, vice quorum fungimur saltem in nomine, ut congregemus pecunias, non ut sanemus animas. Modo autem pervertimur in corvos perfidos, pastos de cadavere extra navem ecclesie, et tamquam aves rapacissime in altum ascendimus, non ad pericula et commoda spiritualia ecclesie speculandum sed lumina 158d habemus acutissima, membra velocissima * et rostra retentissima ad predandum; et cum beatus Gregorius, pastor precipuus, dicit XXI° Moralium, cap. IV°, satis asperum verbum atque terrificum: *Festina,* inquit, *consolacio bonorum est consideratus finis malorum. Dum enim ex eorum interitu malum conspiciunt quod evadunt, bene existimant quidquid adversum in hac vita paciuntur. Eant ergo nunc reprobi et delectacionum suarum desideria compleant: in finis sui dampnacione sensuri sunt, quia mortem male viventes amaverunt. Transitorio autem verbere affligantur electi, ut a pravitate flagella corrigant quos paterna pietas ad hereditatem servat. Modo etenim flagellatur iustus,*

6. B: ex proprietate. 9. 10. expositum est: sequitur lacuna in codd. 20. A in marg.: Gregorius. 22. A in marg.: Nota de tribulacione bonorum et prosperitate malorum in hac vita. 25. leve existimant in textu s. Gregorii; quidquid adversi: ib. 31. Nunc etenim in textu s. Greg.

22. Opp. tom I. pag. 681.

To give such a privilege is beyond the King's power;

Item, rex non potest quicquam rite concedere quod $159^{a}$ L vergeret ad enervacionem regni sui vel iniuriam sui populi, sed utrumque contingeret datis verbis recitati privilegii, secundum nudum verbalem conceptum. Ergo non subiacet potestati regis privilegium tale concedere. Maior patet ex dictis de privilegio, cum nichil sit privilegium, nisi quod directe vergit ad utilitatem sancte matris ecclesie; destruccio autem regni nostri et iniuria facta suo populo non potest directe vergere ad honorem Dei et utilitatem sancte matris ecclesie, ergo non subiacet potestati regis alicuius privilegium tale concedere; Deus enim non potest in contradiccionem.

Et confirmacio est quod officium regis terreni (in quantum huiusmodi) est ecclesiam sanctam defendere, inimicos eius rigide cohercere et cunctis sed specialiter suis legiis iusticiam observare (ut patet libro III° cap°. . .). Minor autem sic ostenditur: Nichil plus enervaret regnum quam tutela facinorosorum sine correpcione legitima. Unde Ecclesiastici X°, 8, scribitur: *Regnum de gente in gentem transfertur propter iniusticias, iniurias, contumelias et diversos dolos;* sed nichil plus cederet ad fomentum istorum quattuor quam concedere cuilibet libertatem quod, quidquid facinoris perpetraverit, fugiendo ad tam patentem locum non erit ab aliquo castigatus; ergo hoc evidenter minaretur ruinam regno. Si enim hoc privilegium esset per totam Angliam concessum, quomodo staret regnum? * Rex enim non $159^{b}$ haberet potestatem ad cohercendum civiliter homines legios suos, et tunc non foret univoce rex eorum vel populi qui sue non subiacet potestati. Nec est racio quare rex posset concedere libertatem tanto loco,

since such a refuge for criminals would ruin the realm;

1. A in marg.: Secunda racio. (Above $159^{a}$ without mark of reference.) 5. A in marg.: Nota de privilegiis ut supra. 6. Maior; in codd.: a$^{m}$ (assumptum); recte a$^{or}$ (= maior); vide l. 18: Minor autem. 7. B quod deest. 14. A in marg.: Officium regis. 22. A in marg.: Contra privilegia locorum. (Below $159^{a}$ without mark of reference.) 28. A in marg.: Casus.

L 159[b] quin per idem et patrie, et sic alius rex alii patrie, et sic quousque tota Anglia fuerit libertata. Si enim totalis exempcio extingueret totam regiam potestatem, particularis exempcio extingueret partem eius, cum de tanto non haberet rex potestatem loci vel persone incolentis ad castigandum ipsam, quantumcunque in regem vel regnum deliquerit, et sic non foret rex tocius Anglie, cum locus exemptus foret in regno, sed non de regno. Non enim haberet rex tantam potestatem ad subiugandum incolas talis loci sicut habet potestatem ad puniendum gentem Francie, cum tantum eximuntur a cohercione regia sicut incole Almanie vel omnino aliene provincie.

M Et quantum ad iniuriam populi, patet quod vendicatur libertas, ut quantumcunque sceleste quis iniuriatus fuerit proximo, homicidio, furto, mechia, prevaricando in omnem speciem mandatorum decalogi, fugiat ad illum locum et precluditur iniuriato iusticie complementum, cum nec tenetur per se vel procuratorem ibi vel alibi stare iuri, et tamen rex Anglie in coronacione sua iuratus est religione laudabili quod non negabit sed concedet iusticiam cuicunque.

*and cause injustice to individuals.*

O si totum regnum esset sic privilegiatum quoad omne factum scelestum et undique proclamatum licitum mendacium, qualem nidum haberet diabolus in Anglia ad protegendum in delictis verbi et operis populum tenebrarum? Revera in baratro non habet tale privilegium.

Unde quesivi ab adversariis duos casus: Primo, si predans, furans vel mutuans quantumlibet magnum thesaurum ab alia ecclesia et illuc fugiens cum thesauro habebit ad sensum expositum omnimodam libertatem. Et dictum est mihi quod sic; tum quia verba privilegii a quibus non licet recedere generaliter

*Difficult case for the supporters of the privilege.*

23. A in marg.: Casus. 29. A in marg.: Prima questio.
29. 30. B: si predicans. 32. 33. B: omnimoda libertate.

illud sonant, tum eciam quia aliter foret nimis sus- 159b M pectum, negando laycis complementum iusticie et faciendo clero iusticiam. Sed tunc sequitur, primo quod rex qui potuit concedere ut sceleratissimi homines in perpetuum iniuste detineant reliquias et quecunque bona immunis ecclesie posset concedere ut iusti auferant temporalia ab ecclesia delinquente. Nam per se notum est quod ille qui potest concedere magis elongatum a communi iure potest concedere consonancius iuri Dei. Et iterum notum est quod maius peccatum foret iniuste, pertinaciter et obstinate detinere rem alienam, quam foret iniusta ablacio, quia pro primo est homo excommunicandus tamquam hereticus, et pro secundo non, nisi affuerit contumax obstinacia, ut noverant legiste. Ideo non dubium, si rex potest concedere privilegium ut quilibet regni sui habeat libertatem ad perpetuo detinendum iniuste ablata de sancta matre ecclesia, multo magis potest concedere licenciam, ut iusti auferant elemosinas suas quibus fraudantes regnum et sanctam matrem * eccle- 159c siam abutuntur. Unde inconsonum factum est et sibi ipsi contrarium tam ferventer defendere illud tamquam privilegium catholicum et solicite laborare, quando raciones deficiunt, ad dampnandum aliud tamquam hereticum.

*We maintain that the king cannot give a privilege to rob or detain wrongfully.*

Ego autem dico consonancius pro privilegiis sancte N matris ecclesie quod rex non potest cuiquam concedere libertatem ad violente auferendum et multo evidencius ad iniuste detinendum aliquod bonum de quocunque membro ecclesie, nisi prius peccaverit hoc merendo. Nec est hic sophisma: Rex concedit malefico libertatem, ut non puniatur et ut maneat in perpetuum inaccusatus de crimine, sed non concedit sibi licenciam ad peccandum vel cuiquam iniuriandum; nam licenciare

3. A in marg.: Bona racio. 15. $A_1$ correxit: noverunt. 27. A in marg.: Conclusio.

N 159[e] ad formaliter atque notorie antecedens ad quamcunque iniuriam est licenciare ad ipsam iniuriam; ut si Deus dat mihi licenciam ad frangendum caput presbyteri, et hoc non potest fieri sine facinore, tunc Deus dat mihi licenciam ad facinus perpetrandum. Correspondenter, notato scelerato fugitivo quiescente in dicto monasterio cum rapina pro suo perpetuo, queratur ab eo vel defendente hoc privilegium, a quo habet licenciam sic pausandi. Si dicatur quod non habet, tunc licitum est collacionem tam illicitam removere. Si dicatur quod a rege habet illam licenciam, sequitur cum veris quod rex licenciat ad antecedens formaliter ad peccatum, et longe coloracius dici poterit quod rex legitime licenciat ad auferendum temporalia, sed nullo modo ad faciendum iniuriam cuicunque, nam ablacio fieri potest legitime sed non talis detencio.

Secundo quesivi, si fugitivus huiusmodi possit ex- Another case. communicari, dum fuerit in loco illo pro facinore exterius perpetrato, vel si excomunicatus extra locum et fugiens ad ipsum ne virtute brevis regii capiatur ad carcerem, habebit in dicto monasterio libertatem? Et dictum est mihi quod non, quia leges humane non derogant legibus et iuri ecclesie, et specialiter ut inobedientissimis excommunicandis apponatur anime medicina; aliter enim liceret excludere et privilegiare spiritualiter infirmum, ut sordescat in crimine nec accipiat correccionem ab homine; quod cum sit contra legem correpcionis fraterne, Matthei XVIII°, 15, *Si peccaverit in te frater tuus etc.*, manifestum videtur quod talis defensio non habet privilegium sed pravilegium Antichristi. Ymmo cum talis sit plene et non minus excommunicatus a Deo, non obstante quod sentencia non sit lata ab homine, sequitur

10. A $A_1$: cubacionem. 16. B: sed non est talis detencio. 17. A in marg.: Secunda questio. 20. breve i. e. mandatum. 22. A in marg.: Responsio. 28. B in marg.: Matth. VIII.

iuxta fidem scripture et leges ecclesie quod non est 159[c] N communicandum cum tali, nisi forte ut convertatur, ne inficiat gregem Christi.

At least the criminals ought to be excommunicated and after forty days imprisoned.

Ex quotlibet talibus evidenciis dicitur quod licet O talem fugitivum excommunicare et post quadraginta dies excommunicacionis carceri mancipare. Sed dato isto sequitur, cum licet excommunicare pro quocunque facinore, quod fugitivus talis facinorosus sit statim excommunicandus et consequenter post quadraginta dies incarcerandus, et cum non habebit * post excommuni- 159[d] cacionem maiorem favorem quam ethnicus et publicanus, videtur quod sit de monasterio extrahendus et in carcere publico cum aliis excommunicatis tamquam alienus a filiis ecclesie detrudendus. Unde cum in dubiis via securior est tenenda, et vel est dubium vel probabile quod fovens taliter criminosum erit particeps criminis ex consensu vel culpabilis, negando coreccionis suffragium, quod foret verum privilegium, oppositum hinc privilegio, videtur, cum cursus legis communis sit via securior, quod illa sit pocius sustinenda. Quomodo rogo tenderet ad profectum persone pro querenda beatitudine indifferenter omnes facinorosos, diabolicos et inimicos ecclesie in domo sua protegere et medicinam correpcionis et censuras ecclesie quibus sanarentur ab eis precludere? Revera nec hoc nec participacio rapine sonat religiosis ad commodum. Nam Hely non propter fomentum malicie filiorum sed propter remissionem correpcionis filiorum punitus fuit morte et privatus summo sacerdocio in sua posteritate, ut patet I° Regum, II° et IV° capitulis, et III° Regum II°. Hoc ergo posset sonare in privilegium dicti loci quod fugitivos inpotentes, de quibus foret spes conversionis ad frugem melioris vite, in vite necessariis et pecuniis debitis de regis elemosinis misericorditer relevarent et predas latronum

35. B: in predas.

O 159[d] illatas fideliter restituerent. Hoc enim esset elemosina et sic privilegium cedens undique ad utilitatem parcium, ad honorem Dei et profectum ecclesie (ut sepe superius inculcavi).

P Tercio principaliter arguitur ex hoc quod omne bonum utile est fundabile in scriptura iuxta conclusionem secundam capituli VIII[i], sed non est fundabile in scriptura nec in lege ecclesie quod locum vel personam sic generaliter privilegiare liceat. Ergo non est bonum utile ecclesie et sic non privilegium alicui
1 sic facere. Minor patet ex hoc quod in veteri testamento cautum est de civitatibus refugii, ut dictum est capitulo VII°; nullibi autem signatum est refugium pro sceleratis, sed limitatum est ut pro occisione casuali preter propositum habeat occisor refugium, ut patet Levitici XXV°, Deuteronomii XIX° et Josue XX°. In novo autem testamento non signatur tale refugium, sed precipitur Matthei XVIII°, 17, quod talis sceleratus *sit sicut ethnicus et publicanus.* Unde ergo nobis autoritas ad hostes Dei ac sancte ecclesie taliter protegendum, specialiter cum legalis correccio sive punicio foret plus misericors atque iusta, tempore autem legis gracie obligamur ad misericordiam ampliorem?

3rd chief argument: Such privileges have no foundation in Scripture.

2 Quantum autem ad iura canonica, videtur mihi quod specificantur quinque casus in quibus malefici a defensione ecclesie excluduntur; tres autem casus exprimuntur III° Decretalium, *De Immunitate Eccle-*
a *siarum,* capitulo *Inter alia,* sub hac forma: *Hoc verum*
160[a] *est, scilicet quod fugientes ad ecclesiam habebunt* *

Exceptions made in Canon Law to right of sanctuary:

5. A in marg.: Tercia racio. 7. A A$_1$: cap. XVIII. 8. B: quod locum deest. 12. cautum; fortasse tantum legendum. 12. 13. A cap. XVI. B: VI. 15. 16. A A: Levitici XV. 24. A in marg.: Nota qui malefici a defensione ecclesie excluduntur. B in marg.: Nota quinque casus (in) quibus a sanctuario extrahitur fugitivus.

7. Vide supra pag. 173. 16. Vide supra pag. 147. 27. Dec. Greg. IX. lib. III, tit. XLIX, cap. VI, mutatis verbis: scilicet quod fugientes ad ecclesiam habebunt immunitatem.

1. a public thief, 2. a waster of fields, 3. an escaped slave, 4. a wilful homicide.

*immunitatem, nisi publicus latro fuerit vel noctur-* 160ᵃ P *nus populator agrorum qui, dum itinera frequentata vel publicas stratas obsidet aggressionis insidiis, ab ecclesia extrahi potest, inpunitate non prestita secundum canonicas sancciones. Si vero servus fuerit qui confugerit ad ecclesiam, postquam de inpunitate sua dominus eius clericis iuramentum prestiterit, ad servicium domini sui redire compellatur eciam invitus, alioquin a domino poterit occupari.* Ecce tres casus in quibus licet fugitivum invitum extrahere, et libro V°, *De Homicidio*, ponitur pro lege illud Exodi b XXI°, 14, *Si quis per industriam occiderit, ab altari meo evellas eum, ut moriatur.*

The 5th exception applies to the Westminster case.

Et ut videtur mihi, quintus casus exprimitur in c Q III° Decretalium, in fine tituli *De Immunitate Ecclesie*, cum inquit: *In eo in quo delinquit puniri quis debeat, et frustra legis auxilium invocet qui committit in legem: mandamus quatenus nuncietis publice tales non debere gaudere immunitatis privilegio quo faciunt se indignos.* Et ipsos indignos prius exprimit sub hiis verbis: *Nonnulli inpunitatem suorum excessuum per defensionem ecclesie obtinere sperantes, homicidia et mutulaciones membrorum in ipsis ecclesiis vel earum cimiteriis committere non verentur, qui nisi per ecclesiam ad quam confugiunt crederent se defendi, nullatenus fuerant commissuri.* Unde glosa dicit quod omnes leges que videntur istis contrarie, ut XVIIᵃ, q. IVᵃ et cetere leges, sonantes in presidium maleficorum in sanctuario, intelliguntur de dignis tali presidio. *Hugucius*, inquit, *male dixit,*

2. In codd.: frequentat. Corr. e decr. sup. mem. 12. occiderit sc.: proximum suum et per insidias. 23. In codd.: et deest. Addidi e decr. supra mem.

16. ib. cap. X. 28. Sec. Decr. sec. pars, causa XVII, q. IV, c. IX.

Q 160a *concordando decretales et decreta, quod dicta decretalis intelligitur de illis qui fugientes ad ecclesiam non deliquerunt in ea vel cimiterio eius sed alibi. Talibus,* inquit Hugucius, *ab ecclesia prestatur immunitas.*

*The Church should have regard to the crime, not to the place where it was committed.*

R Sed revera cum ecclesia, sponsa Christi, sit undique ligata vinculis caritatis, infinitum plus respiceret ad delictum in quodlibet membrum eius quam ad sedacionem loci corporei. Et quia basilica infinitum minus diligitur quam membrum ecclesie, patet quod ubicunque terrarum quis peccat mortaliter, ecclesia debet plus ad peccatum respicere quam ad locum. Nam locus est impertinens offense ecclesie que non debet personas vel signa inanimata sic accipere, nisi forte locus sit per accidens principium noscendi et augendi gravedinem culpe. Quicunque, inquam, plus offenderunt in Deum, plus offendunt in totam sanctam matrem ecclesiam et quodlibet eius membrum ex vi communionis sanctorum et communicacionis membrorum diaboli, cum caput in quod primo delinquitur sit ubique. Ideo bene dicit glossa, III° Decretalium, quod illi qui in quamcunque ecclesiam deliquerint sunt ut sic indigni habere immunitatem cuiuscunque ecclesie: *Illi,* inquit, *non habent immunitatem ab ecclesia, quia reddiderunt se indignos eius presidio, etsi fuerint stulti in culpa, sint sapientes in pena, ut dicit beatus Gregorius, sicut recitatur XXXVIII*[a]
160b *distinctione:* * *Qui ea.* Unde non est racio (sicut tangit predicta glossa) quare in istis quinque casibus excluduntur malefactores ab immunitate ecclesie, nisi quia ecclesia in istis casibus sensibilibus percipit indignitatem talium ex peccato notorio quam indigni-

5. A in marg.: Nota hic. 15. A in marg.: Conclusio. 30. percipit; scil. plus percipit.

1. et 20. comp. glossam ad decret. Greg. IX, lib. III, tit. XLIX, cap. X. De Hugutio vid. Savigny, Gesch. des römischen Rechts im Mittelalter, V, 425. 26. Decr. prim. pars dist. XXXVIII, c. X.

tatem aliorum qui aput Deum sunt magis indigni 160b R eo quod gravius peccaverunt.

The civil law withdraws from sanctuary those guilty of homicide, adultery and rape.

Unde leges civiles quas iura canonica non reprobant alios maleficos exprimunt ut homicidas, adulteros et raptores virginum quos collacio tercia docet extrahere; et idem indubie ẹst de quocunque peccante mortaliter, quia omnis talis ut sic est inimicus Dei et sancte matris ecclesie, ut patet XXIIIa, q. IVa (sicut recitavi superius in fine proximi capituli). Nam distancia loci non impedit quin peccans offendat in Deum et subtrahat ab ecclesia spirituale suffragium.

All offenders are so far unfit to be shielded by the Church; *a)* because he who has broken a law cannot claim the benefit of it;

Ideo ubicunque sub divo quis magis offenderit, de tanto redditur magis inhabilis ad percipiendum defensionem ecclesie. Quod probatur tripliciter: primo per a hoc quod secundum regulam iuris per se notam frustra invocat legis auxilium qui offendit in legem, sed talis manens facinorosus offendit in legem ecclesie et totam sanctam matrem ecclesiam, ergo frustra invocat suffragium legum ecclesie, cum ex culpa sua per decretum sponsi ad ipsum redditur tam indignus.

*b)* Christ's law is an adversary to the sinner;

Item, secundum sentenciam Christi Matthei Vo, 25, b necesse est legem Christi esse adversariam peccatori et accusantem eum quamdiu sorduerit in peccato: *Esto,* inquit, *consenciens adversario tuo cito, dum es in via cum illo.* Cum ergo lex Christi mitissima non excusat sed accusat, non protegit sed prodit, omnes tales dum manserint primo legifero inimici, sequitur quod omnes leges ancillantes Christo non debent procurare defensionem hostis ecclesie in peccato.

*c)* in remaining wicked the refugee abuses the privilege and so forfeits it.

Item, secundum beatum Gregorium (ut sepe repecii) c *privilegium omnino debet amittere qui sibi permissa abutitur potestate,* sed omnis manens facinorosus intra locum refugii propter securitatem privilegii sibi permissa abutitur potestate, ergo debet ut sic carere loci suffragio.

3. A in marg.: Nota. 32. 33. B: contra locum.

5. Vide supra pag. 144 et seqq. 8. Vide supra pag. 201.

R 160[b] Est enim ad propositum dare duplex genus privilegii, scilicet privilegium quod residet in incolis loci talis et privilegium quod individuatur in persona fugitivi, cum quilibet talis dignus habere privilegii prioris suffragium, habet in se singulare privilegium a privilegio ecclesie exemplatum cuius proteccionem est dignus amittere dum ingratus fuerit matri sue. Et hic rogo primo professores iuris canonici considerare quomodo dictum vocatum privilegium nedum non fundatur in iure suo, sed manifeste repugnat eidem, cum lex ecclesie dicit quod in nullo dictorum quinque casuum fugitivus ad ecclesiam habebit refugium, sed privilegium pretensum dicit quod in quolibet eorum habebit refugium, et cum iste sensus videtur tam patenter repugnare iuri canonico, legi scripture et legi consciencie, verecundum et periculosum esset vocatum privilegium tam dampnabile et hereticum tam instanter
160[c] defendere, veris privilegiis ecclesie pretermissis. *

*The privilege is twofold: to the inhabitants of the place and to the fugitive, who forfeits it, if he is ungrateful.*

---

## CAP. XI.

A Cum elemosina tantorum principum non debet omnino extingui propter sinistram interpretacionem abutencium, sicut nec veritas scripture sacre frustrari debet a suo lumine propter hereticos qui sinistrum sensum occasione male accepta ex ipsa eliciunt, videndum est ad quem sensum dictum privilegium debet concipi, ut remaneat tam re quam nomine privilegium utrobique. Igitur inprimis, cum illius sit interpretari leges ac privilegia cuius est condere (ut patet XXV$^{a}$,
1 q. I, *Ideo permittente,* et V$^{o}$ Decretalium, De Sen-

*The real use of the privilege.*

1. A B in marg.: Duplex privilegium. 8. A in marg.: Nota. 18. B: vires. 20. A in marg.: (black ink and red ink): Cap. 11$^{m}$. 28. B concedere.

28. Decr. II pars, causa XXV, q. I, c. XVI et Decr. Greg. IX, lib. V, tit. XXXIX, cap. XXXI.

The interpretation of it lies with the King,

tencia Excomunicacionis, *Inter alia)*, rex autem Anglie 160c A debet concedere et condere leges tales privatas de suo regali dominio ad edificacionem ecclesie: ideo capiendum est tamquam per se notum quod regis est illas leges privatas ac elemosinas interpretari et in rectitudine sua defendere. Romanus autem pontifex super isto consultus, et sacerdos suus legius requisitus de interpretacione sensus catholici, tenentur de lege evangelii quantum sciunt humiliter declarare; quibus non est parendum nisi de quanto sentenciam suam fundaverint in scriptura sacra. Unde secundo oportet sup- 2 ponere quod sacram theologiam necesse sit omnem talem scienciam principaliter regulare; patet ex hoc quod illa sola principaliter docet viam qua celeste coniugium honoratur, sed iuxta hunc finem regulandum est omne factum viatoris legitimum; ergo conclusio. Et ista est sentencia XX$^a$ dist. *De quibus,* ubi Innocencius papa docet quinque gradus procedendi in dubiis discernendis, *primo in quantum recurrendum est ad scripture auctoritatem quam episcopi et specialiter papa usque ad sanguinem tenentur defendere, ut patet XXV$^a$, q. I. Sunt quidam. Secundo si ex scriptura sacra in lingua latina solucio dubii non clare eluceat, recurratur ad scripta greca, ut vel sic divina sentencia habeatur. Tercio si nec sic lux veritatis appareat, ad ecclesiasticas historias catholicas congregatas a sanctis doctoribus, mitte manum. Quarto si nec illis eluceat difficultas que queritur, sanctorum exempla perspicaciter recordare, exempla enim vite sanctorum debent esse nobis speculum con-*

who is to be guided by sound theology.

7. B: suus deest. 9. B: humiliter declinare. 17. A in marg.: Nota quomodo est dubium discernendum. 17. In cod. dist. XXI. 25. B in marg.: Ad quem quis debet recurrere pro dubiis discrete decidendis. 27. B alia manu corr.: mittere.

17. Quae autor hic diffuse explicat, mutatis aliquot verbis deprompta sunt e Decreti I parte, dist. XX, c. III, et Decr. II parte, causa XXV, q. I, cap. VI.

A 160[c] *versandi. Quinto si omnibus istis inspectis questionis qualitas non lucescat, per decretum seniorum provincie ad hoc congregatorum mediante Dei assistencia qui non potest suis deficere, decidatur.*

B 3 Tercio suppono: Cum dictum privilegium non fundatur in iure canonico vel civili, sed specialiter in legibus regni nostri et cartis illius ecclesie superius recitatis, quod notetur forma et finis gracia cuius hec privilegia sunt concessa (finis enim ex secundo Phisycorum mensurat omnia media ad eundem), in privilegiis autem regis Edgari triplex finis exprimitur, scilicet reverencia Dei in reliquiis sui apostoli, quies mona-
160[d] chorum ibi degencium et honor sanctitatis illius * peculiaris basilice in qua degant speciales oratores pro rege et regno de quorum elemosinis ad hoc specialiter sustentantur. Unde in bulla Nicolai III sic habetur: *Monachi ibidem nulli omnino persone subdantur nisi regi.* Ex quo videtur quod incole illius loci, non solum quia legii homines regis, nec solum quia speciales eius elemosinarii sed ex mandato pape regi suo specialiter sunt subiecti; nam secundum beatum Gregorium multiplicitas beneficiorum auget obligacionem beneficiati ad suum datarium. Ex quo videtur, cum monachi illius loci regi tam singulariter sunt subiecti, nec hospites vel fugitivi sui debent esse plus exempti vel privilegiati quam monachi a quibus emanat privilegium, videtur quod omnes profugi, de quanto sunt in illo loco, regi Anglie quadam preeminencia sunt subiecti ex hoc quod ab eo ibi recipiunt beneficium singulare; nec consonat fidei religionis Christi quod monachus, si per possibile occiderit hominem in dicto loco, erit post liberior et plus percipiens de fructu privilegii, quam quando fuit immunis quoad Deum et

We must consider the purposes of the Charter,

which are: *a)* respect to the relics of St. Peter,

*b)* quiet for the monks,

*c)* honour to the Church in which the King is specially prayed for.

Monks of the royal foundation are bound to obey the King; so must be their guests or fugitives.

Crime cannot free from the duty of obedience.

16. B in marg.: Bulla Nicolai III. 18. A in marg.: Conclusio. Nota quomodo sunt privilegia intelligenda. (Above 160[d] without mark of reference.) 28. A: preminencia. 31. B: per deest.

9. Arist. Physic. Ausc. II, 3.

hominem magis capax. Nec videtur racionabile quin, 160[d] B supposita capacitate in monacho vel quocunque famulo illius loci, habebit fructum privilegii post delictum eciam pocius quam unus extraneus; aliter enim omnis contumaciter ibi quiescens in crimine ut sic indisponeret se ad habendum privilegium supradictum.

Forgiveness is good so far as it tends to true mercy,

Istis premissis videtur mihi (ut alias) quod, licet per C totam Angliam indulgeri debet omnimoda remissio, de quanto sonat in misericordiam et non ultra, tamen pro loco Westmonasterii servari debet generalis talis remissio virtute singularis privilegii pie concessi a regibus illi loco. Prima pars patet ex hoc quod privilegia, cum (in quantum huiusmodi) sonant per se bonum, sunt racionabiliter amplexanda; nam melius esset quod tota ecclesia haberet privilegium, hoc est, legem ad sui commodum quam quod aliqua pars ecclesie a privilegio vero deficiat, quia de tanto peccat vel punitur de quanto deficit a plenis privilegiis beatorum. Et patet quod nullum est privilegium, nisi de quanto sonat in elemosinam vel opus misericordie, quia non est privilegium, nisi de quanto misericorditer datur a Deo, vergens homini ad profectum. Et secunda pars patet ex hoc quod oportet concessionem regis habere specialem efficaciam ibi diligencius observandam, nam aliter foret frustra. Et ex istis patet quod nullum privilegium est iuri communi contrarium, nam si foret, tunc esset contra iusticiam et per consequens lex iniqua et non privilegium. Unde videtur mihi omnino insipidum dictum quorundam dicencium quod non esset * privilegium, nisi foret iuri communi 161[a] contrarium. Nam licita variacio ritus pro loco et tempore non est contrarium veritati et per consequens nulli legi. Ideo oportet privilegiantes omnino atten-

and a special privilege of forgiveness should be left to Westminster,

out of regard for the royal grant.

No privilege may be contrary to common law.

7. A in marg.: Prima conclusio. 12. A $A_1$: hoc cum privilegia. 19. A in marg.: Correlarium. 20. A: sonant. 25. A in marg.: Correlarium. 26. B in marg.: Privilegium non est communi iuri contrarium.

C 161a dere, ne subtrahant iusticiam vel inferant iniuriam alicui. Unde XXVa, q. II, *Quod vero,* dicit Gregorius: *Absit hoc a me ut statuta maiorum cum sacerdotibus meis in qualibet ecclesia infringam, quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo.* Et indubie idem foret iudicium de quolibet viatore, quod si privilegiando precludit cuicunque iusticiam, dampnificat tam se quam privilegiandum; quod non licet vel Deo facere.

D Ex istis secundo sequitur quod fugitivi privilegiati in Westmonasterio non ex hinc libertantur, ut non satisfaciant debitori vel quod ibidem maneant pro suo perpetuo sine pena correccionis salubris, sed aliquam defensionem singularem habent ibidem que sonat eis in commodum et non in dampnum vel iniuriam alicui. Prima pars patet, tum quia hoc non sequitur ex tenore verborum privilegii, tum eciam quia hoc non foret libertas vel privilegium sed pravissima corruptela. Nam mandatum apostoli et sic Dei est Rom. XIIIo 8: *Nemini quidquam debeatis nisi ut invicem diligatis.* Quomodo ergo licet creature licenciare aliquem, ut remaneat in debito fratris, non satisfaciens, eciam quoad Deum? Tales itaque hereses si pullulaverint eciam per dominos regni nostri, tenentur prelati destruere. Unde XXVa, q. I, *Omne quod,* sic scribitur: *Iniustum iudicium et diffinicio iniusta regio metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat, nequaquam enim quod contra evangelicam vel propheticam vel apostolicam doctrinam constitucionemve eorum sive sanctorum patrum actum fuerit, stabit.* Unde istam doctrinam dicitur Roma-

Hence fugitives are not made altogether free of debt or of punishment,

since this would be mischievous.

10. A in marg.: Secunda conclusio. 20. In codd.: Rom. XII. 28. B in marg.: Est hic manifeste elicibile quod non licet contra apostolum dispensare:

2. Decr. sec. pars, causa XXV, q. II, cap. X. 25. Dec. sec. pars, causa XXV, q. I, c. VIII.

nos pontifices debere usque ad animam et sangui- 161$^{a}$ D
nem confirmare (ut capitulo proximo precedente).
Quomodo ergo stant simul: nulli liceat quidquam
debere alteri extra caritativam dileccionem, et tamen
fugitivus licenciatur in dicto loco perpetuo debere
tam debitum corporale quam spirituale sine hoc quod
rependat satisfaccionem. Revera in istam blasphe-
miam usurpatam Deus non potest, cum non licenciat
hominem ad aliquid pro quo dampnat. Secunda
autem pars conclusionis patet ex hoc quod oportet
aliquod privilegium ex concessione regis dari talibus
fugitivis ex conclusione proxima. Et ista sentencia
notabiliter docetur $\text{XXV}^{a}$, q. I. *Ideo permittente domino,*
ubi dicitur quod quandocunque Romana ecclesia con-
cedit privilegium, exprimit vel subintelligit, nisi aliter
decreverit ordinandum. *Unde,* inquit, *in nonnullis*
*capitulis conciliorum, cum aliquid observandum decer-*
*nitur*, statim subinfertur, nisi auctoritas Romane eccle-* 161$^{b}$
*sie aliter fieri imperaverit vel salvo semper in*
*omnibus iure Romane ecclesie vel salva in omnibus*
*apostolica auctoritate. Cum ergo alia privilegia ab*
*apostolico aliquibus conceduntur, et si contra gene-*
*ralem legem aliquid sonare videantur, non tamen*
*contra ipsam aliquid concedere intelliguntur. Pri-*
*vilegia,* inquit, *dicuntur quasi privata legia; et* concludit
finaliter: *Valet ergo Romana ecclesia extra generalia*
*decreta quedam speciali beneficio indulgere, consi-*
*derata tamen racionis equitate, ut mater iusticie in*
*nullo ab ea dissentire inveniatur, ut videlicet pri-*
*vilegia que ob religionis vel necessitatis vel exhibiti*
*obsequii graciam conceduntur, neminem relevando ita*
*divitem faciant, ut multorum detrimenta non circum-*
*spiciendo in paupertatis miseriam nonnullos deiciant.*

It is contrary to charity to encourage a man not to pay his debts.

4. A $A_1$: extra caritatem. 8. Deus non potest: verbum deesse videtur. 19. B: vel salva — conceduntur deest. 30. A: que vel. 33. In codd.: pauperis; correxi e decret. sup. mem.

13. ibid c. XVI.

E 1 Ex istis patet triplex correlarium: primum decla-
161[b] racio et confirmacio descripcionis supradicti privilegii;
2 secundo patet, cum actus privilegiandi regum terre exemplari debet a privilegiacione sancte Romane ecclesie, quam oportet subintelligere condicionem sicut oportet et Deum a quo est omnis privilegiacio exemplata: necesse est reges terre subintelligere racionabilitatem privilegii, sic quod non sonet in alicuis iniuriam; quod si ignoranter fecerit, error perceptus debet statim ex mandato Christi et eius pura licencia
3 revocari. Et patet tercio stultum esse ex nudis verbis privilegii aliqua vocata privilegia que sunt manifesti errores concludere, quia (ut patet V° Ethicorum cap. ultimo De Epykeya) necesse est in talibus subintelligere condicionem captam a fine; aliter enim preter triplex inconveniens (deductum in proximo capitulo) sequeretur manifesta blasphemia, ut puta, rex Anglie concedit cuilibet tali fugitivo omnimodam libertatem, sed libertas a peccato est maxima, sine qua non est aliqua vera libertas, ergo rex concedit cuilibet tali ipsum esse liberum a peccato. Quod cum sonat blasphemiam, manifestum est quod hec non fuit regis intencio sed quod haberent quodcunque terrenum privilegium tam in bonis nature quam in bonis fortune quod sue subiacet potestati.

All privileges must be reasonable and not injurious,

and this condition must always be understood, however the words of the privilege run.

F Ex istis tercio colligitur quod virtute dicti privilegii multi fugitivi ad dictum locum debent in casu acute puniri, bonis alienis que occupant privari et aliis medicinis tam corporalibus quam spiritualibus ad salutem anime sue tendentibus expurgari. Patet ex hoc quod ibi virtute privilegii habebunt quod

By virtue of this very privilege many fugitives should be punished;

1. A in marg.: Triplex Correlarium. 2. A $A_1$: supradicte. 8. B: nobilitatem privilegii. 16. B: quadruplex. 17. A in marg.: Nota. 26. A in marg.: Tercia conclusio. 27. A in marg.: Nota.

13. Vict. Ethicorum Nicomacheorum. V, c. 14.

*since it would be to their advantage.*

pocius vergit ad sui commodum, sed hoc foret in 161b F casu huiusmodi medicina; ergo conclusio. Unde movet ad hoc privilegiacio regis, finis, gracia cuius privilegium conceditur illi loco, et utilitas quam caritative rex debet intendere fugitivo. Si enim rex a erranter intenderit finem illi oppositum, tunc si ab

*If the King had a wrong purpose his mistake should be corrected.*

illo errore purgatus non fuerit, pena sua ex quacunque malicia que directe exinde sequitur, aggravatur, et nedum hoc sed peccatum regum * dominorum et 161 prelatorum superstitum, qui correpcionem illam quam debent ex accidia pretermittunt. Nam LXXXIIIa distinccione sic scribitur: *Error cui non resistitur approbatur, et veritas cum minime defensatur opprimitur.*

*Not to punish the wicked is to support them.*

*Negligere quippe, cum possis perturbare perversos, non est aliud quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obviare.* Et utinam nostri domini, nostri prelati et nostri scolastici attenderent illud dictum; nam totus labor scolasticus debet tendere ad hunc finem propter zelum ad dominum veritatis in quem offenditur. Et b ad idem sonat quies monachorum ibi degencium; cum enim omnis nociva perturbacio trahit originem a peccato, patet quod monachi non quietarentur sed

*The monks cannot have quiet, if they are disturbed by sin.*

turbarentur ex favore et assistencia peccatorum. Et si dicitur quod est eis lucrum, cum fugitivi condividunt temporalia que apportant, superadditur accusans gravacio quod tam sancti viri, tam alienati a mundo, sint socii furum, communicantes cum excommunicatis, impedientibus suam contemplacionem et quietem in domino, quia Isaie IX°, 5, scribitur: *Omnis violenta* c *predacio cum tumultu.* Ymmo cum loci sanctitas

2. A B in marg.: Triplex mocio. 11. A in marg.: LXXXIII, q. Nota, Nota. B in marg. man. alt.: Error cui non resistitur approbatur. 13. B: opprimit. 25. A $A_1$: dicitur quod cum eis lucrum fugitivi. 30. In codd.: violencia; correxi ex Is. IX, 5.

11. Dec. I pars, dist. LXXXIII, c. III.

F 161c precipue trahitur ab inhabitantibus illum locum, patet quod talis monachorum infeccio derogat sanctitati et reverencie loci quam rex privilegians intendebat.

Redress cannot be had within the Sanctuary; *a)* because it is not a proper court of justice;

G Nec valet dicere (ut audivi quosdam fingere) quod infra locum haberent iniuriati contra profugos respondentes ibidem iusticie complementum. 1 Primo quia ritus regni laudabilis in habendo forum contenciosum in loco prophano non debet in domum oracionis vel locum sanctum propter tale maleficium transmutari. 2 Secundo quia monachis pro quorum quiete rex tam tenere procuravit inferretur dampnum anime, quia inquietacio a contemplacione distrahens cuius oppositum privilegians intendebat. 3 Tercio quia contra ius divinum et ius ecclesie est violare sponsam Christi vel locum eius. Unde VI° Decretalium, *De immunitate ecclesie,* cap. *Decet,* postquam ostenditur ex scriptura quod multipliciter decet sanctitas domum Dei, sic infertur: *Nullus in locis eisdem in quibus cum pace ac quiete vota convenit celebrari, sedicionem excitet, conclamacionem moveat, impetumve committat; cessent in illis universitatum et societatum quelibet consilia, concertaciones et publica parliamenta; cessent vana et multo forcius feda et prophana colloquia, cessent confabulaciones quelibet, sed postremo quecunque alia que divinum possent turbare officium aut oculos divine maiestatis offendere sint ab ipsis prorsus extranea, ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio aut deprehendantur peccata committi. cessent in ecclesiis earumque cimiteriis negociaciones et precipue nundinarum ac fori cuius-*

*b)* to hold trials there would disturb the monks;

*c)* to use a church as a court of law is to violate it.

4. A B in marg.: Responsio ficta. 11. In codd.: infereretur. 15. A in marg.: Nota pro immunitate ecclesiarum. 20. 21. Decr. habet: locis illis universitatum et societatum quarumlibet concilia, conciones et ... 28. A $A_1$: peccata quieta. 29. A in marg.: Nota contra nundinas et secularia negocia in locis sacris. B in marg.: Que prohibentur fieri in ecclesiis et earum cimiteriis.

15. Sexti decret. lib. III, tit. XXIII, cap. II.

*cunque tumultus. Omnis in eis secularium iudiciorum* * 161d G *strepitus conquiescat. Nulla inibi causa per laycos criminalis maxime agitetur; sint loca eadem a laicorum congregacionibus aliena.* Hec ibi. Quomodo queso foret ecclesia fomentum criminum? vel quoscunque in ipsam committentes defenderet? Unde super verbo *Sedicionem* dicit glossa quod *committens furtum in ecclesia non habebit inmunitatem in ea*; et hoc tenet Hostiensis, et bene, cum frustra invocat loci suffragium qui fedat eundem. Cum ergo quicunque offendit in uno factus est omnium reus, manifestum est quod omnis peccans mortaliter intra ecclesiam furatur spirituale suffragium, quo Deus plus offenditur quam pro furto temporalium, ymmo cum omnis occupans temporalia in mortali, deficit a iure utendi quocunque, pro tunc manifestum est quod furatur bona ecclesie in qua pausat. Si ergo ille sit prevaricator precepti decimi: *quicunque iniuste cupierit aliena*, multo magis ille est prevaricator decalogi qui fraudulenter et iniuste detinet aliena. Si ergo non licet alicui dispensare cum aliquo preceptorum domini, manifestum videtur quod non subiacet potestati humane privilegiare locum vel hominem, ut liceat sibi vivere contra mandatum dominicum. Et hic mirantur nonnulli, cum sit ad privilegium locis sanctis quod eximantur a quocunque tumultu secularis negocii, quomodo superiores prepositi ecclesie, scilicet episcopi, priores et abbates nedum permittunt sed vendicant ut privilegium et pertinaciter defendunt, quod in ecclesiis suis ac cimiteriis suis sint nundine et secularia negocia que nunquam sine dolo et crimine multiplici exercentur. Cum autem non est possibile ut duo contraria sint simul privilegium eidem ecclesie, manifestum est quod vel oportet negare privilegium iuris divini ac iuris canonici de exempcione

Whoever sins mortally in a Church steals its protection.

Church dignitaries should not allow fairs etc. to be held in Churchyards;

11. B in marg. man. alt.: Furtum in ecclesia. 17. B: sit privilegiator. 31. A in marg.: Conclusio.

G 161[d] ecclesie a tumultu negocii secularis vel concedere hoc esse privilegium impediens bonos mores. Et credo quod nostri ecclesiastici isti sentencie annuerent, si non essent lucro temporalium excecati, cuius probacio foret, si princeps tolleret questum, renunciaretur privilegium; sed sceleratissimum videtur atque sacrilegum pro pecuniis vendere divinum privilegium.

nor the King's court to sit in the house of the Lord.

H Et per idem tollitur quod leges Anglie non mutarentur pretextu erroris in hoc privilegio, introducendo bancum regis, eius iudicem vel placitum seculare in domum domini; tunc enim foret novissimus error peior priore, cum error ignorancie factus in Deum augeretur supplecius per supinum contemptum; nam unum peccatum illaqueando profundius trahit ad aliud.

As to the fugitives it is not a privilege to them to be encouraged in their sin.

Quoad terciam personam, scilicet fugientes, patet quod privilegians intendit commodum fugitivi, quia aliter non esset sibi elemosina vel opus misericordie sed omnino contrarium, si intenderet dampnificare
162[a] proximum. Quod autem esset in casu fugitivo *
1 privilegium sic puniri, patet supponendo aliquos occasione male accepta ex securitate talis refugii iniuriari proximis et sic dampnificare animas proprias
2 per peccatum. Suppono secundo quod maius opus misericordie foret impedire occidentem sic animam propriam quam occidere volentem nudum corpus. Et ex istis tercio sic arguitur: Omne maius bonum opus misericordie est pocius inpendendum, sed maius bonum opus misericordie est subtrahere bonum a tali in casu signato et castigare freneticos ad salutem eorum perpetuam, quam egentem solum in bonis corporalibus taliter relevare; ergo illam elemosinam potens pocius debet inpendere. Supposito ergo casu de fugitivis, sic alibi nocentibus, patet conclusio.

15. B: scilicet deest. 16. B: quod rex privilegians. 17. A in marg: Conclusio. 21. A: privilegii refugii. 24. A in marg.: Nota contra pretensam immunitatem ecclesiarum. 26. A in marg.: Tercio racio. 27. 28. B: Maius opus. 32. A $A_1$: supposito casu.

Christ chastises those whom he loves.

Confirmatur primo ex hoc quod Christus medicus 162$^a$ H sapientissimus et clementissimus ita facit cum suis 1 discipulis quos plus amat (ut declarat beatus Gregorius XXI$^o$ Moralium, et recitatum est proximo capitulo). Unde Apoc. III$^o$, 19, dicit is medicus: *Ego quos amo arguo et castigo*, et Hebr. XII$^o$, 16, 19, dicitur: *Flagellat autem Deus omnem filium quem recipit.* Secundo 2 confirmatur ex testimonio Augustini posito in decretis XXIII$^a$, q. IV. *Ipsa pietas*, ubi sic scribitur: *Molestus est medicus furenti frenetico et pater indisciplinato filio: ille ligando iste cedendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant et perire permittant, ista falsa mansuetudo foret crudelitas,* V$^a$, q. IV$^a$. *Non vos, et Non omnis.* Et ponit post exemplum quomodo existentibus pluribus amicis in domo certissime ruitura, si nollent credere narracioni periculi, flagellaremus vel invite extraheremus aliquem, licet credamus quod aliquis se stulte precipitet. Multo magis in maiori periculo spirituali. Unde XXIII$^a$, q. IV$^a$. *Quid faciet,* dicitur quod *ad hoc datur ecclesie medicina, ut inter freneticos atque litargicos eciam contempnentes non debet desistere sic quod perseveret diligencia caritatis, ligando freneticum et litargicum stimulando.* Quotlibet tales sunt leges que idem sentenciant. Si ergo tantum sit peccatum in omittentibus habentibus potestatem, manifestius et inexcusabilius est peccatum in speculatore qui ommittendo proderit veritatem.

Cum ergo (ut tactum est superius) non stat duo contraria esse simul privilegia eidem, et secundum idem patet cum casu limitato, foret privilegium fugitivo

1. A in marg.: Confirmacio triplex. 8. A in marg.: Augustinus. 12. A A$_1$: nec ligant. 13. In codd.: V q. vel IV. 14. ponit sc. August. l. c. 23. B in marg. man. alt.: Correccio est medicina.

4. Cap. IV. 9. Dec. sec. pars, causa XXIII, q. IV, cap. XXIV. 13. ib. causa V, q. V, c. I et c. II. 19. ib. causa XXIII, q. IV, cap. XXV.

H 162a ligari et pungi, non foret tunc idem privilegium in facultatibus et pena relaxari, quia revera omnis taliter cupidus fastus et questus est furens freneticus et soporatus litargicus ex fumo temporalium inficiencium cerebrum racionis.

To sum up: The fugitives should have all liberty that is good for themselves and for others.

I Et patėt per modum epilogi quomodo oportet privilegium sic interpretari quod fugitivi ad locum sic privilegiatum pro quocunque commisso habeant liber-
162b tatem * vel immunitatem omnimodam secundum regulas caritatis et misericordie a rege et regno cum paribus eis dandam, sic quod omne dandum sonet tam eis quam dantibus bonum utile. De diversitate vero inter crimen, facinus atque flagicium dictum est XXV° cap., libri VI[i] quomodo facinus sonat in proximi iniuriam; de quiditate autem privilegii dictum est superius, VIII° cap. huius libri; et cum oportet ut intelligatur *libertas a peccato* (ut loquitur Apostolus Rom. VI°, 22); patet quod immunitas pertinenter est indignitas criminis ad tormentum (ut loquitur scriptura Jeremie XXV° et Ecclesiasticus VII° cap.). Communiter autem intelligitur de mundicia a facinore quod in Anglia dicitur felonia, et est quedam species libertatis quam quidam vocant franchisiam et sumitur nunc extensius et nunc striccius. Unde *immunis* dicitur ab *in* et *munium* tributum, quasi liber a reddicione tributi, ut est expers vel alienus a reatu et vere loquendo solum insons, dum non est dignus sic puniri. Dicitur inmunis sic quod immunitas opponatur reatui, ad quem sensum ex nullo humano privilegio sequitur in criminoso immunitas aput Deum, sed ex privilegiacione sequitur irreatus pene quoad principem libertantem.

Contra dicta obicitur primo per hoc quod, si quilibet criminosus sit indignus habere suffragium ecclesie, tunc

4. B: et se portatus. 6. A in marg.: Epilogus. Nec omnia valent pro correccione peccancium. 11. B: omnino dandum. 18. B in marg.: Immunitas quid sit, nota. 22. 23. B: quedam franchisia. 24. B: et butum. 32. Contra. Prima obieccio.

Objections: 1. It is said that the law would express these limitations, if they were intended.

lex illud exprimeret, sed facit oppositum cum servum 162b I eciam existentem in gracia docet extrahere et alios criminosos docet libertate gaudere. Hic dicitur quod plus peccans est de racione plus elongatus a suffragio ecclesie, licet ecclesia ex ignorancia gravedinis peccati vel ex percepcione planiori iniurie vel alia causa culpabili hoc dispariter přosequatur. Nam si secundum iura humana et ecclesiastica licitum racionabile atque legitimum est extrahere servum atque libertum de ecclesia pro debito operis impendendo domino temporali (ut patet capitulo *De hiis qui ad ecclesiam fugiunt,* le. fi.), si omnis indebitatus proximo in pecunia vel quocunque debet servicium satisfaccionis sub pena dampnacionis domino dominorum, ergo multo magis licet eum extrahere de ecclesia, si exhinc pauset inobediens ad reddendum servicium regi regum. Minor patet ex hoc quod omnis homo est magis servus Deo, plus debitor et prius quam aliquis servus est debitor domino temporali. Unde Apostolus Ephes. VI°, 5°, docet *servos obedire dominis carnalibus cum timore et tremore, sicut Christo, servientes sicut domino non hominibus.*

Answer: It does in a way express them.

Confirmatur primo per hoc quod, sicut homo tenetur a K plus Deum diligere quam se ipsum, sic tenetur plus odire Dei iniuriam, unde XXIII[a], q. IV sic scribitur: *Si ea de quibus vehementer Deus offenditur, insequi vel ulcisci deferimus, ad irascendum utique divinitatis* * *pacienciam provocamus.* Secundo confirmatur 162c b ex hoc quod secundum leges humanas lesis et non

3. A in marg.: Responsio. 6. B: in iure; A culpali. 11. A B: patet Co; ibid. le. fi. id est lege fine (lege in fine) ib. sed omnis. 13. B: quocunque alio. 25. A $A_1$: Unde deest.

11. Decret Gregorii IX, lib. III., tit. XLIX, cap. VI.: Si vero servus fuerit qui confugerit ad ecclesiam, postquam de impunitate sua dominus eius clericis iuramentum praestiterit, ad servicium domini sui redire compellitur etiam invitus. 25. Dec. II pars, causa XXIII, cap. L.

K 162c ledentibus debent privilegia ecclesie suffragari (ut patet collacione tercia) sed omnis profugus, iniuste detinens alienum debitum pretextu profugii ad quamcunque ecclesiam iniuriatur Deo et omnibus sanctis leditque se ipsum et quemlibet proximum mortalis peccati comparticipem. Ergo non est iustum ut sic ledens gaudeat taliter immunitate ecclesie. Et ad idem vadunt quotlibet iuris principia, ut III° Decretalium, *De rerum permutacione, cap°. Cum universorum: Deceptis et non decipientibus iura subveniunt;* aliter enim ordinarentur leges ad fovendum iniurias. Sed Isaie X°, 1, dicitur: *Ve qui condunt leges iniquas;* non enim est lex humana vel divina nisi ad continuandum iusticias et expurgandum iniurias.

The Church should help the injured, not those who do wrong.

c Tercio confirmatur ex hoc quod homo est obligacior ad vindicandum iniuriam Dei quam propriam, cum suam debet remittere, nisi de quanto sapit divinam iniuriam, sicut patet de Christo, de Moyse et ceteris Christi membris, que omnia debent exponere se pro capite; sed omne ad cuius complecionem est obligacior debet magis attendere: ergo debet magis attendere vindicacionem divine iniurie; unde omnes facientes oppositum sunt culpabiliter *se ipsos amantes* (ut loquitur Apostolus, II°, Thymothei III°, 1).

A man is more bound to revenge an injury to God than to himself.

Et istam sentenciam docet Augustinus, libro primo ad Cresconium grammaticum (ut recitatur in decretis, XXXIII^a, q. IV^ta): *Quisquis christianus iniquum non persequitur, Christi est inimicus. Verum dicis, si non hoc in illo persequitur quod Christo est inimicum. Neque enim dominus in servo, pater in filio, maritus*

Augustine teaches the duty of punishing the wicked.

4. B: ledit se. 12. B: qui comedunt. 17. B: debent remittere. 24. A in marg.: Nota. 26. A B: Cresconicum; $A_1$ Crescencium. A in marg.: Augustinus. 27. A in marg.: Correpcio. In decret. leges: Quisquis christianus iniquum persequitur.

8. Dec. Greg. IX, lib. III, tit. XIX, cap. VIII. 26. Decr. II pars, causa XXIII, q. IV, Cap. LII.

*in coniuge, cum sint utrique christiani, non debent* 162ᶜ K *persequi nisi vicia christiane contraria veritati; que si non persequuntur, rei negligencie merito tenebuntur.*

The performance of this duty would do much to set the Church right.

Et ista sentencia rectificaret multum ecclesiam, quia desidia et deformitas correpcionis perturbant ecclesiam, cum multi non correptores, sed corruptores zelo vindicte amant peccatum et odiunt personam, querunt pecuniam, non correpti iusticiam, et ideo correpciones propter ordinem preposterum non habent efficaciam. Conceditur ergo assumptum in obiecto, cum oportet Deum dignificare fugitivum per graciam, et post redditur dignior ad habendum matris sue suffragium; nec possunt aliqua iura exprimere huius oppositum. Racionabile autem est servum fugientem a servicio debito domino suo extrahere, cum ut sic delinquit in Deum; quod autem homines illud maioribus * 162ᵈ peccatis preponderant, accusant proprietarie se amantes.

Objection: 2. It cannot be known who are fit to be protected by the privilege.

L Secundo obicitur per hoc quod iuxta istam sentenciam excluderetur libertas privilegii, eo quod nemo sciret qui essent digni aut indigni, qui puniendi aut qui dimittendi, aut qualis vel quanta debet esse remissio. In ampliacione ergo privilegii est via securior.

Answer: We must judge by acts, as in almsgiving.

Hic dicitur negando assumptum et consequenciam sequentem; nam locus potest ex effectu probabiliter cognoscere qui fugitivi sunt fructuose penitentes, et solum tales prius criminosi debent ex lege Dei et iuris ecclesie habere in illa refugium. Nam fugientes illuc cum ere alieno et negantes restitucionem quantumcunque habundant ostendunt se incapaces refugii, et sic de cunctis facinorosis qui non disponunt se quantum sufficiunt ad emendam. Et si obicitur quod 1

1. In codd.: utique. 7. 8. B: ze vindicte. 13. B: digni; A correxit: dignior. 18. B: accusat. 19. A in marg.: Contra. Secunda obieccio. 24. A in marg.: Responsio. 25. A in marg.: Nota, qui fugitivi debent gaudere de immunitate ecclesiarum, quia penitentes etc (Above 162ᵈ without mark of reference). 31. 32. B: sed quantum.

L 162$^{d}$ ex talibus signis sensibilibus non fit demonstracio, cum potest esse sensus illusio vel aliunde decepcio, dicitur quod obieccio est inutilis, cum non requiritur talis infallibilis noticia ad elemosinas faciendas. Tunc enim periret omnis correccio et omnis sentenciacio secundum leges humanas et omnis elemosina, cum perinde homo dubitaret, si ille cui faceret elemosinam sit diabolus incorporatus vel membrum eius; cuius defensio foret contra voluntatem Dei, cedens ad perturbacionem ecclesie.

Unde cum dilatacio talis non foret ampliacio privilegii sed perversio privilegii, pars securior foret tenenda, innitendo iuri communi in cuius execucione exclusa 2 est undequaque iniuria. Ulterius, si queratur de limitibus remissionis talium profugorum, videtur mihi quod pium esset, quoad debitum pecuniarum, docto quod fugitivi sine suo demerito sint casualiter impotentes, ut ex naufragio, incendio vel rapina, quod a suis creditoribus et specialiter a mundi divitibus et clericis dimittantur liberi, vel totaliter vel in parte; egenis autem creditoribus satisfaciant suo laboricio paulative.

Debtors should not be protected, except those who cannot pay through misfortune.

M a Unde mirum est pluribus quomodo extortus fuit sensus privilegii ad debitum pecuniarum, cum ante XXV$^{um}$ annum Edwardi III$^{i}$ non esset pro tali debito ad ecclesiam fugiendum, privilegiantes autem per multos annos ante illud tempus non intenderant, sicut nec poterant, ut nullus debitor illuc fugiens teneatur satisfacere creditori. Nam XI$^{a}$ q. III$^{a}$ ex auctoritate beati Isidori sic habetur: *Qui consentit peccantibus et defendit aliquem delinquentem maledictus erit aput Deum et homines et corripietur increpa-* 163$^{a}$ *cione * severissima. Hinc eciam quidam sanctissimus*

The privilege was not intended for debtors.

16. A: esset esset. 22. B in marg. man. alt.: Pena furum. 27. A in marg.: Contra defensores peccancium. 29. A in marg.: Ysidorus. 30. In codd.: maledictus est; correxi e decr. supra mem.

29. Dec. II pars, causa XI, q. III, Cap. C.

*pater ait: Si quis peccantem defenderit, acrius quam ille qui peccavit coherceatur. Hinc eciam alius pater ait: Si quis alterius errori consenserit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum.* 163ª M Sufficit ergo prepositis peccatum proprium etsi non b cumulent alienum. Insuper aliud mirum est quomodo extortus est sensus nephandus ex dicto privilegio quod licet sceleratissimis cubare ibidem in suo crimine sine correpcione penali pro tota suo periodo, cum nec verba privilegii illud annuerint. Nam potissime extorqueretur de isto verbo quod habeant ibidem omnimodam libertatem. Sed revera ex istis verbis patenter infertur oppositum, cum libertas ad pausandum in peccatis non foret libertas, eo quod tunc spiritus infernales forent liberrimi.

The period of immunity should be limited, as in other Churches, to 40 days.

Et si queratur quantam libertatem habebunt ibidem, 3 N dicitur quod magna libertas est concessa a regibus ecclesie Anglicane, ultra hoc quod habent regna alia vel exprimunt iura canonica, scilicet quod quilibet fugitivus ad quamcunque ecclesiam in Anglia pro qualibet felonia habeat ibidem tempus quadraginta dierum instar Ninivitarum et penitencium in Quadragesima quibus tot tempora penitencie sunt concessa. Pro illo tamen loco excedit illud privilegium in duobus: primo in hoc quod, ubi in aliis locis restringitur situs ad basilicam vel paucos passus extra ecclesiam, ibi possunt secure quiescere per totum precinctum Westmonasterii, ubi eciam in aliis ecclesiis limitatur causa fuge ad feloniam, ibi extenditur ad quodcunque facinus vel delictum, cum quo stat regni prosperitas et integritas regalie. Si autem placeret regi et suo consilio concedere fugitivis illius loci libertatem maiorem, gauderem et assidue procurarem, sed (si non fallor) ex debito sensu verborum privilegii non potest homo convincere ampliorem.

Two points in which Westminster exceeds other Churches.

1. In decret.: defendit. 31. A $A_1$: fugitivi. 34 A $A_1$: homo deest; $A_1$: committere. A B: convicere; correxi.

O c Et si arguitur quod privilegium de immunitate 163a ecclesie Anglicane repugnat iuribus canonicis supradictis, dicitur quod non, quia omnes ille leges sunt locales, obligantes tantum eos qui ipsas acceptant, tam in materia quam in forma. Anglia autem quia prius habuit consuetudinem misericordius libertantem ecclesiam, ideo dimissa martirizacione sui populi venit coronarius ad fugitivum, querens causam sui aufugii; quod si pro alio delicto quam felonia aufugerit, libertas ecclesie non ad eum. Si autem pro felonia, dum tamen non repugnat provido statui regni, licet sibi per quadraginta dies libere ibi quiescere et in fine unum ex tribus eligere, vel per stratam regiam tamquam exulans exire provinciam, vel publice exire, stando tamquam indigena iuri regni, vel tercio 163b remanere infra basilicam * sine hoc quod ultra de cibariis provincie sustentetur. Et (ut mihi videtur) privilegium illud foret misericordius et racionabilius quam privilegium notans casus in quibus salvandi in Anglia extracti sunt alibi et occisi. Ideo laudemus nostros principes, non vendicantes alieno iure, quod consuetudo Anglie non permittit; nam Angliam non obligant aliena privilegia alleganda, sed sufficit nobis fructus ulterioris privilegii, nec est aliqua lex fundabilis pro ambobus.

Coroner's office as to fugitives in sanctuary.

Liberties given to the fugitive.

Tercio principaliter arguitur contra dicta de descrip-1 cione privilegii: videtur enim primo quod omnis lex sit privilegium, cum omnis lex individua sit lex privata, concessa ad utilitatem ecclesie vel persone.

Third principal argument against us. a) All law is privilege.

2 Videtur secundo quod non subiacet potestati dominorum temporalium statuere ecclesiam in privilegiis que Christus instituit, quia illa erant dona gracie que solius Dei est concedere.

b) Secular lords cannot appoint Church privileges, which rest with God.

9. A B: felononia. 11. B in marg.: Pena maledicti; A $A_1$: dum tamen repugnat. 12. A in marg.: Nota. 26. A in marg.: Contra. Tercia obieccio. Arguitur contra descripcionem privilegii (Above 163b without mark of reference). 29. A $A_1$: privata et concessa.

*c) All weakness or sin is a privilege since it brings good to the Church. Answer: a) Such use of the word privilege is an equivocation.*

Tercio videtur quod omnis infirmitas vel peccatum 3 Q sit privilegium, quia cedit ad utilitatem sancte matris 163b ecclesie. Hic dicitur negando assumptum, quia lex communissima non est privilegium, nisi equivocando in predicacione secundum essenciam vocetur omne quod obiective terminat utilitatem privatam, vel privilegiat melioratum privilegium, sicut Deus dicitur gaudium et premium beatorum. Loquendo autem formaliter de privilegio, patet supra dicta descripcio in iure canonico; nam XXV^a^, q. I, *Ideo permittente domino*, exprimitur supradictum genus privilegii sub hiis verbis: *Privilegia enim dicuntur quasi privata legia, eo quod privatam legem singulis generent. Quam diffinicionem Gregorius innuens ait: Si hoc neque consuetudine generali neque privilegio speciali vendicas, restat te usurpare quod fecisti.* Et patet ex iure canonico genus privilegii supradictum. Superaddidi eciam differenciam pro explanacione maiori quod est concessa a principe ad utilitatem ecclesie vel persone, et potest ista differencia pertinenter capi de iure canonico XIX^a^, q. II, *Due sunt*, ubi distinguens inter legem publicam et privatam dicit quod *lex privata est que instinctu spiritus sancti in corde scribitur, sicut de quibusdam loquitur Apostolus: Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis.*

*Law is common in two senses; of obligation and assertion.*

Sed quia videtur per verba decreti quod membra coincidunt, licet racio non sit diversa, ideo notandum quod lex potest dici communis dupliciter, scilicet obiectiva obligacione vel formali predicacione; primo

1. ad lit. Q. Lit. P deest in cod. 2. B: quia concessit ad. 3. A in marg.: Responsio. 4. B in marg.: Ethymologia privilegii. 10. A in marg.: Gregorius. In codd. XXV, q. II. Correxi. 12. 13. B: privatam legem; legia — legem: deest. 23. B in marg. man. alt.: Lex privata est instinctu spiritus sancti. 25. B in marg.: Lex communis dupliciter. A in marg.: Lex dicitur communis dupliciter.

10. Dec. II pars, causa XXV, q. I, c. XVI. 21. ib. causa XIX, q. II, c. II.

Q 163[b] modo est lex communissima quod Deus est super omnia appetendus, cum nedum omnem creaturam racionalem sed omnem creatam substanciam semper obligat. Nam Deus est bonum quod omnia appetunt, et sic omnia alia mandata decalogi sunt leges communes obiective, cum necessario omnes homines obligant. Leges autem communes predicacione sunt species vel genera legum que in suis individuis sunt fundata, ut clericum curare de sua fama et genera 163[c] similia, sive accepta pro legum privatarum ⁜ multitudine, sive pro universalibus quiditative predicatis de sua specie. Et sic iste due maneries legum non sunt contrarie in suo analogo, cum canon describit legem publicam que a sanctis patribus scriptis est confirmata; quod notum est competere cuilibet vero privilegio, sicut et descripcio privilegii competit legi communi. Unde illa lex que est communis private parti ecclesie est privilegium respectu sui tocius, ut lex que est communis singulis personis dati monasterii monachorum est privilegium toti domui, et dotacio in temporalibus, si est lex communis toti clero possessionato et singulis personis eiusdem, tunc est privilegium respectu persone cleri dotate, eo quod persone cleri exproprietarie viventi non convenit sed privatim persone priori. Cum ergo iuxta decretum omnis lex privata a spiritu sancto inscribitur, manifestum est quod omnis lex privata concessa est a principe ad utilitatem ecclesie vel persone, eo quod opera trinitatis sunt indivisa ad extra. Deus autem nescit docere vel dare nisi utilia, et sic omnis lex creata individua est privilegium. Et patet quomodo loquendum est logice de privilegiis, detecta equivocacione termini, ut oportet.

A law may be common as to a part, yet a privilege in respect of the whole.

R 2 Ad secundam instanciam negatur assumptum, cum Christus dedit ecclesie duplex genus privilegii, quod-

4. B: Deus bonum. 9. A $A_1$: clericum creare. 19. B: dati — personis deest.

*b)* It is true that the highest privileges are the gift of God only,

dam extrinsecum, affirmativum, negativum vel pri- 163c R vativum, ut Matthei X°, 9, dicitur quomodo privilegiavit discipulos, quando misit illos ad predicandum: *Nolite,* inquit, *possidere aurum neque argentum neque pecuniam in ʒonis vestris.* Privilegia autem corporalia positiva concedit eis, ut patet Luce X°, 7: *In eadem,* inquit, *domo manete edentes et bibentes que aput illos sunt; dignus est enim operarius mercede sua.* Talia autem privilegia instrumentaliter et ministratorie concedi possunt a domino temporali; sed est dare spiritualia privilegia pociora que Christus prius concessit suis discipulis, ut patet Matthei X, 8: *Infirmos,* inquit, *curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, demones eicite.* Talia autem potestativa privilegia appropriate conceduntur a domino, que licet princeps terrenus non posset concedere, tamen concedendo temporalia privilegia propriatorie potest disponere ut Deus concedat privilegia pociora, sicut aperiens fenestram vel removens prohibens est occasio, unde lumen solis per domum infunditur.

yet the ruler may so employ earthly privileges as to make the Church apt to receive higher gifts.

Rites or privileges instituted by Christ are to be specially observed.

Ritus ergo sensibiles quos Christus instituit tamquam signa efficacia spiritualis privilegii sunt diligencius observandi, cum impossibile sit, ut rite observans hec privilegia sensibilia non privilegietur a Deo intrinsecus per privilegia pociora. Ideo (ut dixi proximo capitulo) sunt diligencius quam humanitus adinventa privilegia observanda, sicut patet in parabola domini de Recabitis a vino abstinentibus ex precepto patris sui Recab (ut exponit: Jeremie XXXV, 8). Et hec racio quare * Christi privilegia sunt diligencius audienda, 163d reccius exponenda et solicicius defendenda, quia ut illa spernuntur innitendo ad alia, perit religio christiana; et sic domini temporales tenentur privilegia

15. A: appropriata correxit in: appropriate. 17. A $A_1$: preparatorie. 21. A in marg.: Conclusio. Ritus. 24. B in marg.: Ritus sensibiles a Christo instituti sunt observandi plus quam alii. 28. A: Racabitis correxit in Recabitis; B in marg.: de Recabitis.

R 163[d] Christi tam positiva quam privativa defendere et omnes ritus illis contrarios animose destruere.

Unde videtur mihi quod collegium predicte abbathie primo attenderet, si vendicatum privilegium sit privilegiis Christi contrarium. Secundo quod lucrum reportabit ex privilegio sic defenso, quia indubie si non meritum quoad Deum sed nude mundi gloriam ex privilegio reportat anime detrimentum. Tercio, supposito quod reportet ex operibus misericordie indultis profugis salutem anime, attenderet cum suis fautoribus quod pro veris privilegiis plus necessariis defendendis diligenciam tantam apponerent vel maiorem. Sepe nempe mundo decepti cece preponderant folia fructui, umbram luci, ymmo venenum pruriens temporale perpetue saluti.

S 3 Ad tercium dicitur quod falsum assumitur, nam peccatum cum non sit privata lex nec concessum a principe non est privilegium. Quamvis enim princeps huius mundi excitat ad peccandum, non tamen potest concedere, sicut nec Deus, ad illud licenciam, et si per impossibile concederet ad hoc vel pretense licenciam, hoc non faceret ad privilegiandi commodum sed ad dampnum. Conceditur tamen ex immensitate potestatis veri principis quod racione cuiuscunque peccati occasionatur ecclesie Christi verum privilegium, cum *timentibus Deum omnia cooperantur in bonum* Rom. VIII°, 28; non quod peccatum sit eis privilegium, sed quod profectus de peccato occasionaliter ortus cedat eis in privilegium. Et hoc est verum non solum de alienis peccatis sed de peccatis propriis que predestinati perpetrant. Conceditur tamen quod pena cedit filiis in privilegium, cum stimulus carnis a Deo datus apostolo cessit sibi ad virtutis exercicium, ut patet IIª Cor. XII°.

c) Sin is not a privilege,

3. A in marg.: Nota tria. 8. B: detrimentum — salutem deest. 15. A: perpetuo. 34. A in marg.: Nota.

although God uses it for good, even to the wicked.

Unde sancti plus contentantur de tribulacione 163ᵈ S quam de mundana prosperitate propter securitatem et fructum meriti ampliorem, dampnati autem habent quoddam bonum ultra bonum nature ex merito Christi et sua punicione iusta; quod bonum, licet sit bonum utile beatis et honestum domino punienti, non tamen videtur mihi quod illud bonum sit eis privilegium utile vel honestum sed bonum mitigativum malicie vel quomodocunque aliter apcius nominetur. Unde licet sit privata lex concessa a principe, non tamen ad utilitatem persone cui inest formaliter, nec contendo sed concedo ad sensum equivocum quod illa dampnacio est privilegium beatis, cum racione iuste punicionis suorum hostium qui serviunt eis perpetuo suum gaudium quodammodo maioratur.

## CAP. XII.

Objections: I. We are charged with wishing to overthrow the privileges of the Church. Answer: This charge is false.

* Ex istis colligi potest solucio tam vulgarium 164ᵃ A obiectuum quam scolasticorum quos quidam seminant, quando deficiunt eis efficacia argumenta. Sic enim declinant quidam ad commenta mendacii, dicentes quod nos nitimur destruere privilegia sancte matris ecclesie, unde et commovent milites et alios quos credunt ex sperato lucro defensioni privilegii predicti intendere quomodo defenderent ipsum, destruendo eius adversarios, sub obtentu eterni premii ex operibus pietatis.

16. maioratur. A: Sequuntur duo versus Bohemici:
W Anglii wyerna dwa knyezy
pro slowo bozye w zalarzy wyezye.
Id est: In Anglia duos fideles presbyteros
pro sermone divino in carcere incarcerant.

18. A in marg.: Prima obieccio. 24. A: defensioni predicti privilegii impedire. $A_1$ defensionem . . . impedire.

A 164ª Sed tales attenderent ad scolam et fructum mendacii. Nam XXIIª, q. ultima, ex auctoritate beati Ambrosii sic habetur: *Cavete fratres mendacium, quia omnes qui ipsum amant filii diaboli sunt. Nec solum in falsis verbis sed eciam in simulatis operibus mendacium est. Mendacium quippe est christianum se dicere et opera Christi non facere. Mendacium est episcopum, sacerdotem vel clericum se profiteri et contraria huic ordini operari.* Et tales leges ecclesie predicari debent tam clericis maioribus quam minoribus, cum sint precipua lex eorum, nec non et laicis, cum pater mendacii cum suis sophistis infecit mendaciis magnam partem vocate ecclesie. Nam pretendentes se esse sacerdotes vel clericos et non facientes quod incumbit illi officio, falso nomine, mendacio et ypocrisi decipiunt plebem Dei. Debent enim exproprietarie vivere tamquam humiles et utiles procuratores pauperum, quorum bona custodiunt. Unde beatus Ysidorus, IIIº libro, De Summo Bono c. XLIIº: *Agnoscat,* inquit, *episcopus servum se esse plebis, non dominum. Verum hoc caritas, non condicio exigit.* Et XVIª, q. I, sub auctoritate Jeronymi Damaso pape scribitur quod *quicquid habent clerici pauperum est.* Pretendere ergo dominacionem secularem eciam plus quam laici super tam alienis bonis pauperum est horrendum mendacium. Non ergo debet fidelis propter talia mendacia non predicare populo periculum ex decli-

Falsehood may consist in act or in word.

Those who say they are priests should live in poverty;

and if they claim secular rule it is a horrible falsehood.

1. A in marg.: Responsio. Malus episcopus, sacerdos vel clerius non est talis (Above 164ª, without mark of reference). 3. A in marg.: Contra mendacium. 9. A: leges deest. B in marg.: Lex pungnans (sic) contra mendaces opere vel sermone. Mendacium duplex. 18. A in marg.: Ysidorus. 21. A in marg.: Jeronymus. 21. In codd. false: XVI, q. II.

2. Dec. II pars, causa XXII, q. V, c. XX. 18. Isidori De Summo Bono lib. III, cap. XLII: Agnoscat episcopus se esse conservum . . . 23. Dec. II pars. causa XVI, q. I, c. LXVIII.

We must not let fear of detraction keep us from our duty.

nacione a lege domini, quia ut dicitur XI$^{a}$, q. III$^{a}$, $164^{a}$ A inter verba: *Sufficit christiano invocare* in testimonium operis purgatam *conscienciam* atque Deum. *Habemus,* inquit Gregorius, *Paulum dicentem: Gloria nostra hec est, testimonium consciencie nostre. Job quoque dicit: Ecce in celo testis meus. Si, inquit, est nobis testis in celo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt nisi quod in pulverem sufflant et in oculos suos terram excitant, ut unde plus detraccionis perflant, inde magis, nichil veritatis videant.* Si, inquam, publicarem istam sentenciam quam predico principaliter propter lucrum seculi vel laudem hominum, ego essem me ipso stulcior, lavans laterem, quia scio quod fama vel favor populi est valde flexibilis et vertibilis propter timorem, favorem vel odium instar venti. Sed cum veritas * domini manet $164^{b}$ semper, non movet dicta infidelis commocio fidelem servum Christi, ut omnino taceat, quia Act. XVII$^{o}$ et XIX$^{o}$ legitur quomodo synagoga Judeorum et principes sacerdotum concitaverunt vulgum, Demetrium et artifices facientes edes argenteas Diane, ex quibus quesierunt questum non modicum, commovere populum clamare constanter: *Magna Diana Ephesiorum,* sed post conversi cognoverunt quod doctrina apostoli fuit eis utilior.

We detest homicide at Westminster or elsewhere.

Detestamur autem occisionem hominum nedum in B Westmonasterio sed altrinsecus inter regna, sed distinguimus inter extraccionem pro tutela regni, et castigacione hominum salubri hominum legiorum de quo facta fuit nobis questio, et inter occisionem que facta fuit preter preceptum aut voluntatem regis vel sui consilii. Unde hominibus armorum plus optamus prosperitatem

2. A B in marg.: Nota. 4. B in marg. man. alt.: Testes duo. 9. 11. A $A_1$: et in — perflant deest. 14. A: laudans laterem.

1. Ib. causa XI, q. III, c. LV et LVI. 3. Greg. Epp. Lib. XI. Ep. II.

B 164b et requiem quam adversarii quorum falsa exheredacione et ceca excitacione tot prelia oriuntur. Unde testis sit mihi Deus: Ego vellem si Deo placeret quod nedum illa ecclesia sed .quelibet ecclesia Anglicana haberet per precinctum viginti milliarium plenam libertatem pro omnibus fugitivis, unde plenam libertatem sancte matris ecclesie sicio modo meo.

2. We are charged with derogating from the power of the Pope.

Secundo principaliter arguitur per hoc quod dicta de potestate privilegiandi nedum sonant in Dei blasphemiam sed derogant potestati pape et regalie regum seculi. Dictum est enim quod Deus non potest auferre quicquam ab homine stante iure suo, nisi satisfaciat aliunde; quod repugnat potencie adnichilandi, et multo magis dominus papa non potest licite auferre beneficium a digno nisi deliquerit. Nec rex habet super omnibus bonis sui regni plenum dominium; que videntur sonare blasphemiam et sacrilegium.

God cannot take anything from the righteous without compensation.

C Hic negatur conclusio, cum Deus absolute necessario habet summam potestatem privilegiandi, et illa est infinitum maior quam aliqua potestas creata. Quantum ad primam instanciam, concedi debet conclusio: nam si Deus aufert quidquam ab homine stante iure suo sine hoc quod recompenset aliunde, tunc iniuriatur
1 illi homini, quod non potest. Nam iustum est quod haberet ablatum, cum stat ius primum, ut ponitur, sed nemo est causa quare ius illud tollitur nisi Deus,
2 ut ponitur; ergo solus Deus est causa illius iniurie. Et per consequens, cum iusticia sit constans et perpetua voluntas divina, tribuens unicuique quod suum est, patet cum veris sequi quod Deus est contrarius sibi ipsi, quia simul vult quod habent datum bonum, cum sit iustum, et vult quod nunc non habeat, cum aufert. Loquimur enim de habere opposito ablacioni

5. milliarium in codd. rectius: milliariorum. 8. A in marg.: Contra. Secunda obieccio. 18. B: Hic negetur; A in marg.: Responsio. 20. A in marg.: Conclusio. 27. A in marg.: Differencie iusticie. 33. A $A_1$: enim deest.

qua Deus aufert, et de iure ad sic habendum pro $164^{b}$ C eadem mensura. Similiter vel est ablatarius contentatus 3 de ablacione Dei vel remurmurat vel est neuter. Sed si contentatus, meretur a Deo * meritum vel aug- $164^{c}$ mentum meriti, quod est valencius quam foret abicio oblati, et per consequens, Deus per commutacionem vel recompensacionem super remunerat. Si ablatarius remurmurat, perit propter peccatum suum ius habendi, et sumus extra casum conclusionis, sicut Egipcii forisfacientes in capitalem dominum exciderunt a iure bonorum a quibus ex mandato domini habentis ipsa in fisco fuerant spoliati. Cui, inquam, debuit iustus iudex dare bona sic confiscata nisi servis suis qui prius ipsa meruerant? Si autem ablatarius sit neuter quoad actum explicitum, equanimiter tollerat ipsum eventum, et quicquid Deus decreverit faciendum, et per consequens, accrescit in merito; talem enim actum vel habitum confusum oportet inesse omni iusto; et patet conclusio. Unde ista fides de absolute necessaria iusticia et misericordia Dei facit christianos gaudenter pati et gratulanter acceptare quicquid prosperitatis vel pene eis acciderit, quia sciunt demonstrative quod Deus non potest eis humiliter pacientibus deficere, quin loco ablati tribuat pociora.

It is therefore useless to put cases in which God is supposed to do so;

Unde vani sunt casus quibus ponitur Deum auferre a justo graciam vel adnichilare hominem sine suo demerito; hoc enim derogaret omnipotencie et supremo dominio Dei nostri. Ideo cum notum sit quod Deus, si sic faceret juste faceret, non restat nisi expectare in fide predicta, quousque probatum fuerit, si poterit, quod Deus possit sic facere; nichil itaque repugnat potencie adnichilandi cum illa non potest esse, et ista exemplaris iusticia in Deo debet esse exemplar cuilibet eius vicario, tam pape quam regi, ut non faciat

6. B: Vel per. 13. A $A_1$: confiscancia. 15. equinimiter in codd. 19. A in marg.: Conclusio. 23. tribuet in codd. 24. A in marg.: Deus non potest iniuste auferre nec potest annichilare (Above $164^{c}$ without mark of reference).

C 164[c] iniuriam alicui. Unde blasphemant quidam extollentes papam sophistice super omne quod dicitur Deus, qui dicunt quod licet sibi auferre beneficium a subdito non demerente nec facta debita recompensacione aliunde; hoc enim non est Deo licitum et si Antichristus illud presumpserit, tunc Christus faceret humiliter pacienti iniuriam recompensam. Et eodem modo dicitur de dominis temporalibus; non enim licet eis spoliare sanctam matrem ecclesiam, nisi prius deliquerit abutendo elemosinis datis pauperibus, et multo magis non licet regi concedere membris diaboli licenciam iniuste oblata a sancta matre ecclesia perpetuo detinendi, quia hoc foret maior iniuria. Unde notare potest indifferens quomodo sum specialior procurator pro conservandis privilegiis et bonis sancte ecclesie, quam illi qui dicunt quod licet dominis temporalibus concedere latronibus ut sine restitucione retineant quecunque bona sancte ecclesie.

and what God cannot do the Pope cannot do rightly,

nor can secular lords.

I (Wyclif) am the real advocate of Church privileges.

D Et si obicitur quod volenti non fit iniuria, sed totum regnum est virtualiter congregatum in parliamento, ergo consenciente parliamento ad aliquid non fit regno iniuria, licet scelerati habuerint in ecclesia 164[d] privilegium supradictum, patet quod consequencia * non procedit. Nam stat quod signando volenti fiat
1 manifesta iniuria, ut posito quod quis velit peccare et habeat excitatorem et fautorem criminis, hinc primo peccatori volenti fit iniuria a proximo culpabiliter
2 excitante. Ymmo quandocunque prepositus omittit debitam correpcionem propter falsam pietatem volentis sordescere, iniuriatur eidem, ut Hely dampnabiliter iniuriatus est filiis suis Ophni et Finees, quam iniuriam ipsi dampnabiliter voluerunt. Et multo magis fovens hominem in peccato propter pecuniam, iniuriatur

3. It is said that the realm, through parliament, has consented and is therefore not injured; Answer: We may do injury to a willing man *a)* in helping him to sin,

*b)* in not punishing him for sin,

*c)* still more in taking money to

8. A $A_1$: dicetur. 11. A $A_1$: membro. 12. A: detenendi. 19. A in marg.: Obieccio. Materia super voluntate peccati (Above 164[d] without mark of reference). 23. A in marg.: Conclusio. 27. B in marg.: Volentia fit iniuria.

abet him in his sin

eidem, et ita generaliter quandocunque quis consentit 3 D culpabiliter temptatori; nec est hic sophisma: Petrus 164[a] vult id quod de facto est peccatum vel formaliter antecedens ad illud, sed non vult peccatum, sicut sophiste dicunt quod formaliter vult percutere Petrum scit quod ille est sacerdos, et tamen non vult percutere sacerdotem. Nam sophisma istud est impossibile (sicut alias declaravi); tunc enim non foret volucio vel concessio implicita, quia si homo vult particulare per accidens implicitum in universali per se primo volito, multo magis vult implicite formaliter consequens ad per se volitum, ut si rex vult quod Petrus clericus habeat dictum privilegium, quia vult quod omnis clericus regni sui habeat dictum privilegium, et Petrus est aliquis talis clericus, multo magis vult omne formaliter sequens ad illud. Unde necessitas cogit eciam avaros concedere hanc logicam, cum aliter non participarent privilegiis vel elemosinis principum, nisi in concessione vel volucione generali, notata in cartis illis, implicite sit concessa participacio elemosine generalis. Et isto modo concedunt catholici quod in Petro procuratore ecclesie concessa est a Christo generaliter in quodam involucro potestas ordinis cuilibet sacerdoti sequenti. Cum ergo peccatum patenter sequitur ex actibus volitis cum suis circumstanciis, videtur quod volens illud antecedens vult saltem implicite peccatum consequens. Sic enim dicit Augustinus quod omne peccatum est voluntarium, et fides scripture sepe dicit quod homo vult et diligit multa mala, et tamen notum est quod non vult ipsa explicite secundum racionem qua mala. Et hec racio quare necesse est dominos temporales in quacunque concessione generalis privilegii vel elemosine perpetue subintelligere

There is implicit sin in acts that lead to sin, even when that result is not intended.

2. A in marg.: Sophisma. 6. B: cum non vult. 10. B in marg.: Volucio duplex implicita scilicet et explicita. 27. A in marg.: Augustinus. 31. A in marg.: Conclusio.

D 164$^{a}$ condicionem dignitatis persone capacis (ut dictum est XX$^{o}$ cap. libri proximi et sepe alias).

Hence all grants should be conditional on worthiness in the grantee.

E Unde (ut dixi hic) Deus non potest subintelleccionem talis condicionis pretermittere, et curia Romana declarat in omni concessione sua de privilegio condicionem debere subintelligi (ut in proximo capitulo allegatur decretum pape XXV$^{a}$, q. I, *Ideo permittente*). Absit 165$^{a}$ itaque ut imponamus * dominis temporalibus tantam blasphemiam quod ipsi non sint Deo subiecti subintelligentes condicionem, si Deo placuerit, cum Jacobi IV$^{o}$ docetur tota christiana religio de cunctis operibus futuris exprimere vel saltem subintelligere si Deus voluerit; aliter enim posset discolus vendicare elemosinas principum stante maxima discolia; et sic inficerentur elemosine (ut dictum est XXIV cap. libri proximi). Unde Archidiaconus dicit quod *tales discoli non sunt illi quibus elemosine sunt concesse.*

Even God's promises are thus conditional.

Attenderemus ergo ad dictum Dei, I$^{o}$ Regum II$^{o}$, 30, concedentis Hely et suo generi sacerdocium perpetuum: *Loquens*, inquit, *locutus sum, ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Absit hoc a me, sed quicunque honorificaverit me, glorificabo eum, qui autem contempnunt me, erunt ignobiles;* non potest blaspheme intelligi quod Deus sit contrarius sibi ipsi, cum secundum Apostolum *se ipsum negare non potest,* sed quia subintellexit condicionem de Hely et suo genere quantum ad sacerdocium perpetuum, quam condicionem ipsi peccando diruperant, necesse fuit ex iusto iudicio veritatis, ut transferretur ab illo ad alium per donum Dei. Aliter enim Deus foret auctor iniurie. Ideo sepe dedi clericis nostris

16. A in marg.: Archidiaconus. 20. A in marg.: Deus donat sub condicione. 30. Codd.: transferreretur.

7. Causa XXV, q. I, cap. XVI. 26. II. Timoth. II, 13.

Hence Wyclif's warnings that the clergy may forfeit their privileges.

consilium quod honorarent scripturam sacram, 165[a] E tam verbo quam opere, quia sine conservacione huius carte impossibile est quod maneat dignitas ad privilegium vel aliquod bonum gratuitum capiendum. Alie autem carte prosunt quandoque per accidens, sed nunquam nisi in virtute testamenti domini principaliter observati.

3. It is objected that *a*) the king's grant should be interpreted mercifully;

F Tercio principaliter obicitur per hoc quod privilegium regum est pie et misericorditer interpretandum, ymmo necessitante casu ad aliquod inconveniens fugiendum est maius inconveniens et inconveniens minus tollerandum. Non ergo sequitur: dato privilegio sequitur inconveniens, ergo ipsum est impium vel tollendum, cum tunc evangelium, passio Christi et omne bonum foret tollendum, cum occasione male accepta malum ex illo provenit. Et istum obiectum clamant tam scolastici quam vulgares in tantum quod unus iuridicus dixit michi nullam esse legem universalem humanam, quin sepe in casu necesse sit ex illa sequi iniusticiam iudicando. Ideo attendendo ad maius bonum fructus quam malum defectus, debet malum nedum permitti sed fieri propter bonum.

and that *b)* a privilege is not proved to be evil by an occasional wrong.

Answer: *a)* We grant the assumption, but the interpretation must be wise.

Ad istum obiectum respondeo concedendo assumptum; sed nec lex Dei nec aliqua lex iusta necessitat ad aliquid culpabiliter faciendum, ideo necesse est leges tales habere prudentes interpretes secundum sensum sacre scripture, ut tam privilegiantes quam privilegiati active et passive participant meritorium fructum privilegii, salvato semper iure cuiuslibet et postposita generaliter iniuria undequaque. Unde non est possibile * legem rectam statui et casum contingere, 165[b] quin secundum regulam sacre scripture tolli potest inconveniens peccati, quia ad minimum non existente

1. A B in marg.: Consilium bonum. 8. A in marg.: Contra. Tercia obieccio. 12. B: Non ergo — tollendum cum deest in textu; extat in marg. inf. 23. A in marg.: Responsio. 29. A in marg.: Conclusio.

A statute or privilege may need to be suspended.

F 165b fuga alia tolli debet statutum aut privilegium vel suspendi, nec fallat inscios ignorancia illius veritatis quam Anselmus declarat primo, *Cur deus homo, XXI°*, quod nec propter salvacionem tocius mundi vel infinitorum, si fuerint, non debet committi peccatum aliquod eciam veniale, quia tunc peccatum esset non peccatum, cum non sit possibile ut quis peccet in quantum facit ut debet, quia tunc debet peccare et prima iusticia exigit ut sic peccet. Sed revera iusticia dispensaret in casu huiusmodi, ut non peccet. Oportet ergo privilegia huiusmodi habere interpretes ad discernendum condicionem que debet subintelligi in tali privilegio, ut si quis proditorie occiderit regem, notorie molitus fuerit regni prodicionem, vel corporaliter aut spiritualiter superinduxerit simul vel paulative depopulatores regni, refugium ecclesie non ad illum.

Instance of the law made by Darius.

G Unde recoleremus statutum nefandum Danielis VI°, 7, ubi dicitur satrapas consuluisse Dario, ut extinguerent Danielem, *quod omnis qui peciverit aliquam peticionem a quocunque Deo et homine usque ad triginta dies nisi a rege Dario mittatur in lacum leonum,* sed postquam compertum est Danielem tribus temporibus in die adorare Dominum versus Jerusalem, sinistri interpretes regem seduxerant, ut Daniel in lacum leonum mitteretur; sed iniquum iudicium probavit eventus miraculi. Et utinam satrape nostri non seducant principes ex insana interpretacione decreti regii. Nam vel est quodcunque tale decretum illicitum, vel oportet quod solum intelligatur in ipso quod nullius sapit

3. A in marg.: Anselmus. Privilegia principum sunt prudenter interpretanda (Above 165b without mark of reference). 3. primo scil. libro. 8. B: nec debet. 8. B: non debet. 26. B: probant. 28. B: insania.

3. Anselmi Opp. pag. 84—85.

iniuriam, quia iuxta dicta in proximo argumento 165b G oportet subintelligere in omni tali generali statuto beneplacitum prime iusticie. Oportet ergo secundum regulas scripture docere quod implecio privilegii generalis in casu posito sit consona legi Dei. Et si consiliarii sapientes mundialiter exigunt ex verbis privilegii tamquam concessum omne quod sciverint sophistice palliare, exacta est cum satrapis Medorum blasphema peticio; ipsi enim exigunt concessum a principe omne quod sophistice inferre possunt ex verbis privilegii, sive iustum fuerit sive iniustum, seu parti privilegianti aut privilegiate meritorium fuerit aut demeritorium, et ita sive Deus illud voluerit sive noluerit. Sed in istam blasphemiam non potest princeps seculi nec eciam Deus ipse, ideo instruendi sunt religiose domini seculares, ne ex ignorancia condicionis privilegii et interpretacionis eius participent tali blasphemie; videntur enim cecis secundum formam talem concedere sed non possunt. Sicut autem non possunt concedere quod manifeste vergeret ad destruccionem regni sui vel Dei iniuriam *, sic non possunt 165c concedere privilegium quod inferret per se alicui iniuriam vel quod occasione data suis subditis sit dampnosum. Concessio enim talis subdola non est concessio, sicut nec luciferina promissio Matthei IV°, 9, qua Jesu nostro false promiserat quod *omnia regna mundi sibi daret, si cadens ipsum adoraverit,* non fuisset donacio, nec fas est dogmatizare istam blasphemiam, ut eo ipso quo princeps terrenus decreverit sic esse, sequitur quod sit iustum, quia sanctus Nabuchodonosor qui fuit unus de potencioribus monarchis a mundi principio non potuit vendicare istam potenciam, cum soli Deo sit propria. Et dico ipsum

The privilege must in each case be used in accordance with God's law;

nor may rulers grant what is injurious to their subjects or to individual rights.

8. B: exacta cum. 14. non potest. sc. incidere. 17. 18. talis blasphemie in codd. 19. A in marg.: Conclusio. 26. B: contra Jesu; qua; adde: diabolus. 28. A in marg.: Conclusio.

G 165$^{c}$ sanctum, quia decret. XXIII$^{a}$, q. IV. *Nabuchodonosor* ex testimonio Augustini reputat eum sanctum.

H Ex istis colligitur quod concessio privilegiorum principum non minus dependet a privilegiandis qui ipsis participent quam ab ipsis principibus. Patet ex hoc quod non foret illis privilegium, nisi supposita capacitate ex vita meritoria participio talis privilegii forent digni; cum ergo talis dignitas essencialiter dependet ab illis privilegiandis et non ab illis privilegiantibus, patet conclusio. Ymmo cum privilegiacio passiva potest inferri ab aliis quam a datis principibus, (non autem potest inesse nisi insit ex dignitate quam privilegiatus perficit in se ipso), videtur quod talis passiva concessio vel privilegiacio prius natura dependet a privilegiandis quam ab istis privilegiantibus a quibus solum causatur per accidens. Concessio vero eciam activa dominorum, secundum racionem qua foret isti clerico privilegium, dependet essencialiter ab eodem clerico, quia si non meruerit, tunc dominus in concessione generali non concessit privilegium illud sibi, ideo (sicut dixi in solucione proximi argumenti) optimum medium conservandi privilegia est ut privilegiandus conformet se sacre scripture, quia (ut dicitur Matthei V$^{o}$) eo ipso quo ipsam habuerit adversarium perdit privilegium, quia vitam propriam, in qua vivificata per Christum privilegium fundaretur. Conceditur ergo quod pie et misericorditer racione privilegii principum agendum est cum talibus fugitivis, sed (ut dixi proximo capitulo) cavenda est falsa pietas et misericordia iniusta. Ipsam autem declarat decretum sub auctoritate beati Ambrosii in libro suo De Officiis,

The concession of privileges depends as much on the grantee as the granter.

We must beware of false mercy,

1. B in marg.: Nabugodonosor est beatus. 3. A in marg.: Correlarium. 22. B: observandi. 30. A in marg.: Nota contra falsam pietatem et iniustam misericordiam (Below 165$^{c}$ without mark of reference).

1. Decr. sec. pars, causa XXIII, q. IV, c. XXII.

against which we are warned by St. Ambrose.

ut recitatur XXIII[a], q. IV, ubi dicitur: *Est iniusta miseri-* 165[c] H *cordia. Denique scriptum est de quodam: Non misereberis illius,* Deuteronomii XIX°, 13, *et in libris Regum legitur quod Saul contraxit offensam, quia misertus est Agag regem hostium quem prohibuit divina sentencia servari,* I° Regum XV°. *Itaque si quis latronem filiis deprecantibus motus et lacrimis coniugis eius inflexus absolvendum putat, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus, nonne innocentes tradet exicio qui sic liberat multorum exicia cogitantem? Certe si gladium domini reprimit, vincula dissolvit, laxat exilium,* * *cur latrocinandi qua potest clemenciori* 165[d] *via non eripit facultatem qui voluntatem extorquere non potuit? Deinde inter duos, hoc est, accusatorem et reum, pari periculo de capite decertantes, alterum si non probasset, alterum si esset ab accusatore convictus, si non id quod iusticie est iudex exequatur, sed miseretur alterius, aut dampnabit probantem aut dum accusatori favet, quod probare non possit, addicet innoxium. Non potest ergo hec dici iusta misericordia. In ipsa ecclesia, ubi maxime quis misereri debet, teneri autem quam maxime debet forma iusticie, ne quis a consorcio criminacionis abstractus brevi lacrimula atque ad tempus parata vel eciam uberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus, a facilitate sacerdotis extorqueat. Nonne cum uni indulget indigno, ad prolapcionis contagium provocat universos? Facilitas enim venie incentivum tribuit delinquendi.*

1. In codd.: Est iniusta mirericordia, est et iusta. Denique. Correxi e decret sup. memor. 4.5. In decr.: miseratus est; regis: in codd. 6. ib. Ita si quis. 7. A $A_1$: latronis coniugis. 10. A $A_1$: libertat. 11. 12. In codd.: laxat exicium. Correxi e decr. 14. B in marg.: Iudex nulli auferret complementum iusticie motus favore aut pietate aut favore (sic). 19. probari in codd. corr. e decr. 26. ib.: facultate. corr. e decr. 28. B: prolacionis.

1. ib. c. XXXIII.

H 1 Quotlibet enim sunt tales leges cum racione docentes 165[d] quod iudex debet secundum leges punire, faciendo utrique parti iusticiam. Princeps ergo precludens cursum talis iusticie est omnino reus iniurie; si enim antedictum privilegium fuit iustum de multis quod non obstante tali aufugio subirent penam legalem, quomodo excusat peccatum principis, quin dimissis magis induratis in suo facinore iniuriaretur Deo et partibus? Non enim facit regis concessio ut sic varietur iusticia quoad Deum, secura ergo via misericordie est dare tali criminoso quadraginta dies penitencie et post punire vel dimittere secundum disposicionem persone culpabilis, quia secundum illam misericordia vel crudelitas est taxanda. Et utinam hoc privilegium in recentibus criminosis observaretur per totam Angliam, aliis sceleratis deprehensis post correpcionem terciam secundum legem evangelii Matthei XVIII°, castigatis scilicet vel ociosis in casu quo probabiliter credatur illos intoxicare plus sancte matris ecclesie in futurum, vel aliter proscriptis in casu quo credatur illis prodesse profugis. Tale enim opus ex caritate procedens servaret undique misericordiam et (quantum est in homine) libertatem.

A prince who interrupts the course of justice is guilty of wrong.

I 2 Quantum ad secundam difficultatem in qua quidam instant fortiter, quod pro execucione et observacione legis debet judex facere eciam scienter iniuriam, patet quod hoc est contra fidem catholicam, ut patet Rom. III° et VII°, ubi docet apostolus quod *non sunt faciendo mala culpe, ut bona eveniant,* nam cum tales casuum circumstancie sint casuales, patet quod tunc contingeret ut per maiorem partem duracionis date legis iudicaretur secundum ipsam iniustum iudicium, et tunc foret indubie lex iniusta et nunquam permittenda.

b) That a judge is to do wrong in obedience to law is contrary to the catholic faith.

3 Quoad terciam difficultatem super qua clamant scolastici, oportet distinguere (sicut facit Apostolus)

16. A B: deprehensus.

We must distinguish between occasion given and occasion taken.

inter occasionem * datam et occasionem acceptam ex 166ª I lege ad committendum iniuriam; datur autem occasio a lege iniusta ad iniuriam perpetrandum, quando secundum sensum eius cum veris infertur iniuria, ut sensus vendicatur competere dicto privilegio quod omnis fugitivus ad illum locum, sive fuerit dignus sive indignus, habebit ibi omnimodam libertatem; quod declaratum est repugnare divine iusticie. Si autem dicatur quod solum pro dignis vendicatur libertas, tunc vel oportet docere quod fugitivi libertandi sunt digni, vel dicere quod eo ipso quo rex sic concedit, quicunque illuc fugiens erit dignus; dato primo, tunc docto per consilium regis quod datus fugitivus non sit dignus habere refugium, nichil sibi et privilegio libertanti. Si secundum detur, tunc blaspheme extollitur princeps privilegians supra Deum. Deus enim non sic privilegiat locum vel naturam peccabilem, quin ponit in libertate sui arbitrii quod possit reddere se indignum ad percipiendum fructum privilegii concessi. Nec valet deduccio quod tunc iudicium secundum leges humanas foret sepe iniustum cum non attendunt iusticiam quoad Deum: verum concluditur, cum solum lex domini est immaculata convertens animas. Et ita si secundo obicitur quod in Anglia sunt multa privilegia tam iniqua, patet quod improbatio huius privilegii non solvitur sed gravatur, cum multiplicare inconveniens non sit solvere; ymmo manifestior, generalior et contrarior iniusticia verbis, et intencioni privilegii plus dissonaret illi loco et ordini quam alibi in Anglia in manu secularium, ubi communiter non tanta iniuria est commissa.

The existence of other false privileges cannot protect this one.

4. Objection: The privilege

Quarto principaliter obiciunt tam scolastici quam K vulgares: Multi, inquiunt, sancti reges, episcopi, clerici

1. A $A_1$: et accionem. 6. A $A_1$: sive fuerit dignus sive fuerit. 13. A $A_1$: Dato premio. 25. 26. A: pravilegia . . . pravilegii. 33. A in marg.: Contra Quarta obieccio.

K 166a et vulgares approbarunt hoc privilegium, quando regnum processit prospere; qua ergo fronte nos minus sancti, minus scioli vel potentes usurpare audemus violacionem sancte matris ecclesie, cum domini et partes quibus iniuriatum est possunt (quantum in eis est) remittere satisfaccionem et penam recommendando Deo vindictam? Sic enim alique civitates in Anglia sunt servis in perpetuum refugium.

has been approved by great authorities.

Hic dicitur quod falsum assumitur ad mentem obiectus, nam nec potest esse sanctitas neque prudencia defendere hoc privilegium ad nudum sensum expositum, unde quicunque hunc sensum approbaverant vel fructuose penituerant vel aliter sunt dampnati; nec docetur qui sancti vel approbati viri approbaverant istum sensum. Sed sinistre extortum est ut privilegium ultra fines iusticie contra iuramentum regis et prosperitatem regni, ideo tam excessivo abusui necesse est apponi novum remedium. Et hec racio quare regnum non potens ulterius tollerare crementum iniurie apposuit nunc remedium pocius quam perante. Nam semistultus percipit et impugnat manifestam iniuriam, postquam sciolus insensibilem iniuriam pretermittit.

Answer: It is not certain that it was approved in the sense now put upon it;

and the need of remedy is not felt till mischief arises.

L Nec est verbum nisi stultorum dicere quod basilica 166b ut * lignum et lapides sit sancta mater ecclesia. Nam spiritus quos Deus vocat ad coronam desponsans in via, sunt sancta mater ecclesia; cuius domus est talis basilica cui in nomine sponsi et sponse est reverencia ymaginis tribuenda; quod fit potissime observata pro illo loco iusticia. Nam sanctitas vite et observacio iusticie plus honoraret locum ecclesie, quam totum aurum vel omnia iocalia corporalia huius mundi, sicut minimum peccatum plus ipsum inficeret in oculis sponsi,

It is foolish to confuse a material building with holy Church.

9. A in marg.: Responsio. 29. B: et fit. 30. $AA_1$: sanctitas vita. A in marg.: Conclusio. Contra pretensam immunitatem ecclesiarum (Above 166b without mark of reference).

quam omnes turpitudines vel polluciones corporales 166b L possibiles. Nam Deus cuilibet creature quantumlibet turpi illabitur, ipsam causans, quem amorem non potest habere ad peccatum, unde (quantum ego concipio) domini temporales insteterunt prudenter pro loci reverencia et honore ecclesie. Nam sentencia domini mei, domini ducis, fuit quod conservaretur in eis quodcunque privilegium quod in honestatem loci sonuerit, quod utilitatem monachorum intulerit, quod ad veram misericordiam et pietatem fugitivis pertinuerit, quod honor regis ac iuramentum suum de conservando cuicunque legio suo iusticiam permiserit, in tantum quod audivimus eum dicere quod *tollerabile foret ut profugi haberent ibi refugium in causa alicuius speciei criminis lese regie maiestatis. Defloracio*, inquit, *filie regis est una species criminis lese regie maiestatis, sed longe hoc a prodicione regni, a defensione iniurie Dei et proximi, et eciam a dampnacione anime incolentis locum illum ex defensione sceleris fugitivi.* Ipse autem animose stetit singulariter pro istis iusticiis in tantum quod docuit ubi, per quam et quando oblate sunt sibi mille libre ad procurandum vel promittendum dictos fugitivos cum suo captivo ad terras inimicorum accedere, quod quia visum fuit sibi et regis consilio ipsis confederatis cum hostibus ad periculum regni vergere, noluit assentire. Unde omnino est irreligiositatis condicio invidorum auribus prurientibus de homine ficta scandalosa mendacia et graviter ferre de eo commenta laudabilia que per multos centenarios hominum sunt audita.

The Duke's wish was to preserve every reasonable privilege.

He would have tolerated even insult to the king, but not danger to the kingdom.

It is a sign of irreligion to love scandal.

Pars autem adversa visa est nobis omnino stare pro contrario; cum enim domum Dei decet sanctitudo tempore synagoge, quanto magis tempore legis gracie

2. A in marg.: Nota. 3. B: quam amorem. 16. 17. A $A_1$: Defloracio — maiestatis deest.

L 166b Christo eiciente vendentes et ementes de templo et dicente Matthei XXI°, 13: *Domus mea domus oracionis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum?*

M 1 Qualis ergo religio est intra ecclesiam defendere sceleratos, eciam licet evidencia probabili fuerint indurati?
2 Aut qualis utilitas est monacho parare domum conductivam eciam induratis latronibus fugitivis, quamvis in fine vite eorum abbathia habuerit omnia latrocinia
3 que apportant? Aut qualis religio est tercio tueri sceleratos sub pallio false pietatis ad dampnacionem anime eorum et infeccionem ecclesie Anglicane, ubi extra illam speluncam positi parendo iuri communi forent verisimiliter salubriter castigati? Vel quomodo
4 staret quarto cum iuramento regis in recipiendo regni gubernacula, quod stat ut patet ex iuramento regis in
166c observacione iusticie cuicunque, * ut veneno privilegii foveat eciam membra diaboli ad intoxicacionem et iniuriam regni sui? Nonne Ecclesiastici X°, 8, scribitur: *Regnum de gente in gentem transfertur propter iniusticias atque iniurias?* Sicut enim nichil plus facit ad stabilimentum regni quam observare cuicunque iusticiam et per punicionem prevaricatorum severam, sic nichil plus minatur ruinam regno quam constanter fovere iniurias.

What religion is there in defending scoundrels, or in keeping a hired house for thieves, or in saving scoundrels from the punishment that might amend them, or can the king give unjust privileges?

Et si obicitur quod iuxta istam sentenciam rex puniret homicidia inibi perpetrata, fateor, sed rectus ordo exigit, ut gravior iniusticia cicius corrigatur: modo vero ex inhabitacione sceleratorum in sanctuario, ex occisione religiosi intra ecclesiam, ex fraccione capitis religiosi eciam graduati intra ecclesiam per unum de suis confratribus, cum similibus que sonant cum habitantibus ecclesiam maioris peccati gravedinem, plus polluunt locum quam effusio sanguinis vel seminis in qua non tanta gravedo criminis est fundata.

If the king had to punish within the monastery there would be the less crime there.

2. A in marg.: Nota. 6. 7. A $A_1$: conducticiam. 16. A: pravilegii. 25. A in marg.: Obieccio. 29. B: intra — maioris deest.

Evil customs should be rooted out at once.

Mala autem consuetudo propter maioritatem periculi est pocius extirpanda, dicente decreto d. VIII[a]: *Mala consuetudo non minus quam perniciosa corruptela est abicienda; que nisi cicius radicitus evellatur, in privilegiorum ius ab impiis assumitur, et incipiunt prevaricaciones et varię presumpciones, celeberrime non compresse, pro legibus venerari et privilegiorum more perpetuo celebrari.* Et sentencia huius decreti verificata est nimium hiis diebus, unde ad interpretandum rectitudinem consuetudinis et privilegii subiungit decretum sub auctoritate Augustini: *Veritate manifestata cedat consuetudo veritati. Nemo consuetudinem racioni et veritati preponat, quia consuetudinem racio et veritas semper excludunt.* Cum ergo racio naturalis et veritas scripture patenter convincunt quod dictum privilegium non debet intelligi nude ad literam, sed racione et veritate limitante condicionem sepe expositam, aptari debet singulare pertinens secundum distribucionem accomodam. 166[e] M

Truth is of more weight than custom,

and makes it an insufficient plea.

Per hec patet quod forma argumenti quod primo innuitur non procedit, tum quia multi sancti potuerunt consuetudinem predictam improvide approbasse et post penituisse, vel potuit fuisse tunc consuetudo laudabilis propter usum modestum, sed modo versum fuisse in corruptelam fidei contrariam propter malam consuetudinem superadditam gracia cupidinis usurpatam. Unde si racio ista procederet, nunquam impugnaret catholicus malum usum, sed ex consuetudine peccandi prescriberet membrum diaboli contra Deum, cuius oppositum docuit Christus consuetudines phariseicas acutissime reprobando, mundana vero prosperitas tam in personis quam in regnis est sepe kalende preparatorie ad ruinam. N

1. A in marg.: Mala consuetudo. B in marg.: De consuetudinibus abiciendis nota bene. 11. A in marg.: Augustinus. 12. 13. B: consuetudinem — quia deest. 20. A in marg.: Ad primum. 23. A $A_1$: Tunc — versum fuisse deest.

2. Decreti I pars, Dist. VIII, c. III. 11. ib. c. IV.

N 166c Quantum ad violacionem sancte matris ecclesie, dictum est quod ipsa non violatur nisi per defectum 2 observancie legis sponsi; unde non est maior ydolatria credere truncum putridum esse dominum Jesum 166d Christum quam credere domum * materialem sive basilicam esse sanctam matrem ecclesiam, sponsam Christi. Unde quia in festis dedicacionis basilice per episcopum laudat ecclesia Deum in hoc quod ecclesiam suam sponsam vocare dignatus est, instruendi sunt simplices sacerdotes ne credant infideliter quod illa basilica sit ecclesia sponsa Christi.

It is mere idolatry to suppose a building to be the Church, the spouse of Christ.

Ulterius quantum ad remissionem debiti satisfaccionis, dicitur quod nec temporalis dominus nec Deus 3 ipse potest ipsum omnino remittere, tunc enim Christus frustra fuisset mortuus ad satisfaciendum pro peccato humani generis. Necesse est ergo quod pro quocunque crimine satisfiat in virtute meriti Jesu Christi, vel quod illud crimen eternaliter puniatur. Deus autem non potest concedere licenciam alicui ut eternaliter duret in crimine, et per consequens non potest concedere criminoso licenciam ut non satisfaciat pro delicto. Verumptamen homo potest cum circumspeccione sagaci remittere fratri iniuriam et debitum corporale et Deus remittet culpam postquam misericorditer invenerit peccatorem satisfacere pro debito. Nemo enim posset satisfacere pro minima offensa in tantum dominum, nisi ipse misericorditer levem penitenciam, baptismum vel aliquod opus penale acceptaverit graciose: iusticia, inquam, sua requirit quod solum premiet promerentem.

For every crime satisfaction must be made;

O Et patet quantum periculum est occasionare debitoribus fugitivis audaciam, ut non satisfaciant Deo vel homini, cum secundum principia Augustini et iuris

so it is wrong to encourage debtors not to make amends,

4. A in marg.: Conclusio. Ecclesia materialis sive basilica non est sponsa Christi. 10. A: nec credant. $A_1$ correxit. 25. A $A_1$: invenit. 31. A in marg.: Spoliator tenetur restituere etc.

canonici *non dimittitur peccatum nisi restituatur* 166d O *ablatum*, non quod oportet spoliantem restituere idem in numero fratri suo, sed quod satisfaciat omnimode domino capitali. Ipse autem vult ex inflexibilitate sue iusticie quod debitor satisfaciat servo suo debitum corporale, aut sibi equivalens restituendo, vel in pena inferni perpetuo serviendo. Illud autem servicium non est meritorium, sicut meritum quo impotens satisfacit creditori in via, sed est demeritorium prodessens creditori beato, et crucians perpetuo creditorem dampnatum; ideo non satisfaccio sed satispassio nominatur. Ulterius non oportet theologum omnes leges hominum de servitute et manucapcione discutere, sed satis est dicere quod precise de tanto sunt racionabiles de quanto consonant cum sacra scriptura.

as the satisfaction may have to be made in hell.

5. The last charge against us rests on an absurd dream,

Quinto et ultimo accusamur a vulgo per sompnia; P fingunt enim filii patris mendacii quomodo revelatum est regnum Anglie transire impune, quousque sub quodam rege Ricardo basilica Westmonasterii sit polluta. Alias autem variaciones quas false fabricant non oportet hic recitare, cum mendacium dissonat sibi ipsi. Unde quicquid infortunii regno nostro acciderit applicant ad vindictam Dei de illo homicidio in sanctuario perpetrato, sed nesciunt applicare sequelam nisi per mendacia sompniorum.

which may have occurred and have been instigated by the devil.

Hic non contendo si fuerit tale sompnium, quia scimus ex fide scripture quod pater mendacii agitat fantasias fidelium in sompnis, ut eos subvertat vel impediat * profectum ecclesie. Nam Matthei XXVII°, 69, 167a legitur uxorem Pilati fuisse illusam a sathana ad impediendum profectum ecclesie ex merito mortis Christi. *Nichil*, inquit, *tibi et iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum.* Ulterius

4. $A_1$: Ipse enim. 11. B in marg. man. altera: Satispassio. 13. $A_1$ corr. in marg.: mancipacione. 16. A in marg.: Quinta obieccio. Contra. 26. A in marg.: Responsio. 33. B: propter eundem.

P 167a videtur multis verisimile quod regnum nostrum pacietur in brevi; sed cum non sum propheta cui facta est illa visio, non presumo illud sompnium revelare. Credo autem quod in occisione istorum hominum commissa erant horrenda facinora, sed comparacionem gravedinis ipsorum ad alia difficile est taxare, cum verisimile est quod alie polluciones per occisiones et verberaciones sacerdotum ibi et alibi in Anglia induxerunt in regnum crimina graviora. Ideo vellem quod omnia illa crimina sint correcta, quia certus sum ex fide scripture quod purgato regno a crimine et reconciliato Deo suo non est compossibilis tribulacio ab extrinseco vel intrinseco nisi sibi cesserit ad profectum, quia in oracione ecclesie sic habetur: *Nulla ei nocebit adversitas, si nulla dominetur iniquitas*. Ulterius tamen plus credendum est vive voci spiritus sancti, quam verbis vel sompniis patris mendacii, cum quandoque inmiscet verum, ut magis fraudulenter decipiat. Videndum est ex verbis scripture pro quibus peccatis contingit regnorum destruccio, et patet ex dicto sapientis Ecclesiastici X° quod iniusticie quoad Deum et iniurie quoad proximum sunt causa precipua. Et cum ad regem pertinet in regno suo utrumque extinguere, patet quod omissio regis in corrigendo clerum suis elemosinis abutentem et in corrigendo secularem miliciam pacem ecclesie perturbantem, est in rege causa precipua. Sed ve speculatoribus qui illud dicerent regi suo; ipsi enim sicut sacerdotes Judee sunt causa precipua persecucionis nostre ecclesie, si contingat, cum in quorum profectu stat regni prosperitas, in eorum defectu stat regni adversitas. Sacerdotes autem Dei debent autonomatice esse induti iusticiam, ideo declinantes ad iniusticiam gravius inficiunt se et suos,

A great crime was committed, but others worse have taken place there, and all ought to be punished.

10. A in marg.: Conclusio. 12. Codd.: reconsiliato. 20. A in marg.: Iniusticie quoad Deum et iniurie quoad proximum sunt cause destruccionis regni (Above 167a without mark of reference). 32. Codd.: autonomastice.

nam per absenciam vite in membris mors eorum in- 167[a] P ducitur. Et de isto conqueritur Isaie LVI°, cap. X°: *Speculatores eius ceci omnes.* Quod si fuerit, credenda est consequencia Christi Matthei XV°, 14°: *Cecus si ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt.*

Et quoad correccionem brachii secularis, patet quod Q perturbacio qua iniuste perturbant forinsecus, evidencia topica prenosticat perturbacionem futuram illis per quos staret eorum correccio; Matthei VII°, 2, scribitur: *Eadem mensura qua mensi fueritis, remecietur vobis.* Et ista est causa quare Salomon ad pacificacionem regni sui ex mandato patris fecit Joab occidi ad cornu altaris, ut patet III°, Regum II° cap., quia Isaie XXXIII° 1, scribitur: *Ve qui predaris nonne et ipse predaberis?*

Justice should be done, even at the horns of the altar.

Non autem intendo quod milites regis occidi debeant, sed arguebam per locum a maiori: Si pro tempore veteris testamenti licuit militem ad cornu altaris occidere, multo magis licet maleficum * pro 167[b] pacificacione regni et mundacione ecclesie salvatum in vita et membris extrahere (ut patet in primo argumento capituli septimi).

Another story of a dream.

Unde audivi quemdam doctorem negare consequenciam, eo quod dicta ecclesia fuit miraculose consecrata, sed nec templum nec altare in quo occisus est Joab fuit taliter consecratum. Illud autem duplex sompnium nichil movet. Dico autem *duplex sompnium,* quia non docetur quin illud templum Salomonis fuit per inhabitacionem sanctorum prophetarum, sapientis et sancti regis in suis floribus, cum alio devoto populo, locus a domino per talem populum consecratus; plus enim valet ad sanctificacionem loci populus sanctus inhabitans cuius spiritus perungitur oleo gracie a spiritu sancto, quam valet corporalis linicio parietum secundum cerimonias sacerdotum. Nam illa sancti-

1. B: et membris. 6. A in marg.: Correccio perturbancium pacem. 13. A in marg.: Isaie XXXIII. Racio. B in marg. man. alt.: Non occides. 22. A in marg.: Responsio quedam.

Q 167[b] ficacio est plus fundabilis ex scriptura, ut patet II° Machabeorum V°, et Exodi XXXII° dicit propheta: *Consecrastis manus vestras hodie.*

Secundum sompnium est de quodam piscatore R qui sompniavit se locutum fuisse cum beato Petro dicente se ipsum velle dictam basilicam manibus propriis consecrare. Unde vidit consequenter in nocte vehemens lumen in basilica illa splendescere cum assistencia aliorum signorum consecracionem illam testancium. Sed da utrumque sompnium, et videamus quid obest loco sancto extraccionem legitimam ac meritoriam, preceptam a rege ibi perficere specialiter tantum opus misericordie quod vergeret ad basilice purgamentum. Unde consuluissem dicto abbati et eius conventui quod equanimiter tollerassent illatam iniuriam sanctificando se ipsos et celebrando devocius pro rege et suis progenitoribus. In illa autem paciencia facilius superassent quam insurgendo frontose per excommunicacionem in privatam regis familiam. Sicut enim privilegium ecclesie quesitum est per pacienciam Christi et suorum membrorum, sic est conformiter defendendum. Unde Christus dedit privilegia facillima ad querendum pro quibus docuit non esse corporaliter contendendum, sed in eorum defensionem esse humiliter paciendum, ut docetur XXIII[a], q. I, in principio. Privilegia autem humana sunt condicionis opposite, cum in sua impetracione sunt sumptuosa, in sua defensione sunt laboriosa, et in sua retribucione sunt dampnosa, sicut est de superbia et suis singulis filiabus. Quis, inquam, contenderet circa privilegium nolendi possidere aurum vel argentum, et sic de aliis privilegiis Christi superius memoratis? Ipsa enim donantur per apercionem oris

Let the dreams be true, still justice should be enforced in the abbey.

More devotion is the right way for the convent to defend its privileges.

2. In codd. Exod. XXII. 14. A in marg.: Consilium. B: consiluissem. 23. A in marg.: Defensio privilegiorum ecclesie. 33. B: per apcionem.

26. Decr. sec. pars, causa XXIII, q. I, cap. I. *Nisi bella.*

anime et continuantur per pacienciam persecucionis $167^b$ R
atque iniurie et demum augmentantur usque ad summum gradum libertatis in requie.

Stulticia ergo est fastidiando certa privilegia secularia S
ista contempnere. Et ista doctrina docetur Baruch I°, 11, ex consilio Jeremie et captivitatis sapiencia sub hiis verbis: *Orate pro vita Nabugodonosor, regis Babilonis, et pro vita Baltaʒar, filii eius, ut sint dies eorum sicut dies celi super terram.* Si ergo tempore veteris testamenti, quando nondum perfecte * docta est scola $167^c$
paciencie per Christum, non excommunicaret populus Dei regem infidelem qui destruxit templum, civitatem et gentem, et insuper ecclesiam eorum spoliavit cunctis suis insigniis et ministros ecclesie captivavit, sed e contrario benedixit, quanto magis tempore paciencie legis evangelice non excommunicaret vicarius Christi patronum suum vel eius familiam propter eius legitimum factum ad regni ac ecclesie fulcimentum vel propter opus unius persone nepharium, preter voluntatem regis vel sui consilii perpetratum, specialiter cum Christus Luce IX° docuit non sic maledicere eciam infideli. Erubescerent, inquam, interim recipere corporales elemosinas et defensionem corporis et bonorum a peculiari patrono cui taliter maledicunt.

They ought not to excommunicate the household of their patron.

---

## CAP. XIII.

Temporary alms are better than perpetual.

Ex istis incidit declarare sentenciam quam dixi A
superius scilicet quod humana elemosina temporalis foret elemosina humana perpetua tam clero quam elemosinanti cum paribus magis autentica, magis meritoria et altrinsecus plus secura.

5. A $A_1$: doctrina deest. 6. loc. corrupt. in codd. Fortasse legendum: captivitatis paciencia. 25. $c^m$ XIII in marg. (in red ink); ib.: $c^m$ $XIII^m$ (in black ink. 26. A in marg.: Utrum elemosina humana corporalis perpetua sit fundanda. 28. A in marg.: Conclusio. 30. A $A_1$: plus secatur.

Definition of each.

A 1 Et ne equivocetur in termino, supponatur quod 167c humana elemosina perpetua sit elemosina corporalis, data ab homine simpliciter sub nomine elemosine perpetue, sicut in cartis regum Anglie sepe fit mencio. Elemosina enim humana temporalis est elemosina data ab homine sine tali titulo expressata, sicut dantur bona vocata mobilia communitatibus vel personis egentibus. Prima autem elemosina fit communiter de redditibus secularibus, de proventibus ecclesiarum vel de impensionibus annuis ad perpetuitatem secundum traditiones humanas signo sensibili obligatorio limitatis.

Let us suppose perpetual alms in themselves to be good;

2 Suppono secundo positivum cuiuscunque partis conclusionis proposite; nam contingit secularem existentem in gracia pie dare tales elemosinas perpetuas, ergo contingit eas esse elemosinas autenticas, meritorias et securas; nec contendet amicus vel adversarius circa probacionem huius, cum leges ecclesie approbant dotaciones, fundaciones et appropriaciones perpetuas factas clero. Non autem sic approbarent factum illud, nisi fuerit autenticum, meritorium et securum; ergo conclusio. Unde adversarii clamant quod iustissime, necessariissime et decentissime ecclesia taliter est dotata, in tantum quod non licuit dominis temporalibus sine excommunicacione et dampnacione perpetua taliter non dotasse.

still temporary are better, since they have Christ's sanction,

3 Istis suppositis probatur conclusio per hoc quod Christus expresse facto exemplavit et verbo docuit temporalem elemosinam, non autem dictam elemosinam perpetuam; ergo conclusio. Illud autem quod docetur expressius in scriptura, quod procedit signancius a persona magis autentica et in quo plus crescit ecclesia, habet tres condiciones superius recitatas. Nam negligencia vel fatuitas fuisset in Christo, si dedisset legem ad gubernandum suam ecclesiam, et regulam abiectam

10. B: de pencionibus. 12. 13. $A_1$ commentatur in marg.: possibilitatem vel posicionem. 14. A $A_1$: perpetuas deest. 26. A in marg.: Racio.

vel minus necessariam expressius declarasset, regulam 167c A autem plus necessariam occultasset; ideo antiqui doctores ceperunt ex fide scripture quod testamentum Christi datum est * ecclesie, tam in materia quam in 167d forma, secundum quod est necessarium et expedicius, ut dirigat viantes per artam viam ducentem ad patriam, et per consequens, ut doceat quomodo viator est disposicior ad beatitudinem acquirendam. Illa autem que scriptura tacet, ut de nomine canis Tobie, de die iudicii et de futuris persecucionibus seculi, expedit particulariter ignorare. Cum ergo Christus et eius apostoli ceperunt ab homine dumtaxat elemosinas temporales et docuit suos discipulos precise tales recipere, ut patet Matthei X° et Luce X°, ut dictum est XI° capitulo de privilegiis, manifestum videtur quod Christus preponderavit in ecclesia sua altrinsecus illum modum dandi et recipiendi elemosinas creature.

and were practised in the primitive church.

Et confirmacio huius est quod per illas elemosinas trecentis annis et amplius plus viguit ecclesia christiana. Privilegia ergo tam singulariter et signanter concessa a principe pacis pro quibus noluit suos contendere (ut dictum est in fine proximi capituli) sunt secularibus privilegiis pociora.

1. Temporary alms are more in God's way of working, and are so far, better.

Sed particularius descendendo probatur specialius B particulatim conclusio, et primo quod elemosina temporalis foret seculari elemosinanti magis autentica, nam talis elemosinacio foret tam operi quam doctrine verbali regis regum similior; cum ergo operacio membri ecclesie sit eo magis autentica quo est capiti similior, quia de tanto est ab auctore approbacior, sequitur conclusio. (Loquor autem de opere cum suis circumstanciis secundum quod plus sonant in moralem iusticiam (in quantum huiusmodi), sic quod de se habet plus rectitudinis operis boni de genere; et hoc intelligo

5. A $A_1$: necessarius. 16. B: XX. cap. 24. A in marg.: Confirmacio. 30. A B: approba^or. $A_1$: approbabilior; B: de tanto ab.

B 167[d] per istam particulam *cum paribus*. Contingit autem per accidens occisionem hominis vel eius punicionem esse magis autenticam, quia plus Deo placentem quam data liberacio a morte vel restitucio ad prosperitatem in bonis nature vel fortune, supposito quod precedat ex maiori caritate.) Verumptamen cum operacio que secundum se et secundum suas circumstancias est exemplari suo in Christo similior, debet correspondenter esse caritativior, suppono quod loquamur de autenticacione operis (in quantum huiusmodi), et cum omnis autenticacio operis nostri correspondet proporcionaliter approbacioni Christi, patet conclusio. Nemo enim debet facere opus misericordie nisi secundum doctrinam quam didicit a Christo, sed cum Christus docuit nos dare temporalem elemosinam et non sic perpetuam, sequitur quod temporalis elemosinacio sit magis autentica.

2. Temporary alms imply more humility.

2 Item, proporcionaliter ut operacio meritoria sapit maiorem humilitatem, est Deo placencior, et per consequens plus autentica apud magistrum qui est mitis et humilis corde; sed sic est de elemosinacione temporali respectu elemosinacionis perpetue. Ergo illa est magis autentica. Minor probatur ex hoc quod solius domini temporis qui est Deus est per se concedere donum perpetuum, unde (ut alias declaravi) non

Man's power over things is temporary and he cannot give rights that he does not possess.

168[a] subiacet potestati hominis * concedere donum pro aliquo tempore, nisi pro tempore quo ipse potest habere vel dominari eidem, cum Deus non potest concedere ius extensius sive uberius quam ipsemet potest habere. Cum ergo non sit in potestate secularis domini habere perpetuo tale donum, videtur quod non sufficit per se tam extense quicquam concedere. Et confirmacio huius est quod homo non potest ratificare perpetuitatem dominii suo heredi naturali cui magis afficitur tamquam magis capaci. Quomodo ergo rectificabit elemosinam ab approbacione Christi magis extraneam? Sicut ergo Edgarus et sanctus Edwardus

non habuerunt potestatem ad dandum suis heredibus 168ª B naturalibus dominium regni nostri, sicut patet ex conquestu sequente, sic videtur quod non suffecerunt donare accessorium persone tam extranee, ymmo sicut Willielmus conquestor non tenebatur restituere principale sic nec accessorium.

Et confirmacio est ex hoc quod multas tales elemosinas Saxonum transmutavit et monachos Normanie introduxit; quod si omnino fuisset illicitum, maior pars cleri possessionati in Anglia alienum bonum sine titulo usurparet.

Many perpetual alms are given without conditions as to the character of the grantee.

Item, videtur quod multe carte perpetue elemosine 3 C sapiunt ex parte elemosinantis et male interpretantis blasphemiam et superbiam, cum multi domini seculares presumunt quod est in potestate eorum dare simpliciter in perpetuam elemosinam signatum redditum, qualibet condicione elemosinarii pretermissa; quod declaratum est proximo capitulo Deo non posse competere, cum I° Regum II° legitur quod Deus condicionem Hely notaverat, sic quod non obstante quacunque promissione non tenet concessio, nisi servicium Dei virtuose peragat. Si ergo Deus qui potest iustificare impium et scit condiciones ac dignitates tocius generis succedencium subintellegit condicionem, ceca presumpcio videretur in homine qui nec potest donare per tantam periodum nec iustificare aliquem eius datarium, ut asserat se concedere datam elemosinam cuilibet illius generis absolute; in hoc enim implicat se sic concedere, sive Deus voluerit sive noluerit; quod non potest, cum nemo potest quicquam concedere, nisi prius Deus ipsum concesserit: ideo racione talis mendacii dissolvuntur multe elemosine vocate perpetue.

Religiosior ergo foret concessio expressa condicione quod persone sint habiles et quod Deo sit placitum;

4. B: extranie. 9. B: fuisset — titulo deest. 21. $A_1$ corr.: teneret. 21. B: servicio. 22. A in marg.: racio. 24. A $A_1$: subintellexit. 25. 26. A $A_1$: durare per tantam.

C 168[a] quam condicionem licet oportet intelligere, tamen illa expressa foret contencionum plurium sedativa et disposicionis plus vigilis causativa et sic racione humilitatis foret magis autentica et racione declinacionis a ritu gentili ad religionem Christi foret plus meritoria et racione pluris adiutorii plus secura. Et ita videtur presumpcio quod quis obliget heredes suos simpliciter ad continuacionem talis elemosine, cum non subiacet
168[b] potestati sue dignificare quoscunque tales* elemosinarios, nec potest obligare se ipsum vel alium ad premiandum indignos, cum heres plus obligatur veritati a qua per se capit hereditatem, quam patri carnali a quo capit solum per accidens. Et hec est racio quare catholice dicitur regem Anglie semper esse infra etatem, cum debet corrigere errores tam sui quam progenitorum suorum, sive ex ignorancia sive ex inadvertencia deceptus fuerit; aliter enim attemptaret defendere iniusticias contra Deum. Ideo absit nos inponere regi et regno tantam demenciam ut inveteratus dierum malorum defenderet antiquum errorem tractum in consuetudinem, cum secundum decretum, allegatum XI° cap°, *error cui non resistitur approbatur.* Et patet consideranti attencius quomodo omnis elemosina humana vocata perpetua est realiter ex lege Dei invincibili temporalis, cum oportet omnino condicionem quam Deus apponit subintelligi, quamdiu ditarius manserit dignus participare elemosina quoad Deum.

Such conditions must be always understood, but would be better expressed.

Unde talis attencio et expressio hominis elemosinantis ex maiori humiliacione, ex maiori Deo confirmacione, et maiori errorum exclusione magis disponeret ad perpetuacionem elemosine per Christum quam elemosina humana irreligiose vocata perpetua.

Temporary alms would probably endure longer than those called perpetual.

0. A in marg.: Conclusio. 13. A $A_1$: Et hec racio; A in marg.: Conclusio. 28. 29. B: elemosinant.

21. Dec. I pars, dist. LXXXIII, c. III. Vide supra pag. 235.

Nam perpetuare elemosinas est Christo proprium, eo 168ᵇ C quod est dominus, simpliciter assistens omni tempori, potens iustificare elemosinarium, a qua iustificacione (iuxta dicta proximo capitulo) dependet humana donacio; et sic est de successione hereditaria de qua minus videtur. Deo enim est proprium heredes in perpetuitate successionis hereditarie limitare. Unde creditur quod multi fundantes elemosinas nominetenus perpetuas in penam sue superbie a perpetuitate generis hereditarie defecerunt.

The giver's example would be followed and the succession of gifts kept up.

In talibus ergo elemosinis unus princeps concedit D pro suo tempore subintellecta supradicta condicione et imprecatur suum heredem sic facere, et ex meritoriis donis multorum sibi succedencium cum graciosa disposicione materie facit Deus unam elemosinam perpetuam, si sibi sit placitum.

Unde hic instatur sophistice quod temporalis dominus meritorie facit elemosinam perpetuam, cum meritorie faciat partem eius. Sed iste obiectus non vadit contra sensum expositum, ymmo si procedit de faccione elemosine perpetue secundum partem, eque probaret quod una vidua paupercula plus faceret in casu elemosinam talem perpetuam, posito quod plus mereatur ut Deus elemosinam utrimque perficiat; nam I° Corinthiorum III°, 6, scribitur: *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit.*

An heir is not bound to approve of his ancestor's gifts.

Unde patet consideranti subtiliter quod nullus heres procedens post progenitorem dotantem ecclesiam tenetur approbare fundatam elemosinam nisi ex libera voluntate. Patet primo sic: Non tenetur facere aliquod opus meritorium nisi ex libera voluntate, non tenetur sic approbare nisi secundum racionem operis meritorii, ergo non tenetur sic approbare nisi ex libera voluntate.

1. A in marg.: Conclusio. 7. A in marg.: Conclusio. 13. B: et interpretatur suum. 14. B: graciose. 17. A B in marg.: Instancia. 21. B: ex faccione. 27. A in marg.: Conclusio. 31. B: nisi — meritorii deest.

D 168[b] Et hoc est notum intelligentibus textum Apostoli Philipp. III$_o$, 3, et Gal. VI°, 14°, dicentis: *Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini Jesu Christi.*

E 2 Item, ex precepto Dei et eius successione hereditaria filii adoptivi non tenetur heres continuare aliquod
168[c] bonum opus * nisi ex libera voluntate; sed Deus, pater heredis plus obligat quam pater suus carnalis, ergo multo magis ex obligacione patris carnalis non tenetur sic facere nisi ex libera voluntate. Deus enim posuit hominem in tanta libertate, quod non potest sibi quicquam absolute precipere nisi meritorium, et per consequens adiecta condicione, ut libere illud perficiat. Unde Augustinus super Psalmum CXLVIII[um]: *In tuo,* inquit, *arbitrio Deus te esse voluit, cui pares locum, Deo aut diabolo, cum paraveris, qui possidebit ipse imperabit.* Sed absit ut aliquis reportet me quod dem occasionem dominis temporalibus ad spoliandum sanctam ecclesiam vel ad continuandum elemosinas quas progenitores eorum inceperant, cum ex conclusione sequatur formaliter quod tenentur elemosinas tales perficere. Scit enim logicus quod si non sic elemosinare nisi libere tunc tenentur; quis queso urgeret regem Anglie coaccione civili continuare elemosinas patris sui? Non rex preteritus, tum quia par in parem non habet imperium, tum eciam quia ipsis in regno incompossibilibus est plenum ius ad regem posterum derivatum, nec imperatori pertinet, cum regnum nostrum non sit imperio sic subiugatum.

God ordains all good works to be done of free will.

(I must not be supposed to mean that lords should cease their payments to the Church.)

Ex quibus sequitur quod non pertinet ad papam propter obligacionem regis et regni antiquis temporibus

2. Philipp. In codd. sequitur lacuna. Addidi: III, 3. 16. A in marg.: Nota solucionem obiectus. 18. discontinuandum (?). 21. A A$_1$: quod si non tenentur. 22. 23. B: urget. A in marg.: Non tenetur filius continuare dotacionem elemosine patris sui. 28. B: non sit imperatori. 29. A in marg.: Conclusio.

13. Opp. tom. IV, p. II, pag. 1673.

The Pope has no power to enforce payments from the King,

pensionem vel elemosinam annualem ab istis requirere, 168c E nam in lege Christi talis perpetuus redditus non habetur nec ex lege imperiali post dotacionem factam a cesare, quia integrum imperium non habet ius, unde liceat sibi exaccionem huiusmodi vendicare. Requireretur ergo ut papa in hoc humilis elemosinarius regis petat ratificacionem talis elemosine, cum omnia que habet in Anglia tenet de rege, tum quia dominium regni nostri non est subiectum imperio, et per consequens non parti imperii decise ad Romanum pontificem, tum eciam quia sic regnum nostrum foret per mortificacionem temporalium nimium diminutum et per consequens virtute brevis regii; ad quod dampnum rex statim revocaret quod tam improvide est concessum.

but the King is bound to continue his ancestor's alms,

Rex vero ex vocali promissione, ex scripti personali obligacione, vel ex paternali affeccione potest esse obligacior ad progenitorum suorum elemosinas gratis continuandum, sed potissime racione obligacionis qua Christo tenetur sub obtentu beatitudinis impertiri opera misericordie membris suis (ut patet Matthei XXV°); et cum maius opus misericordie sit fraterna coreccio, patet quod heredes sunt secundum leges Dei et hominum ad ipsam amplius obligati. Unde (ut dixi superius) plus faceret in casu ad continuacionem elemosine progenitorum, auferendo ipsam a discolis et convertendo eam in alios pios usus quam quantumlibet multiplicando collacionem temporalium minus provide. Et ex talibus operibus misericordie sibi succedentibus eciam diversis in genere fit unum opus misericordie successivum, cum tota ecclesia a principio * mundi 168d usque ad novissimum electum habet unum opus misericordie secundum quod ecclesia plene complacet sponso suo.

though he may vary their application.

7. B: artificacionem. A in marg.: Conclusio. 12. 13. A $A_1$: dirimitum. 13. A $A_1$: regie; B: regei; recte: regii. 16. A in marg.: Conclusio.

It is objected that there were perpetual foundation under the O. T.

F 168ᵈ Contra dicta obicitur primo per hoc quod in veteri testamento erant multe tales elemosine, religiones et ritus perpetui approbati, cum ergo tante auctoritatis sit vetus testamentum ut novum, sequitur quod licitum est fundare tales elemosinas perpetuas auctoritate veteris testamenti. Nam ex hinc sumitur solucio decimarum, ut dictum est libro III° cap. . . . ex testimonio Henrici de Gandano et sancti Thome; et assumptum patet Levitici VI° et VII° Exodi XXVII° et sepe alibi in scriptura.

Answer: These were ordained by God,

Hic patet quod obieccio ista non impugnat predicta, cum conclusio sit concedenda. Sed utinam sic arguentes attenderent ad sufficientem similitudinem utro-
a bique, primo quomodo in veteri testamento ordinata est talis perpetuitas, singulariter a Deo et non ab homine. Unde libri legales et prophetales sic inchoant talia privilegia perpetua: *Hec dicit dominus;* et tunc cum auctor utriusque testamenti expressit voluntatem suam sufficienter in evangelio, non usurparent superaddere ordinacionem que videtur ordinacioni Dei
b contraria ipso domino inconsulto. Considerarent secundo quomodo omnes dicte elemosine vocate perpetue erant solum periodice, sicut patet in materia de cessacione legalium et persone privilegiate racione delicti a domino privilegiante proporcionaliter ammovente, ut patet de Datan et Abiron Numeri XVI°, de Hely et suis filiis I° Regum II° et IV° capitulis, et de sacerdotibus, scribis et phariseis tempore Christi, qui omnes proporcionaliter ad abusum privilegii sunt puniti. Quomodo ergo vendicaremus colorate privilegium ab homine preter Deum, et super hoc exempcionem a tutela et regulacione illius privilegii ab illo

who could and did withdraw them;

and do not authorise human foundations exempt from regulation.

1. A in marg.: Contra. Prima obieccio. 7. Cap. In codd. sequitur lacuna. 11. A in marg.: Responsio. 11. A: inpungnat. 21. A in marg.: Conclusio. 27. B: cum suis filiis.

8. Henricus de Gandano, Vide inf. pag. 317.

qui privilegiat citra Deum? Locus enim a similitudine 168[d] **F** ex lege veteri hoc non petit; stet homo in limitibus privilegii unius persone et tunc limitari convenit regimen plenum illius privilegii ad illam personam singulariter concedentem.

The clergy of the O. T. was limited as to what it might receive.

Tercio notaret sic arguens quomodo clerus veteris testamenti, quando vixit carnaliter, limitatus est per Deum sine solicitudine circa proventus vel redditus adquisitos vel datos humanitus, quid de oblacionibus, **c** primiciis vel loco ad inhabitandum percipiet, quanto magis clerus spiritualis Christi pauperis et egeni excluderet se striccius a mundialibus de alimentis et tegumentis secundum regulam Apostoli I° Tim. VI° contentatus? Nam Ezechiel. XLIV°, 28—30, sic scribitur: *Non erit autem sacerdotibus hereditas, ego hereditas eorum. Et possessiones non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum. Victimam et pro peccato et pro delicto ipsi comedent et omne votum in Israel ipsorum erit. Et primitiva omnium pecorum primogenitorum et omnia libamenta ex omnibus que offerunt sacerdotum erunt.*

Much more should the clergy of Christ set an example of unworldliness.

Habuerunt autem loca pro inhabitacione et alendis **G** pecoribus (ut patet Josue XXI° et ultimo). Si ergo clerus Aaronita tam carnalis, tam laboriose solicitus circa ceremonias legis sue, tam limitate et stricte habuit temporalia, quanto magis clerus Christi qui exemplo conversacionis et verbo predicacionis docuit mundum relinquere * et 169[a] conversando in celestibus ad eorum annichilationem laicos edocere? Et hec racio legis Dei, Deuteronomii XVIII°, 1, quare precipit populo sub hiis verbis: *Non habebunt sacerdotes et Levite et omnes qui de eadem tribu sunt partem et hereditatem cum reliquo populo Israel, quia sacrificia domini et oblaciones eius*

3. A $A_1$: unius — privilegii deest. 6. A in marg.: In veteri testamento erant multe elemosine, religiones et ritus perpetui approbati. Clerus moderate debet habere temporalia (Above 168[d] without mark of reference). 14. A in marg.: Racio.

G 169ª *comedent et nichil aliud accipient de possessione fratrum suorum: Dominus enim ipse est hereditas eorum, sicut locutus est illis.* Et sic intelligo scripturam sacram Numeri XVIII°, 20, cum dicitur: *Dixitque dominus ad Aaron: In terra eorum nichil possidebitis nec habebitis partem inter eos, ego pars et hereditas tua.* Haberent autem sacerdotes de optimis vescibilibus sine sollicitudine (ut patet ex Exodi XIX°, Levitici I° et IV° et capitulis sequentibus). Ex istis potest colligi conclusio quod moderna cleri dotacio non est fundabilis in altero testamento.

2. It is objected a) that the more the alms, the greater the charity,

a Secundo principaliter obicitur per hoc quod dare aliquantam elemosinam pro aliquanto tempore est cum paribus alicuius meriti; dare cum paribus tantam vel maiorem elemosinam per tempus diucius foret meriti amplioris, et per consequens pro tempore legis gracie, quando debet esse superhabundans caritas, debet dari elemosina largissima quoad quantitatem muneris, quoad libertatem donacionis et quoad diuturnitatem temporis. Sed cui donarent laici nisi clero Christi a quo recipiunt elemosinas ampliores? Ergo sancti reges et prelati, leges ecclesie et ostensiones miraculi docent cum racione de maioritate meriti quod talis dotacio ecclesie sit meritoria utrobique. Quis,
b inquam, dubitat quin, si Petrus meritorie dederit elemosinam et, servato merito, superaddiderit quomodolibet elemosinam ampliorem, quin eciam cresceret meritum aggregatum?

b) that alms can be given to none better than to the clergy.

Answer: a) True, if the alms are rightly directed;

H Hic dicitur concedendo primam conclusionem: eo quod apostoli et alii cariores Christi discipuli dederunt omnia sua temporalia, sequendo Christum in evangelica paupertate, ita quod nec dacio nec recepcio est

2. B: fratruum. 11. A in marg.: Conclusio. 13. A in marg.: Contra. Secunda obieccio. 14. A in marg.: Nesciat sinistra quid faciat dextra. 30. A in marg.: Responsio.

per se culpabilis sed carencia boni modi, notandum 169ᵃ H
tamen quod maioritas meriti dantis elemosinam nec
absolute attenditur penes quantitatem aut valorem
dati nec penes quantitatem temporis pro quo datur,
quia iuxta diffinicionem Christi, Luce XXI°, 2, *Mulier*
*paupercula mittendo quadrantem in gazophilacium*
*plus omnibus misit.* Ideo attendendum est ad caritatem
a qua procedit elemosinacio corporalis. Et patet quod 1
modus elemosinandi respicit discrecionem qua elemo-
sinans relevet indigentem. Ideo evangelium non
precipit ut relinquens bona sua det Christi apostolis 2
sed pauperibus ut cecis, claudis atque debilibus.

but merit does not depend wholly on the amount given but on the spirit of the giver.

Secundo requirit rectitudo modi elemosine, ut tribuens
observet servilem humiliacionem qua sciat se esse
nudum ministrum Dei cui prestita sunt bona fortune,
ut humiliter ac caritative distribuat. Et tercio requirit 3
modus rectus elemosinandi ut elemosinans observet
puram et simplicem intencionem non appetendo
mundi gloriam. Et ideo docet Christus Matthei VI°,
2, 3, quod *faciendo elemosinam non canes ante te*
*tuba sicut ypocrite, sed nesciat sinistra*, hoc est,
inten*cio expectans retribucionem temporalem, *quid* 169ᵇ
*faciat dextra;* pars intencionis qua recte et pure
spiritualis retribucio perpetua pro alio seculo expec-
tatur et secundum quod ista plus adequantur cum
maiori caritate est maior elemosina in donante. Ex
quo patet cum veritate facti quod elemosine vocate
perpetue in maiori parte vel semper habent minus
de racione elemosine quam dande elemosine tempo-
rales. Nam taliter elemosinans deficit communiter in 1
discrecione dando magis egentibus, deficit secundo 2
in humiliacione credendo quod data sunt sua ad
ordinandum quomodocunque voluerit sine superiori
domino ipsum ut nudum servum suum et organum

Alms must be given 1. to the poor, 2. as a service to God, 3. without thought of worldly reward.

The founder of perpetual alms usually fails in all three points.

1. B: carencicia. A in marg.: Conclusio. Nota rectum modum elemosinandi (Below 169ᵃ without mark of reference). 8. A in marg.: Conclusio. 19. Codd. Matth. V. 34. A $A_1$: ut organum.

H 169b excitante, et demum communiter in elemosina tam corporali quam spirituali surrepit affeccio vane glorie vel boni utilis temporalis; et (si non fallor) oculus cesaris quodammodo infectus fuerat in hiis tribus. Quis rogo sciret docere quod cesar vel alius dominus secularis in fundando tam publice perpetuas elemosinas non intendit vane gloriam solempnitatis nominis sui et sui generis longis temporibus duraturam? Quod si illud preponderat intencioni dextere, faciendo elemosinas de alieno, peccat mortaliter.

I Et patet ad formam argumenti concedendo conclusionem et sequelam: Nam maxima elemosina in via est ut quis relinquat penitus civilem possessionem in mundo et ponat vitam presentem pro honore Dei et utilitate ecclesie dicente Christo Johannis XV, 13: *Maiorem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis;* talis ei dat omnia bona sua fortune et omnia bona sua naturalia, et cum *iusti sunt omnia,* patet quod in tali dacione fundatur elemosina largissima; et patet conclusio.

Those who live without property give alms best.

Quoad quantitatem muneris, quoad libertatem donacionis et quoad diuturnitatem temporis patet quod viventes exproprietarie religione perpetua faciunt elemosinas largissimas et ordinatissimas, quia primo miserentur anime sue placentes Deo, et secundo facientes spiritualia opera misericordie toti mundo ex vi communionis sanctorum plus ad honorem Dei prosunt ecclesie quam secularis accumulans quotlibet temporalia domui private secundum religionem preter evangelicam adinvente. Unde absit fidelem credere quod proporcionaliter ad quantitatem molis vel valoris donati in foro seculi attenditur quantitas elemosine donatoris, cum infinitum maiorem elemosinam contingit quantumlibet minus valere in foro seculi.

The worth of alms does not depend on their amount.

5. A in marg.: Conclusio. 11. A in marg.: Ad argumentum.
11. 12. A $A_1$: concedo conclusionem.

Tunc enim apostoli fecissent elemosinas nimis parcas, 169[b] I et mundiales extollerentur supra precipuos religiosos in merito, dareturque secularibus occasio ad inordinate querendum et ad inordinate retinendum bona fortune, ut in fine condendo grande testamentum dent grandem elemosinam abbathie vel clero, quia certum est quod proporcionaliter ad elemosinam vel opus misericordie viatoris est beatificandus in patria.

or the miser would be justified by a large bequest.

Unde logici cognoscunt quomodo data elemosina est alia maior; que alia est priori quantumlibet maior elemosina. Unde contingit quod potus aque frigide sit maior elemosina danti ex simpliciori * oculo et 169[c] maiori fervore caritatis, quam fuit dotacio qua Constantinus dotavit ecclesiam, vel elemosina qua rex terrenus fundavit grandissimam abbathiam. Nam nisi spirituale opus misericordie prevaleat corporali, stante isto cursu ecclesie, domini seculares forent nimis exaltati in celo et viri apostolici nimis mediocriter premiati.

*b)* We ought to give to the clergy what enables them to minister spiritually;

Et patet ad questionem qua queritur, cui seculares K darent elemosinas nisi clero; nam illis tenentur dare prudenter de quanto sustinerent eorum privilegia data a Christo, et continuarent eorum disposicionem ad rependendum elemosinas spirituales. Alias autem elemosinas darent corporaliter magis egentibus. Unde si ex ceca pietate et falsa misericordia nimis onerant clerum cum possessione civili, contingit eos ex hinc incidere in excommunicacionem et heresim racione ablacionis primevi privilegii concessi a Christo suis discipulis, ut meminit Canon XXII[a] d. *Omnes*. Et ita concedo quod dotacio ecclesie fuit altrinsecus meritoria, sed dotacio ac status in quo Christus ipsam

all beyond should be given to the poor.

7. A in marg.: Conclusio. 10. B: purior quantumlibet. A in marg.: Nota. 16. B: prevalet. 20. A in marg.: Conclusio. 30. B in marg.: Ecclesie dotacio fuit meritoria.

30. Decr. I pars, d. XXII, c. I.

K 169[c] instituit fuit perfeccior. Unde verisimile est quod multi ex defectu serpentine prudencie in ista elemosina ecclesie altrinsecus sunt dampnati; diuturnior autem elemosina est breviori prestancior, sed nemo dicit quod diuturnitas elemosine penes formam diuturnitatis expresse in cartis regulariter attendatur, cum stat elemosinam horalem de correpcione fraterna manere perpetuo in fructu, ubi elemosina cartalis sub nomine perpetuitatis expressa extinguitur infra annum tam in substancia elemosine quam in fructu. Sic ergo dans prudenter, ferventer et paulative elemosinas continue plus crescit et superaddit elemosinas quam ceteris paribus faceret sub signo elemosine perpetue dando simul, quia fervor caritatis et vigil custodia rectificande elemosine forent meritorius conservata.

3. Objection: Perpetual alms profit most, because they make the clergy secure to perform their duty.

Tercio principaliter arguitur per hoc quod elemosina debet sic dari, ut generi secularium elemosinanti accresceret maior utilitas et generi cleri elemosinandi accresceret plus excitativa securitas ad vigilanter perficiendum officium clericale; sed quis dubitat quin hoc contingeret sub forma dotacionis perpetue? Ergo illa est dotacione temporali prestancior.

Answer: This is a mere assumption, temporary alms would enable them much better to do their duty.

Hic dicitur quod verum assumitur, unde pro minori quilibet christianus debet credere quod in temporalibus dotacio temporalis excluso signo perpetuitatis humane elemosine foret undiquaque perfeccior: et patet defectus consequencie. Unde pro declaracione prime partis maioris assumpte patet eius veritas ex dictis, cum talis elemosinacio foret factis Christi et apostolorum conformior, et per consequens elemosinanti utilior. Unde Act. III° legitur quomodo possessores agrorum vendebant et ponebant ante pedes apostolorum, non ut hereditarie vel perpetue possiderent, sed ut divideretur singulis prout cuique opus

16. A in marg.: Contra. Tercia obieccio. 23. A in marg.: Responsio. 31. B: quomodo possessiones.

In the primitive Church there were no foundations, but immediate distribution.

erat. Nec solum servata est illa forma elemosinandi 169c K in Judea, ubi Deus scivit apostolos non perpetuo permansuros, sed * in Asia, in India, in Ethiopia et 169d ubicunque terrarum christiani conversi sunt et presbiteri constituti; sed indubie illi ex maiori fervore caritatis, ex maiori prudencia ac simplicitate quam nostri succedentes qui sub forma dotacionis perpetue dabant sua et magis quieta, ac in pace Christi plus firmata est ecclesia illa primitiva conversa quam fuit nostra ecclesia cesarea sic dotata.

Unde illud magnum scisma factum per Sergium L monachum sicut et illud *scisma quod hodie pullulat* per duos pseudomonachos cum aliis particularibus divisionibus in ecclesia causata sunt ex insaciabili affeccione cleri ad temporalia, quam nisi occasione dotacionis cesaree verisimiliter non haberent. Si enim non esset ista dotacio, non sic contenderent pro primatu, cum circa preeminenciam servilis humilitatis non fit contencio.

Quarrels and wars would end if the Church kept Christ's privilege of poverty.

Immo ut probabiliter creditur tota dissensio inter regna et gentes diversarum sectarum exoritur propter omissionem culpabilem consiliorum ac privilegiorum que Christus instituit clero suo. Nam si omnes redditus quibus in christianismo dotatur ecclesia, forent inter seculares dominos distributi et clerus ostenderet in se concorditer ac efficaciter contemptum seculi ac tercio predicaret laicis vigilanter de fallaci affeccione temporalium pro momento quo peregrinamur a domino, et quomodo instantaneum seculare desiderium inducit dampnacionem perpetuam, brevis autem mundi contemptus preparat efficaciter ad beatitudinem conse-

11. A in marg.: Nota. 20. A in marg.: Conclusio.

11. Sergius III. (897—904). Comp. Gregorovius, Gesch. der Stadt Rom im Mittelalter III, 242 *hodie*; id est, 1378; per duos pseudomonachos scil. per Urbanum VI et Clementem VII.

L 169[d] quendam, tunc cessarent bella in christianismo, vel simpliciter vel in parte, et disponeretur ecclesia Christi ad conquirendum armis virtutum populum infidelem. Sic enim fuit tempore apostolorum, quando expropriectarie pure secundum Christi consilia vixit clerus, sed commixtus sinistris tradicionibus humanis cum dexteris Christi consiliis, vinum in quo inebriaretur ecclesia est limphatum et genus nervorum caritatis ecclesie debilitatum et sine custode zizannium discordie undique seminatum.

The Church is disordered when the clergy encroaches upon the work and reward assigned by God to the laity.

M Cum enim corpus ecclesie sit limitatum a Deo, quibus cibis et qualiter secundum partes dispares pasceretur, Deus sicut tribuit commensurale alimentum spirituale per prelatos distribuendum fidelibus, sic dat escam corporalem parciendam per activos tam predicatoribus in agro quam contemplatoribus in lecto. Ideo usurpantibus illis violentis officium et consumentibus inordinate eorum pabulum necesse est totum corpus ecclesie esse inordinatum ex defectu observacionis ordinis suarum parcium. Si enim fit bolismus in homine et breviter quocunque membro secundum appetitum caninum contra regulas virtutis regitive trahente alterius nutrimentum vel occupante alterius membri officium, fit in toto corpore discrasia. Si enim viator haberet vermem in stomacho qui consumeret nutrimentum membrorum, quomodo servaretur sanitas et valitudo eorum? Sic si sacerdotes Baal cum uxoribus et filiis consumunt mendaciter per meatus 170[a] nocturnos ⁂ et subterraneos bona plebis, patet littera Danielis XIV°: sic autem est in corpore ecclesie cuius virtus regitiva est patris sapiencia; et leges eius, ut mandata atque consilia, sunt privilegia singulariter membris ecclesie officium operandi et nutrimentum limitancia, ut membra superiora debent pasci precipue spiritu animali et regere ac movere membra supposita;

13. A in marg.: Nota. 17. Violentis; recte: violenter. 24. B: discrusia.

quod si dislocantur et innaturaliter pascuntur, necesse 170ᵃ M est ut in aliis membris fiat discordia.

All the evils in the Church spring from worldliness.

Unde credo quod nunquam in corpore ecclesie cessabit simpliciter bellum, dolus atque contencio, antequam cleri dislocacio, secularis officii usurpacio, et per consequens officii speculatoris omissio sit per virtutem regitivam ecclesie restituta; in tanta namque armonia constituta est pars mundi superior quod secundum Commentatorem una stella addita celo vel moveret cum fatigacione et pena, vel simpliciter non moveret; et multo magis in regno celorum quod est ecclesia contrariacio superiorum suo motori facit quod tota ecclesia fatigabiliter sit turbata. Tota autem contrariacio stat in hoc quod bona temporalia plus bonis perpetuis sunt amata. Ideo ve illis qui stulte faciunt in affeccione pastorum temporalia spiritualibus anteponi.

The security that comes of endowments is a false one.

Si autem prelati sint magis avari, honoris mundani plus cupidi, plus viventes secundum fastum seculi, per bella excitata de bonis pauperum ad vindicandum proprias iniurias amplius secularibus insistentes, et (quod periculosissimum est) sub pallio sanctitatis quicquid perpetraverint fuco adulterandi verbum Dei sophistice defendentes, quomodo cum isto circulo quinarii stabit regnum? Scio quod in ista rota currus diaboli seducerentur (si fieri potest) eciam electi, et non sic preparatur ad hic augendum populum domini sed satellitum Antichristi.

Et quantum ad secundam partem assumpti, patet N quod infideliter vendicatur a clericis in talibus dotacionibus a mundo securitas; nam carta evangelii quam Christus concessit non potest deficere. Unde Matthei VI°, 25, precipit clero suo *ne sit sollicitus*

3. A in marg.: Nota. 18. A in marg.: Nota quinque. 21. 22. B: et per quod. 27. B: hoc augendum; $A_1$: sic agendum. 29. B: terciam partem.

N 170a *quid manducabit vel bibet, aut quomodo induatur,* sicut solliciti sunt viventes gentiliter, quia, ut arguit per locum a maiori: Si Deus *providet pastum volucribus celi et tegumentum liliis agri,* quanto magis domesticis fidei? Si enim tempore legis veteris quando minus suadebatur elemosina, Psalmista dicat, Psalmo XXXVI°, 26: *Junior fui, etenim senui et non vidi iustum derelictum nec semen eius querens panem,* quanto plus hodie? Tollat ergo clerus offensam domini non declinando a lege sua, sicut communiter facimus affectando inordinate voluptatem et curiositatem, et non est compossibile quod ad deterioriacionem desint nobis necessaria vite nostre, quia Matthei VI°, 33, dicit veritas: *Querite ergo primum regnum Dei et iusticiam eius, et hec omnia adicientur vobis.* Privilegium autem Christi concessum Luce X°, suis discipulis est securius quam carta vel concessio mundana, cum dominus mundi qui mentiri non poterit
170b sic precipit: *In quamcunque domum intraveritis* * *ibi manete edentes et bibentes que apud illos sunt.* Sed debemus cavere sollicite ne amittamus hoc privilegium per abusum, quod fit quando contra regulam et vitam apostoli sumus hospitibus onerosi. Quomodo ergo stat cum fide et religione christiana quod clerus confederatus et obligatus mundo per cartas plus confidit in dotacione cesarea quam divina, cum Luce XXI°, 34, precipiat ut caveamus *a crapula et curis seculi.* Et patet ex fide scripture quomodo observantes ordinem illum preposterum sunt insecurissimi quoad homines et quoad Deum. Oportet enim primo quod originetur in Deo securitas que non potest fundari nisi in observancia legis sue. Et

The true security depends on the promise of Christ who commanded us not to be careful for these things.

9. A in marg.: Conclusio. 16. A in marg.: Nota privilegia a Christo concessa. 27. A in marg.: Conclusio. 29. A $A_1$: servantes ordinem.

3. Matth. VI, 26—28. 19. Luc. IX, 4.

hec racio quare Deus ad abstergendum cecitatem 170$^b$ N
mundanam ab oculis mentis nostre ordinat nunc
translacionem regnorum in qua extinguitur cleri
mundana securitas, nunc permittit predones, fures,
incendium vel alium eventum fortuitum evenire. Unde
tollantur temporalia in quibus seculares clerici pre-
postere confidebant, et nunc tercio permittit dissen-
siones oriri inter partes, tollens seculi potentes de
medio per quod coniectura providencie humane eciam
in superioribus ecclesie sepius est cassata.

*This false security hinders Christ's priests from warning the people.*

Ulterius consideret Christi discipulus si ista vocata 1
mundana securitas assecurat altrinsecus elemosinatores
ac elemosinatos de accepcione operum misericordie
quoad Deum. Nonne ista mundialitas retardat Christi
presbiteros, ut ascendant ad speculam scripture in
qua possent omnia pericula ecclesie a mundi principio
usque in finem premuniendo ecclesiam speculari (ut
notat scriptura Jeremie XXXI° et Ezechiel XXXIII°)?
Notet secundo si ista copiosa mundana securitas 2
facit istos speculatores sompniferos et ignaros ad
ista pericula ecclesie previdendum, illos autem facit
timidos ad pericula dampnacionis populi predicendum,
et alios qui forent altilia facit reptilia, indispositos
ad orandum pro subditorum salute, inter Deum et
populum mediando, vel ad merendum sibi et aliis
sacramenta ministrando vel evangelium predicando.
Unde notaremus parabolam Christi, Luce XII°, ubi 3
precipit cavere ab omni avaricia, quia non in diviciis
cuiusquam vita eius est, sicut probat de quodam
divite, sollicitante se circa inhorreacionem bonorum
suorum, et eadem nocte fuit anima eius rapta per
demones. Cogitaremus insuper illud Ezechielis XVI°, 49:
*Hec fuit iniquitas Sodome, sororis tue, superbia,* 4
*saturitas panis et habundancia et ocium*, que qua-

11. A in marg.: Nota bonas consideraciones. Nota contra securitatem dotacionis. 34. A $A_1$: odium.

O 170[b] tuor si sint in clero occasione dotacionis, imminet exinde periculum. Si autem occasio sit data vel accepta per accidens ex tali dotacione perpetua, ubi temporalis elemosinacio foret securior, patet periculum tam in elemosinante quam elemosinato isti seculari ritui innitendo. Deus autem necessitat divites huius seculi, ut continue ministrent clero in vite necessariis, quantum de clero est necessarium ecclesie militanti.

Et patet quod non est securitas domino seculari elemosinam suam taliter impertiri, cum veritas precipit sibi Luce XVI, 9, *ut faciat sibi amicos de mammona iniquitatis,* non autem spirituales et periculosissimos inimicos. Sed Matthei X, 36, dicit Christus: *Inimici eius, domestici eius.*

170[c] Nulli * enim plus subdole faciunt scisma in sancta matre ecclesia tamquam magis periculosi heretici quam illi qui videntur esse capitales ecclesie induti vestibus ovium. Unde quamvis tam de laicis quam de clero sint multi heretici, ut patet de tribus personis prescitis que relinquentur in finali iudicio (de quibus Matthei XXIV, 1), periculosior et communior heresis pululat in clero, cuius (ut alias exposui) sunt tres gradus.

The most dangerous heresy is common among the clergy and in three degrees:

P Primus est quando in clero quis aspirat ad dignitatem ecclesiasticam symoniace pocius propter questum et fastum cum eis sequentibus quam meritorium officium spiritualiter serviendi. De ista heresi loquitur decretum $I^a$, q. I, sub auctoritate Gregorii sic dicentis: *Fertur symoniaca heresis que prima contra ecclesiam Dei diabolica supplantacione surrepsit et in ipso ortu suo zelo apostolice ulcionis percussa atque dampnata est, in regni nostri finibus dominari.*

1. Clerks aspire to office in the Church for worldly ends;

9. A in marg.: Conclusio. 13. A in marg.: Conclusio. 15. A in marg.: Conclusio. 21. A $A_1$: XXIV: deest. 24. A in marg.: In clero. A B in marg.: Nota tres gradus heresis.

28. Decr. II pars, caus. I, q. I, cap. XXVIII.

Tales enim hereticos debet superior in ecclesia et 170c P precipue verus Christi vicarius extirpare; omnis enim symoniacus est hereticus (ut patet $\text{I}^{a}$, q. I. *Quisquis*). Nec videtur apcior destruccio huius heresis quam tollere proprietatem temporalium gracia cuius est talis dignitas symoniace affectata.

2. The clergy spend money wrongfully or hoard it;

Secundus gradus heresis a prelatis venandus et ab utroque brachio destruendus est, cum persona dotata ecclesie, que debet esse procurator, non dominus elemosinarum datarum pauperibus, ut patet in principio capituli huius et libro III Decretalium, *De Donacionibus*, $\text{cap}^{o}$: *Fraternitatem*, cum, inquam, talis expendit bona ecclesie prodigaliter in pompa seculi vel consumit ipsa in cognacione vel affeccione carnali, aut tercio detinet thesaurum pauperum avare affeccione terreni commodi, tunc est periculosus hereticus sed periculosissimus persona conventualis istis condicionibus heresis maculata. Patet ista heresis, ymmo antechristiana vesania ex dicto beati Gregorii posito in decretis $\text{XVI}^{a}$, q. VII, sic dicentis: *Pervenit ad nos fama sinistra quod quidam episcoporum non sacerdotibus proprie diocesis decimas atque christianorum oblaciones conferant, sed pocius laicalibus personis, militum videlicet sive servitorum vel (quod gravius est) eciam consanguineis. Unde si quis amodo episcopus inventus fuerit huius divini precepti transgressor, inter maximos hereticos et pessimos antichristos non minimus habeatur, et sicut Nicena synodus de simoniacis censuit, et qui dat episcopus*

7. A in marg.: Secundus gradus.

3. Decr. II pars, caus. I, q. I, cap. V. 11. Decretal. Greg. IX lib. III, tit. XXIV, c. II. 19. Non ex dicto beati Gregorii sed pocius Gregorii VII, vide Decret. II p., caus. I, q. III, c. XIII et XVI, q. VII, c. III. Vide notam Friedbergii, corp. i. c. I, 417. Hunc errorem et Johannes Hus (Opp. I, $194^{a}$) recepit.

P 170c *et qui recipiunt ab eo laici, sive pacto sive beneficio, eterni incendii ignibus deputentur.* Et multo magis communitas que debet esse religiosior et est in isto peccato pertinacior et antichristus profundior, cuiusmodi forent religiosi, viventes seculariter, distribuentes bona pauperum cognacioni sue, ut fiat mundo inclitus, militaribus atque iuridicis, ut defendant suos redditus, et (quod foret pessimum) si darent cognacioni sue carnalibus et famulis inhabilibus presentacionem ad beneficia ecclesiastica virtute iuris patronatus. Et omnia ista innuit beatus Gregorius.

3. Priests receive the endowments but do not repay them with service.

Q Tercius gradus clericalis heresis est, cum sacerdos occupat statum et bona ecclesie sine hoc quod rependat debitum ministerium ad quod pretextu elemosine et acceptacionis solempnis officii obligatur; talis autem 170d ut * sic excommunicatur a domino, quia si laicus excommunicatur ab homine, eo quod iniuste detinet decimas vel elemosinas debitas sacerdoti, multo plus sacerdos excommunicatur a domino qui iniuste post maiorem obligacionem detinet spirituales elemosinas subditorum. Obligacio, inquam, est maior, cum non licet sibi elemosinas spirituales subtrahere eciam subdito subtrahente elemosinas corporales. Sacerdotes enim Christi debent benefacere persequentibus et diligere inimicos, et iterum subtraccio spiritualis elemosine est periculosior, cum minatur perpetuam perdicionem corporis et anime, sed neutrum tam evidenter subtraccio elemosine corporalis. Unde Jeremie XLVIII°, 10 dicitur: *Maledictus qui facit opus domini fraudulenter*; et multo magis est maledictus qui recipit onus ducatus gregis dominici, quem vel proditorie ducit in precipicium, vel fraudulenter omnino subtrahit ministerium, de quo dictum est libro VI°,

1. In decret. leges: sive precio sive beneficio. 4. A $A_1$: pertinacior — vivente deest. 5. A $A_1$: particulariter distribuentes. 12. A B in marg.: Tercius gradus.

cap. XX$^{o}$ et tribus sequentibus. Omnis autem excommunicatus eciam rite ab homine est hereticus, et evidencius omnis excommunicatus a Deo. Unde IV$^{a}$, q. I *Quod autem,* sub auctoritate secunde synodi Nicolaus papa sic loquitur: *Hereticos, inquiunt, dicimus tam eos qui ab ecclesia olim proiecti sunt, quam qui post hec a nobis anathematizati sunt. Porro si adhuc nec sic credatis, audite. Preter hos autem aiunt et eos qui fidem simulant confiteri scismaticos esse et eos qui seorsum a comunicantibus nobis episcopis collectas faciunt. Demum vero, et si quidam ab ecclesia super causis quibusdam reprehensi sunt et proiecti et excommunicati, sive ex clero sive ex laicali ordine. Dicimus omnes huiusmodi hereticos atque scismaticos.* Unde glosa dicit ibidem quod omnis excommunicatus est hereticus, et allegat decretum, XXIII$^{a}$, q. IV$^{a}$, *Ipsa pietas,* et XXIV$^{a}$, q. III, *Illi.* Et concordant dicta de heresi libro VI$^{o}$. Omnis enim vel peccans mortaliter est ut sic divisus a communione sancte matris ecclesie quod sonat hereticus. 170$^{d}$ Q

It is heretical to infringe the privileges of the Roman Church and law-breakers do this.

Item, omnis qui nititur auferre privilegium Romane ecclesie est ut sic hereticus; quod dissipantes legem de sacerdotum officio maxime faciunt in effectu. R

Item, tales periuri sunt nedum, quia negant fidem quam Christo promiserant in baptismo, in recepcione sacerdotalis ordinis et in recepcione illius officii, sed iurati sunt specialiter ad defendendum et retinendum (quantum sufficiunt) iura Romane ecclesie et regulas sanctorum patrum (ut patet III$^{o}$ Decretalium *De Iure*

1. A in marg.: Conclusio. 1. A in marg.: Omnis rite excommunicatus eciam ab homine est hereticus. 5. A A$_{1}$: Hereticos inquam; B: inquit; recte inquiunt, sicut in decret. supra memorata et infra: preter hos "aiunt". 8. In decret.: audite quod subditur. 14. B: dicamus omnes.

3. 4. Decr. II pars, c. IV, q. I, cap. II. 30. Decr. Greg. IX, lib. II, tit. XXIV, c. IV.

R 170[d] *Iurando. Ego episcopus*). Quod si in isto contra Romanam ecclesiam incurrunt periurium, quomodo non papa primus divideret eos a sua ecclesia cui tam proditorie sic illudunt? Heresis ergo symoniacorum in ingressu non per hostium, in progressu quo prodigaliter consumunt bona pauperum, et maxime in omissione debiti officii curatorum videtur inficere tam ecclesiam quam Romanum imperium.

---

## CAP. XIV.

Two doubts to be solved: 1. Whether the endowment of the Roman Church is consistent with the faith.

A 171[a] * Antequam respondeam ad magistrales obiectus, sunt duo dubia breviter transcurrenda. Primo, quomodo stat cum fide scripture dotacio Romane ecclesie. Videtur enim ex multis dictis superius expresse innui quod non sine gravi peccato altrinsecus potest tale privilegium temporale contra Christi privilegia introduci. Sed videtur probabile (ut alias sepe dixi) quod illa dotacio sicut et particularium ecclesiarum possunt sic racionabiliter colorari, quod seculares domini videntes quod vita expropriętaria qualem Christus et sui apostoli vixerant est seculari ac civili conversacione perfeccior, et sic ad exonerandum eos, ad accumulandum eis meritum, ad multiplicandum milites Christi qui distrahant mundum a vita mundana, cum talis sit ad multiplicandum religionem Christi habilior, dederunt titulo elemosine suum seculare dominium, non ut sacerdotes Christi civiliter aut seculariter dominentur, sed ut servantes humilitatem, paupertatem et penalitatem priorem fideliter ministrent pauperibus elemosinas ad hoc datas, ut vel sic distraheretur mundus a conversacione civili et ritu quem

Probably in its first intention it was directed to help the clergy to minister more effectually;

8. imperium; in cod. A sequitur: Myly Czechowe, id est: Carissimi Bohemi. 10. A in marg.: Materia pro dotacione ecclesie (Above 171[a] without mark of reference). 16. A in marg.: Responsio.

and otherwise it is certainly not consistent with Christ's religion.

ante Christum observaverant mundiales. Nec credo 171a A quod ista condicione dimissa nec secularium dotacio nec cleri Christi admissio cum religione Christi sit compossibiliter sustinenda; talis autem dotacio, sonans in puram et perpetuam elemosinam, utrimque est a tota trinitate auctorizabilis et fundabilis in scriptura.

Modern prelates say that Christ was ruler over the world and they inherit his rights (as vicars).

Sed hic recalcitrant moderni prepositi, dicentes quod licet eis civiliter ac seculariter dominari, et quod secularis dominacio fuit iurepoli debita Christi vicariis, cum Christus dominatus fuit seculariter toti mundo. Unde (ut inquiunt) Constantinus non dotavit ecclesiam, sed illud dominium quod ipse ac predecessores sic occuparunt tyrannice, humiliter et debite diviserunt, unde Christus, Petrus, Clemens et alii precedentes beatum Silvestrum habuerunt ius plenum ad totum imperium, sed non erant in possessione ante concessionem humilem Constantini.

This is a great heresy:

Et inter omnes hereses dissipantes religionem B christianam et fidem scripture hec est una precipua.

1. as contrary to Christ's teaching;

Primo, inquam, claudicat in hoc quod dicit Christum habuisse ius ad dominandum civiliter, cum conversacione et sermone secundum testimonia sanctorum doctorum exponencium fidem evangelii docebat oppositum. Ipse enim dicit Luce, IX°, 58: *Vulpes foveas habent et volucres celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.* Super quo dicit venerabilis Beda super Lucam lib. II°, c. IV°: *Quid me propter divicias et seculi lucra cupis sequi, cum tante sim paupertatis ut nec hospiciolum* * 171b *quidem habeam et non meo utar tecto?* Et ad istum sensum illud exponitur a beato Jeronymo nec contrarie ab aliquo sancto (ut alias explanavi).

1. A in marg.: Contra dominacionem civilem cleri (Below 171a without mark of reference). 7. A B in marg.: Opinio heretica. 24. In codd.: Luce VIII. 27. A in marg.: Beda. 29. A: ut nec; sequitur lacuna. $A_1$: meum hospiciolum.

27. Beda in Lucae evangelium Opp. tom. V, pag. 262.

B 2 Item, si Christus et sui apostoli habuissent ius ad He and his apostles refused all civil power.
171[b] civiliter dominandum, et faciliter ex oblacione mundi potentum possent fuisse positi in possessione pacifica, ut patet de Evangelista et aliis sanctis: sequitur quod ex desidia fuissent valde culpabiles, cum possent ita faciliter quesivisse ius sibi et sue ecclesie et excusasse sibi iniuriantes a sua intrusione. Hoc autem est contra evangelium Luce XXII[o], ubi decidens questionem de maioritate inter apostolos dicit quod opposito modo se habet ad ritum gentilem, cum maioritas inter eos attenditur penes maioritatem servicii ex humilitate maiori. Ex quo I[a] Petri V[o], 3, capit ipse pro principio quod sui clerici *non sint dominantes in clero.*

3 Item, illud est expresse contra iura canonica, cum 2. It is against the canons.
sub auctoritate Augustini, distinccione VIII[a], canon sic loquitur: *Quo iure defendis villas ecclesie, divino vel humano? Divinum ius in divinis scripturis habemus, humanum ius in legibus regum. Unde quisquis possidet quod possidet? Nonne iure humano? Nam iure divino domini est terra et plenitudo eius. Pauperes et divites una terra supportat. Iure ergo humano dicitur: Villa hec mea est. Tolle,* inquit, *iura imperatoris et quis audet dicere: Villa hec mea est, meus est iste servus, mea est hec domus? Si autem ut teneantur ista ab hominibus, regum iura fecerunt, vultis reticeamus leges ut gaudeatis?* Unde infra, XCVI[a] distinccione, *Constantinus,* incorporat ecclesia cartam cesaris sub forma qua dotavit ecclesiam. Cum ergo lege scripture, lege sanctorum doctorum et iuris canonici non sit fundabilis secularis dominacio cleri

18. 19. A $A_1$: scriptumhabemus; B: scriptis; Corr. e canone. 20. A $A_1$: possideret.

16. Decr. I pars, dist. VIII, c. I. 28. Dec. I pars, dist. XCVI, c. XIV.

Christi, qua temeritate sompniarent discoli istam 171b B blasphemiam?

If Christ could not rule civilly, how can his servants do so?

Ideo (ut sepe diffuse exposui) Christus non potuit 4 dominari civiliter, quomodo ergo doceret servos imitatores precipuos taliter dominari? Nonne dicit Apostolus, IIa Corinthiorum, VIII°, 9, quod *pro nobis* inops et *egenus factus est*? — Nonne recitat apostolus Thymotheo suo coepiscopo I, Tim. VI°, 8: *Habentes*, inquit, *alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus*? Si ergo sit blasphemia imponere Christo quod sibi non potest conpetere, et (ut sepe ostendit dominus Ardmacanus) non potest competere Christo dominacio civilis, cum trahit secum de natura rei peccatum veniale, qua fronte presumeret fidelis imponere redemptori suo istam blasphemiam, specialiter cum nec ex scriptura veteris testamenti nec novi sit fundabilis talis dominacio cleri Christi? Si enim sit fundabilis dicas ubi? Et cum non sit contradiccio in scriptura sacra, oportet tollere leges veteris testamenti et novi que sonant in oppositum, ut patet de illis legibus allegatis hic et proximo capitulo. Ymmo cum leges ut plus * necessarie sunt in 171c scriptura sacra clarius expressate (ut patet IV°, De Doctrina Christiana), magnum defectum imponeret sic opinans auctori scripture quod nullibi exprimit dominacionem illam tam necessariam sue ecclesie.

Christ could not rule either in his godhead or his manhood: not as to his godhead, which cannot be involved in active life;

Item, Christus non potuit dominari civiliter secun- 5 C dum deitatem nec secundum humanitatem, ergo non potuit dominari civiliter quoad deitatem. Non est dubium fideli, cum secundum illam non potest esse activus viator proprietarius vel pars populi; nec secundum suam humanitatem, sive solus fuerit homo, sive in puro statu innocencie cum toto suo genere, sive post lapsum ipso posito capite ecclesie ut est modo, duobus modis prioribus non foret civilitas, nec tercio modo foret ipse tam proprietarius. Pro cuius

8. A: ad Tim. 27. A: deitatem deitatem; $A_1$: divinitatem deitatem.

C 171c declaracione suppono dictum beati Gregorii, XXXIII° Moralium, cap° primo, super illo Job XIX°, 25: *Scio quod redemptor meus vivit. Sciendum,* inquit, *est quod redemptor unam personam se cum sua ecclesia quam assumpsit exibuit; de ipso enim dicitur: Qui est caput Christus. Rursumque de eius ecclesia scriptum est: Et corpus Christi quod est ecclesia.* Et sequitur quod Christum et ecclesiam unam personam credimus, hoc eciam unius persone actibus signari videamus. Ista fide supposita arguo sic: Non est possibile quod Christus, sponsus ecclesie, faciat vel habeat quicquam humanitus nisi secundum communicacionem tocius sue ecclesie, quia aliter esset sponsus ingratus sponse sue, cum sit personaliter sibi ydemptificatus, sed quelibet tanta communicacio excludet proprietatem civilem; ergo non est possibile quod Christus sponsus ecclesie vivat secundum proprietatem civilem. Et hec est racio quare Christus amavit bona communia et Apostolus tantum reprobat eos qui *querunt que sua sunt.* Unde Christus nunquam comedit, dormivit vel quomodolibet se habuit humanitus, nisi prius intendendo profectum tocius ecclesie militantis, dormientis et triumphantis, eciam plus quam profectum proprium sue humanitatis. Sed quis diceret personam hominis ut sic proprietarium civilem? Et istum articulum fidei ignorarunt primo apostoli, quando dixerunt: *Magister manduca,* et ille: *Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis,* Johannis IV°, 31, 32. Et super ista racione fundata est primeva apostolorum religio, vivendo exproprietarie, postposita vita et occupacione seculari vel civili.

not as to his manhood, since he is one with his spouse, the Church, with whom all would be shared.

6 Item, supposita veritate opinionis predicte, sequitur cum veris quod Constantinus post dotacionem ecclesie remansit hereticus sicut et omnes succedentes domini seculares; quod repugnat approbacioni ecclesie. Et

If the prelates are right, Constantine and all later emperors were heretics,

2. A in marg.: Christus et sua ecclesia sunt una persona.

consequencia probatur, supponendo tamquam datum falsigraphi quod de iure debetur pape, Christi vicario et clero suo tota civilis dominacio huius mundi. 171[c] C

since they only handed over a part of what was due and kept back the rest.

Et arguo sic: Ad hoc quod debitor vel iniuste D aliena detinens sit absolutus quoad Deum, oportet quod plene satisfaciat, sed·sic non fecit Constantinus, cum medietatem imperii sibi retinuit. Cum ergo illa medietas fuit tantum debita sicut medietas occidua restituta, videtur quod remansit in debito sicut prius, nam secundum Augustinum, Epistola XXXVII[a], *non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum.* Unde (sicut dixi in materia De Privilegiis) Deus non * 171[d] potest remittere vel licenciare debitorem, ne satisfaciat, et hinc dixi periculosum esse quod quis auctorizet vel foveat sufficientem fugitivum, ne solvat creditori debitum corporale, dicente Augustino in supradicta epistola ad Macedonium: *Illud,* inquit, *fidentissime dixerim, eum qui pro homine ad hoc intervenit, ne mala oblata restituat, et qui ad se fugientem, quantum honeste potest, ad restituendum non compellit, socium esse fraudis et criminis.* Numquid credimus prepositum loci refugii posse honeste compellere fugitivum sufficientem, ut vel exeat locum tamquam eius violator, vel quod satisfaciat secundum quantitatem apportati vel sufficienciam fugitivi? Illa enim foret honestas legi Dei consona, sed applausus movens ad detencionem iniustam, et specialiter gracia participii foret diabolica facesia. Ideo (ut sepe dixi) vel oportet negare fidem scripture, racionem et sanctos doctores, vel dicere quod talis defensio sapit hereticam pravitatem. Et idem videtur supposita opinione predicta de dominio cleri Christi; cum enim taciturnitas

8. A $A_1$: fuit — medietas: deest. 10. A in marg.: Augustinus. 28. A: facessia. A in marg.: Tenentur male ablata restitui (Above 171[d] without mark of reference).

10. Epistola (CLIII) ad Macedonium Opp. tom. II, pag. 532.

D 171[d] huius sit consensus, consensus autem talis est cum facilitate eque dampnabilis, videtur quod sic opinantes, ex hoc quod sic tacent dicere ius suum et iniuriam in qua dampnabiliter indurantur domini temporales, peccant mortaliter. Nec valet eis fingere quod beatus Silvester remisit Constantino residuum, quia (ut ista secta credit tamquam principium) non licet Christi vicario vel clero suo vel alienare vel cedere iuri patrimonii crucifixi, sic videlicet quod tam illud quam sibi equivalens sit simpliciter extra possessionem civilem cleri Christi.

*and the Popes have by consent shared in their sin.*

E 7 Item, nec est privilegium nec dos nec possessio adquisita Christi vicario nisi pro qua caput Christus fuerat crucifixus, sed Christus non fuit tanta passus pro dotacione civili vel seculari sue ecclesie clericorum, ergo talis dotacio vel dominacio civilis non est pure clero Christi conveniens. Assumptum patet ex hoc quod Christus meruit humano generi totam graciam et omnia ad ipsam consequencia que haberet, sed iuxta alibi dicta sine gracia et caritate non est simpliciter iusta possessio; ergo nec dos nec privilegium inest clero Christi, nisi quod Christus sibi meruit paciendo; nec credo fidelem contradicere huic sentencie: nam omnes patres veteris testamenti, omnes gentiles post et ante qui vel erant iustificati vel salvati, hoc obtinuerant merito fidei et passionis Christi, cum aliter fuissent dampnati nec unquam ab originali peccato purgati et per consequens nunquam iustificati moraliter.

*Christ did not die for worldly gain, but all the clergy receive from him was won by his passion;*

Nec dubium theologo qui noscit quomodo homo intendit, meretur vel emit aliqua principaliter et aliqua secundarie, accessorie vel confuse, quin Christus, sicut passus est pro redempcione tocius ecclesie, sic et pro redempcione cuiuslibet membri sui et pro quolibet bono sibi utili ad hunc finem. Si enim dici-

16. A B in marg.: Nota pro quibus Christus passus est. 27. 28. B: iustificati mortaliter.

mus quod iustus amat omnia, quod sacerdos rite ex- 171[d] E communicat pro decimis et quod homo emendo equum emat quamlibet partem * eius emibilem, Christus 172[a] ergo omnisciens emendo a patre totum genus humanum emit accessorie omne bonum sibi utile vel privilegium citra Christum. · Sic enim dicit Apostolus, Romanorum VIII°, 32, quod *proprio filio Deus non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo ergo non cum ipso omnia nobis donavit?* Ideo audenter assero quod vel dominacio cleri moderni est illicita, vel non licet excommunicare pro decimis, vel Christus crucifixus est pro dominacione illa sue ecclesie adquirenda; nec aliter est presumibile quod sponsa Christi vocaret dotem cesaream patrimonium crucifixi.

so unless civil rule was the object of his crucifixion the clergy have not received it.

F Nec valet fingere quod dominacio illa non sit privilegium sed lex communis, quia est lex privata diu post fundacionem ecclesie Christi concessa singulariter clero suo. Ideo patet ex descripcione privilegii quod sit sibi privilegium notabile pro hac vita. Sic enim purgacio mortuorum est privilegium sancte ecclesie quam tamen multi non appetunt. Minor autem argumenti sic ostenditur: Non fuit in Christo falsitas, dolus sive duplicitas, cum secundum Apostolum, II[a] Corinth. I°, 18, non fuit in ipso *Est et non,* sed fuisset cum paribus, si fuisset crucifixus, ut post clericatum sui imitatores seculariter dominentur. Ergo hoc non intenderat paciendo; ipse enim non potuit dominari seculariter sed vixit pauperem vitam summe exproprietarie; quod et docuit suos precipuos apostolos quos voluit esse exemplaria imitanda future ecclesie. Ipsis enim dixit quod haberent nolicionem possidendi aurum vel argentum, quod non diligerent mundum nec mundialia, sed quod omnino relinquerent cuncta

It is a mere fiction to say that such rule by the clergy is not a privilege, but common law.

9. A in marg.: Conclusio. Christus non ad hoc est passus, ut acquirat dominia clero (Above 172[a] without mark of reference). 15. A B in marg.: Ficcio.

F 172a que possident et tollentes crucem sequantur eum (ut patet Matthei X°, Luce XIV° et sepe alibi in evangelio).

Cum ergo in facto movit apostolos suos ad facto et conversacione interpretandum hec mandata secundum vitam expropriętariam et penalem, nec unquam innuit eis dominacionem civilem, fuisset nimis magnus seductor, si cum istis paribus dominacionem civilem pro statu cleri moderni intendebat ipsis adicere. Nam capitalibus exemplaribus in quibus dedit nobis potestatem et regulam vivendi precipit et monuit exemplando oppositum, nec est credibile quod desereret clerum suum, tacens omnino necessarium ad conversacionem ipsorum secundum suum beneplacitum regulandam; tunc enim fuisset omnino negligens et subdolus, sic quod omnes defectus nostros possemus in suam negligenciam racionabiliter retorquere; quod cum sit nefas dicere, credamus ex fide scripture et testimonio sanctorum doctorum quod in apostolis docuit totum genus cleri sequentis vivere pure exproprietarie de elemosinis corporalibus laicorum et pro mutuo nexu caritatis habendo, non minus obligavit clerum suum ad retribucionem elemosine spiritualis, sic quod clerici sint necessariores et digniores in ecclesia quam econtra, et plus indigent seculares clericis quam econtra, sicut spiritualis elemosina est prestancior corporali, et sic oportet quod laici mendicent elemosinas spirituales a clericis ad quarum retribucionem clerici amplius obligantur, sicut oportet ut clerici mendicent elemosinas corporales a laicis ad
172b quarum re * tribucionem multum valde sed non adeo laici sunt astricti, nec graviter feramus maioritatem obligacionis huiusmodi, quia hoc redundat in excellenciam clericorum.

Christ did not contradict himself, and he taught his apostles to live without property,

and to distribute spiritual alms.

21. A $A_1$: motuo nexu. 22. spiritalis in codd. sic et in pluribus locis sequentibus. 29. A B in marg.: Christus plus obligatur creature sue quam econtra et similiter sacerdos laico quam econtra (Above 172b without mark of reference). 30. A $A_1$: non deest.

Christus enim est plus obligatus creature sue quam 172b F econtra, cum ex lege sua eterna et titulo gracie prevenientis constituit se debitorem suis servis fidelibus, non ut solum daret eis bonum aliquod temporale, sed ut daret eis se ipsum in premium sempiternum; tantum autem non potest creatura beata domino obligari, et sic tenetur sacerdos rependere subditis spirituales elemosinas. Ideo (ut dixi proximo capitulo) deficiens a satisfaccione illius debiti gravius excommunicatur a domino, et per consequens periculosius cadit in heresim in tantum quod, si Deus per impossibile deficeret a debito ad quod se obligavit, graciose promittendo et meritum proficiendo, ipse foret summus hereticus. Nec feramus graviter quod quantumcunque nobiles quoad mundum ad tantum se humilient pro Christo quod deveniant elemosinarii pauperum subditorum, tum quia Christus nobilissimus recepit ad sui egenciam relevandam tam a viris secularibus quam a devotis feminis elemosinas corporales, tum eciam quia ex tali humiliacione et ministerii complecione crescit prepositi maioritas quoad Deum.

There should be no distinction of secular and regular, but all the clergy should live only on alms.

Sic ergo non est quoad hoc distinccio inter fratres, G inter possessionatos et inter curatos, viventes de decimis et oblacionibus, quin omnes debemus vivere exproprietarie de elemosinis laicorum et omnes debemus esse procuratores, non civiles possessores bonorum pauperum, iuxta preceptum Christi Matthei X°, nec potest conventualis conversacio vel solitaria aut prelacia maior vel minor tollere hoc debitum, sed omnes tenemur esse fideles dispensatores thesauri spiritualis vel corporalis domini secundum mensuram donacionis Christi; illi autem sunt superiores quoad Deum qui instar apostolorum plus deserentes mundum seminant efficacius verbum Dei. Unde ritus moderni

1. A in marg.: Conclusio. 22. A in marg.: Conclusio.

8. Vide supra pag. 296 et seq.

G $172^b$ isti maxime religioni supperadditi alios iuvando facilitant et alios retardando difficultant, sed utrobique qui ex maiori caritate plus defenderit et docuerit legem domini accepcior erit illi; *non enim est personarum accepcio apud Deum,* sed quicunque ex maiori caritate pro illo plus passus fuerit, magis penaliter vixerit et sponse sue magis profecerit, sibi accepcior erit.

*Religion itself, like alms, has been perverted,*

Ex istis potest speculator perpendere quomodo perversa est elemosinancium intencio, et per consequens religio Christiana, nam ubi donata sunt clero temporalia non ut civiliter dominentur, sed ut ecclesiastica elemosina serviliter dispensetur; non ut proprietarie splendidi vel seculariter conversetur; sed ut sine personarum accepcione, postposito affectu carnis et sanguinis, elemosina divitum magis egentibus ministretur; non ut clerus deses in spirituali servicio contendat seculariter pro primatu, sed ut vigilancius ex maiori beneficio intendat humilius quomodo se et suos subditos liberet a reatu. Sed iudicet considerans statum seculi, que istarum parcium est pocior hiis diebus; nam ad tantum invaluit oleum peccatoris quod, ubi dicerentur christiani ex oleo gracie et humili imitacione regis justicie, iam nimis multi sunt Antichristi ex diffusione olei regis superbie ad cuius probacionem a nominetenus sanctuario Christi incipite. $172^c$ Nonne vendicat * antipapa, vicarius Luciferi, quod debet super omnes imperatores, reges et principes seculariter dominari, et ob reverenciam ordinis sibi debet undique secundum modum seculi magis splendide ministrari; et ad hoc intorquet scripturam sacram et dicta sanctorum. Et idem vendicant multi eius discipuli, verecundantes vocari subditorum elemosi-

*and pride has taken the place of serviceable humility.*

8. A in marg.: Clerus debet esse fidelis dispensator elemosinarum et non debet dominari pompatice super illis (Below $172^b$ without mark of reference). 22. B: ex eo gracie. 23. A $A_1$: nam nimis.

26. sc. Robertus Gebenensis (Clemens VII.).

How ecclesiastical rule grew up.

narii sive servi, sed conversando excessive seculariter introducunt se dominos reciproce nominari. Nam in primitiva ecclesia dixerunt se regulariter esse servos, tempore vero Augustini propter dominacionem insolencium destruendo vicia vocati sunt domini. Sed hodie plane nituntur omissione et commissione in conversacione ostendere quod pretendunt se esse dominos seculares; quod cum repugnat legi Dei et ordini, patet quanta monstruositas foret ex heresi circa fidem scripture sacre in ecclesiam introducta. Corrigendi ergo sunt blasphemi qui denigrant (quantum in eis est) causam Christi martirii, scilicet quod mortuus est pro dominacione seculari suis clericis adquirenda. 172c G

St. Thomas died to maintain the right of rebuking kings and enforcing discipline in the clergy.

Et sic fingunt ingrati quod sanctus Thomas Cantuariensis obiit pro dominacione seculari ablata clero Anglie restituenda et dominacione civili habita confirmanda. Christus enim econtra mortuus est pro salvacione humani generis et ad docendum suos discipulos et specialiter clerum secularia desideria abnegare (ut dicit Apostolus ad Titum II°). Et sanctus Thomas mortuus est ad constanter corripiendum reges et dominos, ne precipitent clerum in officio seculari nec impediant quominus corripiatur a suo episcopo, et per consequens ad docendum episcopos nostre provincie ne ab ista correpcione, et per consequens a defensione privilegiorum et iuris ecclesie timore servili de amissione temporalium retrahantur. Et utinam sacerdotes superiores nostri regni addiscerent intellectu et affectu istam geminam leccionem.

Objection: All things belong to Christ and he has given all to his vicars.

Sed contra dicta arguitur per hoc quod omnia bona mundi sunt patrimonium crucifixi, sed totum suum patrimonium concessit Petro et eius vicariis: ergo illorum sunt omnia bona mundi, licet ergo eis super suo patrimonio dominari. H

2. A in marg.: Unde prelati ecclesie vocantur domini. 14. A in marg.: Ficcio. 30. A $A_1$: obicitur; A in marg.: Contra. Obieccio.

H 172c Hic concedenda est conclusio (ut alias diffuse exposui), nam *iusti sunt omnia* iure poli (ut docet Apostolus, Romanorum VIII$^{o}$, et Augustinus, epistola XXXVII$^{a}$, ad Macedonium). Unde clerici debent sequi patrem suum abiciendo dominacionem civilem, dominando pure evangelice ex titulo caritatis. Hoc enim habent exemplatum a Christo et aliud usurpant a cesare; quod si plus appreciantur imitari cesarem quam Christum, quis dubitat quin ex degeneracione perdunt utrumque? Potest ergo clerus habere quotlibet bona ex titulo elemosine ad supplendum suum officium et distribuendum pauperibus, et in hoc imitarentur Christum et eius apostolos, non autem in dominando civiliter, cum hoc foret oppositum in adiecto, et secundum istam racionem foret eis patrimonium crucifixi. Unde consideraremus ne blaspheme nominemus occupacionem bonorum Christi abutendo eis heretice (ut dictum est in fine proximi capituli) vel ne nominemus divicias secundum illam racionem patrimonium crucifixi. Si, inquam, sit patrimonium
172d crucifixi, faciamus * ut utendo eis ad similitudinem crucifixi imperciamur ea fideliter membris pauperibus crucifixi, ut demum participemus merito crucifixi, unde abusus noster foret maxime revocabilis considerando attente de nomine patrimonii crucifixi.

Answer: It is true that the righteous have all things, but to use them in Christ's service.

I Contra ista arguo, primo quod omnia bona ecclesie, sive in laicis sive in clero, sunt de patrimonio crucifixi, ipse enim est heres habens in capite omnia bona mundi, et nos titulo adopcionis filialis participamus

Objection: 1. All things are Christ's,

1. A in marg.: Responsio. Iusti sunt omnia. 10. B in marg.: Clerici titulo elemosine possunt habere quotlibet bona. 12. A in marg.: Nota de patrimonio crucifixi. Nota quomodo sacerdotes debent dominari evangelice toti mundo et non seculariter cesarem imitando (Below 172c without mark of reference). 26. Prima racio. Color pro dominacione civili cleri. 29. B: adopcionis finalis.

4. Ep. CLIII in the modern Editions. 18. Vide supra pag. 297.

eorum. Nam Psalmo VIII°, 8, de illo dicitur: *Omnia subiecisti sub pedibus eius,* et Luce X°, 22, dicit iste primogenitus ex multis fratribus: *Omnia mihi tradita sunt a patre meo,* et Psalmo II° alloquitur pater eum: *Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terre.* 172[d] I

therefore his chief followers have a special right to possession.

Ex istis sic arguo: Nemo vere possidet quicquam in terra nisi vel Christus vel eius filius, sed quicquid talis possederit, est patrimonium crucifixi, ergo nemo de iure quidquam possidet nisi titulo patrimonii crucifixi, et per consequens superiores filii, cuiusmodi sunt clerici et specialiter eius vicarii, prius et excellencius debent possidere de eius patrimonio quam alii seculares.

Answer: This also is true;

Hic dicitur quod utraque conclusio est concedenda. Nam iure altissimo habet ipse tam secundum deitatem quam secundum humanitatem omnia bona mundi, et secundum derivacionem ab ipso fonte iusticie, secundum gradus dignitatum participant alii bonis suis, in tantum quod si ipse non fuisset incarnatus, non fuisset in toto genere humano lapso simpliciter iusta possessio, sic quod omnes patres veteris testamenti quibus Deus disposuit regnum, sive gentiles ut Job, Nabuchodonosor et similes, sive Hebrei tempore utriusque legis, omnes, inquam, receperunt possessiones iure Christi; qui passione sua rectificavit titulos omnium membrorum suorum, ymmo quodammodo profuit toti mundo, cum omnes dampnati, omnia inanimata, et breviter tota universitas creata recipit quandam perfeccionem secundam ex vita Christi, cum totus mundus secundum quamlibet partem sui racione meriti Christi perfeccius servit Deo, cum aliter mundus foret colobon, et partes inordinate forent perpetuo sibi ipsis contrarie.

9. A $A_1$: ergo — crucifici deest. 14. A in marg.: Responsio. Omnis dominacio et iusta possessio est instituta ex vita Christi et sua passione. 21. A in marg.: Conclusio. 24. Codd.: omnes in quantum. 29. A: et vita. 32. colobon in codd. recte colobos id est: truncatus.

172d K Ideo creditur probabiliter quod Christus necessitatus fuit lapsu supposito ad suam fabricam reparandam. Ideo dicit Luce ultimo quod *oportuit Christum pati.* Omnes ergo domini seculares et breviter omnia membra ecclesie titulo illius domini utuntur patrimonio crucifixi, et ideo oportet quod omnes eius filii, tam clerici quam laici, caveant de abusu. Et ita concedendum est quod clerici et specialiter Christi vicarii habeant prius et perfeccius patrimonium crucifixi; sed tunc oportet quod imitentur modum suum habendi et utendi quantum sufficiunt. Ipse enim habuit hec in via puro titulo gracie et humane elemosine et precise sub illa mensura sub qua fuit exproprietarie necessarium ad edificacionem ecclesie et medium ad supportandum ministerium spirituale, et idem genus modi habendi reliquit appropriate

173a clericis sortis sue, ut patet XII, q. I$^{a}$, *Clericus.* Iste * autem est modus habendi perfeccior, quia a modo mundano distraccior et modo habendi beatorum similior. Quando enim triumphantes vitam eternam possidebunt, Deus eos constituit super omnia bona sua, et tunc non habebunt usum vescendi vel corporalem imperfectum ut modo, sed usum spiritualem per intencionem in verbo, et de quanto viator ceteris paribus plus ad talem usum accesserit, de tanto perfeccius procedit; quod faciunt hii qui plus laborant ad edificacionem ecclesie et stricte, humiliter et immundialiter accipiunt graciam necessitatis nature, quantum requiritur pro hoc fine.

but that special possession binds them all the more to use and not to abuse.

L Sed secundo obicitur per hoc quod Christus fuit simul rex et sacerdos humanitus, sed omne privilegium quod habuit humanitus concessit Petro et eius vicariis, ergo ipsi debent esse simul reges et sacerdotes,

Objection: 2. Christ was both king and priest, so the Popes should be the same.

17. B in marg.: Nota titulum Christi ad habendum temporalia.
21. A $A_1$: constituet. 30. A in marg.: Secunda racio.

17. Decret. II pars, causa XII, q. I, c. V.

habentes utrumque gladium. Sic enim legitur apostolos 173ª L habuisse tempore capcionis Christi duos gladios, et Petro precepit Christus quod poneret gladium suum in vaginam. Ex quo verbo innuitur quod ecclesia Christi et navicula Petri debent habere utrumque gladium, ut notat beatus Bernardus et quotlibet iura canonica cum concordanciis doctorum. Et hoc videtur beatum Petrum innuere Iª Petri IIº, 9, quando dicit: *Vos estis genus electum, regale sacerdocium etc.*

Answer: Christ had rights which he did not give to Peter.

Hic respondeo concedendo maiorem, sed nego minorem tamquam summe hereticam. Christus enim habuit humanitus ius primogeniture nomine redemptoris humani generis et nomine capitis universalis ecclesie cum multis aliis singularibus privilegiis, que nec quanta potuit facere inesse Petro vel alicui vicario Christi formaliter, sicut Augustinus recitat super Joh., Omelia VIª. Verumtamen Augustinus recitat super Joh., Omelia Vª, Christus potuit communicasse Petro, Johanni vel alteri potestatem, ut christiani baptizarentur in nomine eorum, si sic voluisset, sed nec voluit nec docuit, quod implicat quod non sic potuit voluisse.

Sed ulterius concedo (ut sepe alias) quod nedum ecclesia sed clerus Christi habet utrumque gladium. Ecclesia quidem cum habeat duas partes, scilicet clerum et laycos, quarum prior pars habet gladium spiritualem in se formaliter et pars laycalis secundum principes seculi habet gladium corporalem in se formaliter.

Intelligo autem per utrumque gladium ad sensum M misticum potenciam castigandi, priorem potenciam

10. A in marg.: Responsio. 12. B: ius deest. 14. B in marg.: Si Christus habuit potestatem cohercendi homines corporali racione sue regalie, unde est quod sibi competere dominari civiliter denegatur. 22. A B in marg.: Nota qualiter ecclesia habet duos gladios (A: Below 173ª without mark of reference). 28. B in marg.: Quid signant duo gladii ecclesie. B: ad sensum — gladium potestatem deest.

18. Aug. In Joh. Ev. cap. I, tract. V. Opp. tom. III, pars II, pag. 323.

M 173a castigandi spiritualiter tam filios ecclesie quam eciam inimicos, et secundum gladium potestatem corporaliter cohercendi. Et cum iste due partes ecclesie sicut omnia eius membra in omnibus que habent communicant, patet quod utraque istarum parcium habet modo suo utrumque gladium, modo quo loquitur Apostolus IIa Corinthiorum IIo, 3: *Meum gaudium omnium vestrum est.* Sacerdos itaque habet gladium spiritualem in se formaliter et sue iurisdiccioni subiectum, ut regulet eius usum. Sed ad hoc requiritur 173b noticia utriusque testamenti, * ut sciat docere quomodo et qualiter est ille gladius exercendus; aliter enim non daret Deus gladium illum in manus ydiote, frenetici sive litargici, qui non sciat uti ipso, ad defensionem ecclesie secundum regulas pugnandi quas Christus instituit, sed omnino ad dampnum vel perturbacionem ecclesie. Habet ergo secularis gladium temporalem in se subiective ad illud officium exequendum; sacerdos autem habet, si sciverit, illum gladium obiective ad eius officium regulandum, et sic utraque pars ecclesie comparticipat fructu gladii utriusque. Christus autem fuit simul rex et sacerdos, habens in se subiective utrumque gladium, modo quo impossibile fuit ut Petro vel eius vicario communicetur, eo quod principium generis et exemplar oportet esse perfectius, habens simplicius omnes raciones tocius generis christiani. Unde oportet quod post illud caput sive principium tocius christiani generis sint duo rami disparis vicarie, scilicet laicorum et clericorum; et in illis ramis fundatis in eadem vite sunt quoad subiectacionem impermixte due maneries potestatum. Nec sufficit aliquis Christi vicarius sine peccato plene exercere unam illarum potestatum; multo magis ipsis confuse commixtis. Unde ad figu-

The spiritual sword is formally committed to the priest,

with an indirect control of the secular sword, which is in the hands of the laity.

The powers which were in Christ the vine are divided between the branches.

27. B: Unde oportet — christiani generis deest. 30. A $A_1$: clericorum; in illis.

randum illas potestates precipit Christus gladios eius virtutibus et diffinivit sufficienciam in duobus. Et (ut notat beatus Bernardus ad papam Eugenium) per hoc quod precipit Petro ponere gladium in vaginam, prohibuit clero in persona vel causa sua execucionem gladii corporalis. Christus autem servans inseparabiliter summum gradum innocencie, scivit sine defectu vel confusione utrumque gladium regulare et utriusque status honores accipere (ut alias explanavi), nec potuit cum istis statibus civiliter dominari. 173[b] M

If it is asked where in Scripture rule is forbidden to the clergy, we reply by asking where it is allowed.

Et si queratur ubi scriptura prohibet clerum civiliter dominari, interrogo sic querentem unam aliam questionem: Cum omne privilegium ecclesie sit fundabile in scriptura, ubi in scriptura fundatur clero potestas vel utilitas taliter dominandi? Nam secundum Augustinum, II° De Doctrina Christiana, in fine: *Si aliquid utile est, ibi invenitur;* sed nulla talis cleri dominacio ibi invenitur, ergo nulla talis cleri dominacio est utilis. Maior istius racionis est assercio archidoctoris Augustini qui multum horrebat mendacium; que maior vel est necessaria vel summe heretica, quod non dicetur ob reverenciam tanti sancti. Et pro minori huius argumenti est plana induccio per singulas partes alterius testamenti; vel si non sit plana induccio, dicat falsigraphus ubi fundatur clero Christi taliter dominativa possessio. Nam tam necessarium et tam notabile privilegium foret ab auctore scripture et capite ecclesie alicubi expressatum. Sed ego non reperi, nisi dicatur yronice vel per antifrasim quod N

1. A: gladios eius; $A_1$: gladios ..... virtutibus. B: gladios enis (sic) virtutibus. 3. A in marg.: Bernhardus. Nota. 11. A in marg.: Vide cap. XXII. huius; que verba in textum codicis $A_1$ inciderunt. 14. A $A_1$: fundatur deest. B: fundabatur. $A_1$ corr. in marg.: datur. 16. A in marg.: Augustinus. 17. A in marg.: Nota racionem. 29. A B in marg.: Nota quod dominacio civilis cleri non est fundabilis nisi yronice.

3. Bernhardi de Consideracione lib. IV. Opp. pag. 1036. 15. cap. XLII. Rec. 63. Opp. tom. III, pars I, pag. 44.

N 173[b] in hiis tribus locis fundatur dominacio civilis cleri-
a corum. Primo in illo Luce XXII°, 25, 26: *Reges gencium dominantur eorum, vos autem non sic;* ubi
173[c] notum est * quod Christus approbavit dominacionem secularem regum gentilium, ut patet de Job, de Nabuchodonosor et de aliis regibus tam preteritis quam futuris. Sed iuxta beatum Bernardum interdixit eam
b suis apostolis. Secundus locus scripture in quo taliter fundaretur seculare dominium clericorum foret preceptum Christi Matthei X°, 9: *Nolite possidere aurum neque argentum;* iuxta quod locutus est Petrus ceco, ut legitur Actorum III, 6°, dicens: *Argentum et aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do.* Et hinc tradit pro regula, V° capitulo sue prime epistole, quod non simus *dominantes in clero sed forma facti gregis* ad deserendum mundum et eius concupiscencias, non coacte et invite, sed sponte et *ex animo.*
c Tercius locus scripture est dictum Apostoli, I[a] Tim. VI°, 8, dicentis: *Habentes ergo alimenta et quibus tegamur, hiis contenti simus.* Ille autem non est contentus alimento et tegumento qui ultra hec exigit nedum temporalium superaffluenciam ad ministrandum sed ad dominandum, nec solum clericaliter sed seculariter. Unde contendimus instancius circa iurisdiccionem et secularem dominacionem tamquam nobis privilegium requisitum, quod tangit Doctor Solempnis, VI° quolibeto q. XXIII[a], sed cum formidine; *quod, inquit, ecclesiastici temporalium habeant jurisdiccionem forte non multum expedit et erat forte venenum*

Three texts that might do if they could be taken ironically.

Opinion of Henry de Gandano.

7. 8. B: eam apostolis. 15. A: sub forma. 17. B: et vite. 18. A: apostoli apostoli. 27. A B in marg.: Henricus (B addit: hereticus) de Gandano; hereticus — hec distinccio non ad Henricum sed ad Johannem de Gandavo pertinet.

27. Doctor Solemnis. This is the distinguishing name of Henricus de Gandano († 1295); comp. Jöcher, Gelehrtenlexicon, II, 1503; Fabricius, Bibl. lat. III, 200.

*quod legitur cecidisse in ecclesia Dei tempore Constantini qui in iurisdiccione sua dotavit ecclesiam, sed non assero.* 173c N

who was very mild in his expressions.

Iste autem doctor reprobatus fuit acute, quia tractavit de potestate pape, ideo innuit cum formidine quod debuit constanter asserere, ut docet Hugo de Sancto Victore, libro II° De Sacramentis, parte II°, capitulis III° et VII°. Nam quod amplius est quam liber usus fructus in clero, vergens ad ritum mundanum, malum est, quia sacerdotalis officii tardativum. Cum ergo in istis locis scripture non fundatur clero civilitas sed plane contrarium, nec est scriptura sibi ipsi contraria, utinam illud dominium esset suspensum a clero, quousque in scriptura sacra eius invenerit fundamentum, et vellem si Deo placeret quod nullus sacerdos haberet primatum vel privilegium ecclesie quousque cartam illius invenerit in scriptura. Cum enim nemo debet privilegium appetere nisi sibi utile, et secundum Augustinum *si utile est, ibi invenitur,* videtur quod ad clericum privilegiandum pertinet quod cartam tam autenticam inveniat in scriptura; tunc enim laboraremus circa eius noticiam, niteremurve in deposicione sic nobis adversaria ex deformitate vite nostre ad cartam illam. Et tercio non acceptaremus tantum onus nisi quasi nolentes ad magnam instanciam populi pro spirituali suffragio nos urgentis. O

All ceremonies should likewise be grounded in Scripture.

Si autem arguitur per locum a simili quod ritus nostri non valent, cum non sint fundabiles in scriptura, dico quod docto hoc de quocunque ritu est conclusio concedenda, quia tunc non sonaret ritus talis pietatem vel religionem Christi. Unde pro illis que non expresse docentur in scriptura sacra, si quadam evidencia topica suadentur, non debemus

12. 13. A $A_1$: sibi ipsa. 29. A in marg.: Nota. 30. B: tunc sonaret. 33. A in marg.: Quomodo debet defendi et teneri scriptura sacra. Ritus. B in marg.: Contendendum non est contra ritus dum topice fundantur in scriptura.

O 173c multum contendere sed conclusiones expressas ipsius scripture omnibus modis defendere. Et error huius sentencie fecit divinam theologiam contempni et leges exteras exaltari; de quo conqueritur dominus per prophetam Osee VIII°, 12: *Scribam,* inquit, *ei multiplices leges meas que velut aliene computate sunt.* Et revera rex et lex sua sese in dilec-
173d cione et odio * consequuntur. Et hec est causa tocius confusionis ecclesie, quod claudicat plus intendens legi humanitus superaddite quam divine.

Scriptural authorities for the true law of endowment

P Et si queratur ubi in scriptura fundatur lex supradicta fundans dotacionem ecclesie, dicitur quod fundacio proporcionaliter ad eius necessitatem fundatur implicite in illo Luce XVI°, 9: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,* et in illo Iª Tim. VI°, 17: *Divitibus huius seculi precipe non sublime sapere, nec sperare in merito diviciarum, sed facile tribuere,* et in illo Luce X°, 5, 7: *In quamcunque domum intraveritis ibi manete edentes et bibentes que aput illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua.* Nunquam autem fundari potest in scriptura quod sacerdocio Christi conveniat dominacio civilis et sicut non est contendendum circa sequelam tante dotacionis ex scripturis cum merito clericorum, sic non est contendendum circa ablacionem eius si eveniat, nisi forte de quanto docetur ex scriptura quod auferens excedit regulam caritatis vel quod occupacio illorum bonorum per clerum foret sancte ecclesie utilior.

Objection: 3. Rule is a perfection and so belongs to the more perfect part of the Church.

Tercio arguitur per hoc quod dominacio civilis est perfecta tam a Christo quam a philosophis approbata; perfecciori ergo parti ecclesie debet potestas illa infundi per Christum a quo est omnis potestas.

11. A in marg.: Questio. Nota fundacionem dotacionis ex lege Dei. 23. B: non est concedendum. 25. B: concedendum circa ablacionem si. 30. A in marg.: Tercia obieccio.

Sicut ergo beatus Silvester non accepit illam partem imperii a Constantino, sic nec aliquis sacerdos cuiusquam terreni principis accepit ab eo dominacionem huiusmodi secularem sed immediate a Christo; prius enim tempore vel natura fuit beatus Silvester dignus habere dominacionem illam imperii quam cesar sibi diviserat, et per consequens prius fuit data a Deo, quam cesar ipsam sibi resignaverat, et cum eque digni fuerunt prius alii Christi vicarii, videtur quod eciam illis infuit potestas taliter dominandi. Et ista videtur sentencia cuiusdam Nicolai Putanensis super epistolam ad Romanos, qui vocat episcopos ex hinc miseros, quod volunt se subicere in onere tributi et aliis serviciis exactis a brachio seculari. Et fundat se super dicto Apostoli Hebreis VII°: *Omnimodo maior est ille qui benedicit, quam ille cui benedicitur*, et per hoc probat Apostolus quod Melchisedech rex Salem qui gessit typum Christi fuit maior quam Abraham cui benedixit (ut legitur Gen. XIV°). Sicut ergo sacerdocium est dignius imperio, sic oportet Romanum pontificem esse digniorem imperatore accipiente imperium ab illo pontifice, et per consequens, oportet conferentem habere illud imperium, et non esse subiectum suo elemosinario, quia tunc non foret papa omnimode ipso maior, sed secundum eandem racionem qua benedicit et confert sibi spirituale imperium foret ipso subieccior. $173^a$ P

Answer: In isto puncto sunt nimis multi maniaci, putantes nedum maiores sacerdotes sed minores singulos debere Q

6. 7. B: sibi dimiserat. 8. A $A_1$: ipsam deest. 11. A in marg.: Nicolaus Putanensis. 28. A in marg.: Responsio. Arguitur pro dominacione civili sacerdotum et dissolvitur (Below $173^d$ without mark of reference).

15. Verba apostoli ad Heb. VII, 7: *Sine ulla autem contradiccione, quod minus est a meliori benedicitur.*

Q 173[d] super omnes reges et principes seculariter dominari, in tantum quod iste Nicolaus dicit quod reges debent esse advocati sacerdotum, quia si ipsi eque immediate haberent potestatem illam cum sacerdotibus, ecclesia non servaret monadem, eo quod forent duo capita eque primo. Et in istam blasphemiam ex defectu intellectus scripture incidunt multi iuriste facientes suos prepositos insanire. Conceditur ergo quod dominacio civilis sit quodammodo perfecta et necessaria perfecte supposito ad dominandum tam clericos quam 174[a] laycos * insolentes. Sapit tamen (in quantum talis) veniale peccatum; ideo non potuit Christo competere, nec auctorizatur in Christo et evangelio expresse sed innuitive, et ideo inferiori parti ecclesie quam Apostolus I[a] Cor. VI[o], 4, vocat *contemptibilem* debet competere. Illa ergo dominacio non pure capit complecionem suam a Christo, sicut spiritualis dominacio vel potestas, sed completur ut sic per ritus humanos. Unde pro tali complecione et legum aggregacione dicit Augustinus super Joh., Omelia VI[a] (ut recitavi superius) quod non iure Dei sed imperatoris dicimus quod hec villa vel domus est mea, non quod ius Dei sit omnino alienum a constitucione civilis dominii, cum oportet legem Dei dare graciam que est civilis dominii fundamentum, sed non secundum illam culpam quam contrahit est a Deo. Et sic intelligo Augustinum in Epistola XXXVII[a] ad Macedonium sic dicentem: *Inter mundanos quedam iura constituuntur que appellantur civilia, non quod hinc fiat ut bene utentes sint, sed ut male utentes minus molesti sint.* Quando autem hec iura consonant legi Dei que est per se iusta, tunc

Extravagant rights of rule are often claimed for priests.

All civil rule smacks of sin.

10. B: perfecta et intra. ib. domandum in codd. 11. B in marg.: Dominacio civilis sapit peccatum in quantum talis. 13. A $A_1$: Christo in evangelio. 18. A in marg.: Augustinus. 21. B: sed iure imperatoris.

21. See above pag. 301.

evenit quod sunt iusta, et quando deficiunt ab eius 174a Q
regulacione sunt iniusta. Ideo dicit veritas Matthei V°, 20: *Nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.*

*Silvester accepted alms, not civil authority,*

Falsum ergo assumitur quod sacerdos Christi acci- R
pit dominacionem civilem a Christo, sicut nec Silvester accepit a cesare, sed elemosinam accepit ab eo. Prius ergo tempore et natura habuit Silvester omnia bona imperii, immo fuit dominus super astra et omnia inferiora homine in natura, sed non titulo civili, ymmo titulo gracie quo *iusti sunt omnia;* sed post accepit in usum corporalem titulo elemosine post donacionem cesaris, et adhuc in illa elemosinacione cesaris prius naturaliter sed non prius tempore egit Deus. Unde nec Constantinus nec Deus ipse potuit donasse dominacionem civilem beato Silvestro stante puro ordine clericali, ideo cum illa non habet auctoritatem a scriptura sacra, et cum secundum Augustinum *si sit utilis, in scriptura sacra invenitur,* manifesta patet quod non ad sensum catholicum intelligitur illa carta Constantini, posita in decretis, XCVIa d., *Constantinus,* quod resignavit sibi ibidem dominacionem civilem, sed elemosinam vocatam perpetuam vel stante civili dominio apud cesarem vel extincto.

*which would have been inconsistent with his orders.*

*Christ bade his clergy be subject to princes.*

Et quantum ad dictum Nicolai Putanensis, patet quod equivocat vel blasphemat. Nam Christus facto et verbo precepit et docuit clericos suos subdi principibus, sic enim precepit Petro Matthei XVII°, 25, quod solveret didragmam cesari pro Christo et Petro figurante suam ecclesiam, et interrogatus si licet dare censum cesari, ostenso sibi denario cuius imago et superscripcio erat cesaris, sic subiungit: *Reddite ergo*

2. B: sunt iniusta — ideo dicit veritas deest. 3. A: vestra quam plus
5. A in marg.: Responsio. 32. A in marg.: An benedicens universaliter sit dignior benedicto (Below 174a without mark of reference).

21. Dec. I pars, dist. XCVI, c. XIV. 28. Matth. XXII, 21.

R 174a *que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo.* Et Petrus ex ista doctrina precepit suis (quod et facto docuit) ut *sint subiecti regibus et ducibus eciam discolis* (ut patet prima Petri II°, 18). Et Apostolus docet Rom. XIII°, 7, quomodo debemus obedire principibus, cui tributum dantes tributum, et cui vectigal vectigal, et multo magis nos qui sumus elemosinarii secularium principum debemus esse subiecti nostris elemosi- 174b nantibus, * cum tam graves et sancti apostoli non sic dotati a principibus ita fecerunt.

Priesthood is nobler than civil rule,

Ulterius conceditur quod sacerdocium est dignius civili imperio, et sic minimus sacerdos (in quantum talis) est maior quam temporalis dominus (in quantum talis), cum potestas spiritualis sit prestancior corporali.

but with a nobleness that depends on service, not on position.

S Sed notandum (ut supra dixi) quod est dare duplicem dignitatem et maioritatem, scilicet quoad iudicium Dei secundum leges suas vel quoad iudicium mundi secundum suas leges. Quoad iudicium Dei secundum suas leges diffinit Christus Matthei XI°, 11, quod *inter natos mulierum non surrexit maior Johanne Baptista,* nam persona humilior et ad utilitatem ecclesie ministrativior est quoad Deum maior (ut patet Luce XXII°, 27). Secundo modo ille qui secundum leges humanas habet primatum in reputacione eorum superiorem vocatur apud mundum maior et dignior, licet sit aput Deum indignior; et isto modo constituit Constantinus quod episcopus Romanus sit dignior aliis, ut patet XCVIa d., non respiciens sive fuerit dignior sive indignior quoad Deum. Unde nec imperator nec cardinales habent potestatem constituendi hominem in tali dignitate, nec licet fideli asserere quod, eo ipso quo isti sic decreverunt vel elegerunt, oportet Deum

5. in codd. Rom XII. 11. A in marg.: Responsio. 15. A in marg.: Duplex dignitas et maioritas. 15. A: dare deest. 17. B: quoad — leges deest. 22. B: ministracior. 27. A $A_1$: episcopus suus. 29. imperator; in codd.: A B: ī pr; $A_1$ ī p̄r. 30. B: nec habet.

assistere dando constituto in tali primatu dignitatem 174b S et maioritatem simpliciter quoad Deum, quia illud sacramentum non est fundabile ex scriptura sacra.

Nor does it follow that priesthood includes the right to rule.

Istis premissis patet quod Christi sacerdocium et clericatus in exproprietariis sortis sue est dignius dominacione civili, sed summa stulticia foret ex istis concludere quod omnis sacerdos debet excellencius dominari civiliter. Nam iuxta istam vesaniam sequeretur quod Deus et omnes angeli excellencius quam papa dominarentur civiliter. Iste ergo dignitates in papa et imperatore sunt disparium specierum nec sunt compossibiles in eadem persona simplici propter imperfeccionem quam sapit civile dominium. Unde passiva elemosinacio est perfeccior quam civilis dominacio, et (ut alias dixi) vocata civilitas in mixto clerico facit subiectum imperfeccius, quam foret pure clericus ceteris paribus.

Et quantum ad auctoritatem apostoli, Hebreorum T VII$^{o}$, 7, dicitur quod (sic habet textus noster) *sine ulla autem contradiccione quod minus est a meliori benedicitur;* quod intelligendum de benediccione auctoritativa, non positiva obice in benedicente. Nam omnia opera domini benedicunt creatori, et sacerdos, membrum diaboli, benedicit predestinato, carissimo filio Dei. Ideo maneat quicunque sacerdos sine hoc quod contradicat suo ordini et est melior layco (in quantum huiusmodi) cui potestative benedicit. Sed longe hoc ad inferendum quod clericus debet dominari civiliter, cum racione maioritatis infertur oppositum. Clericus ergo debet aufugere primatum, gloriam et excellenciam quoad mundum, et in hoc consistit eius maioritas quoad Deum. Nec video quomodo fundabitur pure ex fide scripture quod oportet imperatorem accipere imperium a suo pontifice. Consonum tamen est quod benedicat electo tamquam superior quoad

That the Emperor is blessed by the Pope does not make the Pope an Emperor,

or by the same rule he would be married.

16. A: ceteris pauperibus; $A_1$ correxit; sed peribus iam extat. 23. In codd.: membra. 32. B in marg.: Accepcio imperii non fundatur in fide aut scriptura.

T 174[b] Deum, sed non oportet si confirmaverit imperatorem quod ipse sit excellencius imperator, quia tunc foret coniugatus et omnis ordinis. Sicut ergo Deus potest conferre alteri denominacionem creatam, licet in se non 174[c] habeat hanc * vel talem, sed habet in se virtutem excellenciorem, sic est de prepositis ecclesie. Nec movet consideracio de monade, quia solus Christus est caput universalis ecclesie, sanccior in clero militante, ad cuius ducatum maior pars militantis ecclesie ambulat vias domini, est caput militantis ecclesie quoad Deum.

Pope and Emperor have each a primacy but in different ways.

V Sed ille in quem militans ecclesia consenserit ut primatem est caput militantis ecclesie quoad mundum. In alio autem genere primatus est imperator, et sic tam papa quam imperator uterque alteri subiectus, sed papa simpliciter superior si non ponat contradiccionem in nomine. Et sicut materia prima et forma sunt duo genera causarum quarum est dare materiam causam primam in suo genere, et formam causam primam in suo genere, et mundum primum ex eis compositum utroque genere perfeccionum, sic est in elementari composicione militantis ecclesie.

According to the claims made for the clergy every priest would be civilly above the King;

Unde absit fidelem credere quod quilibet sacerdos Christi (in quantum huiusmodi) sit superior in dominacione civili quam aliquis rex vel dominus secularis, ut dicit doctor predictus. Si tamen papa haberet dominacionem illam immediate a Christo et non ex titulo elemosine cesaris, non video quin oporteret concedere quod papa et totum genus sacerdotum dominaretur seculariter super singulos reges terre, ita quod sicut quelibet superficies dicitur infinitum maior quam linea, sic quelibet sacerdotis dominacio civilis foret infinitum maior quam aliqua dominacio principis secularis. Et potest hoc confirmari, cum sacerdos et

6. A B in marg.: Nota de triplici capite. 7. monade, id est: unitate. 11. B in marg.: Nota bene caput ecclesie militantis. 22. A in marg.: Nota quomodo Christus, quomodo papa et quomodo imperator sunt capita ecclesie (Above 174[c] without mark of reference). 33. A in marg.: Nota racionem.

and competent to make him yield up his kingdom.

specialiter papa potest iniungere cuicunque principi 174<sup>c</sup> V
virtute potestatis clavium quod renunciando toti
dominacioni sue det ecclesie in perpetuam elemosinam
cuncta que possidet. Vicarius ergo Christi potest
virtute clavium habere quotquot bona voluerit ex
privilegio concesso Petro Matthei XVI°. Sed (ut dixi
superius) nec tenetur secularis pandere sibi peccata,
quantumcunque restrinxerit potestatem clavium, nec
talem penam acceptare sive consilium pro salutari
penitencia nisi gratis voluerit, et si vicarius Christi
inordinate urgeat, tenetur resistere.

So the chief rule in England was claimed for Gregory XI.

Nec moveat quod Gregorius XI. fuerit in genere secu- 1
laris dominii capitalis dominus regni nostri, ex hoc quod
potuit catholicare omnes cartas religiosorum possessio-
natorum in Anglia, quo facto fuissent exempti a iurisdic-
cione regali. Item, potuit arrestare per bullas suas quem- 2
cunque hominem legium regis nostri eciam infra regnum
nostrum, non petita licencia a rege, et tercio (quod 3
maximum est) ipse potest hereticare quod domini tem-
porales possunt auferre temporalia ab ecclesia delin-
quente, et per consequens catholicare eius oppositum.

Such claims are insane.

Ista, inquiunt quidam, fecit de facto satis legitime. 1 X
Sed deliramenta sunt ista, quia sic rex Anglie teneret
de utroque archiepiscopo in capite, non econtra; sicut
enim papa se habet ad cesarem, sic archiepiscopus
noster se habet ad regem quoad illud genus dominii.

Supreme power might as well be claimed for every friar,

Item, tunc omnes fratres ex vi potestatis clavium 2
dominarentur seculariter toti mundo, quod est contra * 174<sup>d</sup>
professionem eorum et (ut ipsi vere credunt) contra
legem Christi. Sic enim quilibet dominus secularis
iniuriaretur presbitero detinendo sua temporalia.

or simple priest;

Item, quilibet simplex sacerdos habet parem potesta- 3
tem ordinis cum papa, et ad illam potestatem ordinis
consequitur essencialiter proporcionalis potestas secula-

12. A in marg.: Triplex obiectus. 16. B: bullas suas quidcunque. 22. A in marg.: Responsio. 27. A in marg.: Contra dominacionem civilem cleri (Below 174<sup>c</sup> without mark of reference).

X 174[d] ris dominii; ergo quilibet simplex sacerdos habet titulum de iure ad dominandum seculariter toti mundo. Sed dic buphotracti maledicti tot dominati; tunc enim nec foret ordo nec civilis dominacio, nec oporteret sacerdotes acquirere sibi titulos in suscipiendo ordines, cum illo titulo ordinum excellunt seculariter quemlibet regem mundi.

4 Item, parem potestatem dominandi seculariter habet quilibet presbiter regni nostri, sicut haberet supposito quod ipse solus foret sacerdos in Anglia et rex noster conquireret quotquot regna, sed tunc foret secularis dominus capitaliter omnium bonorum regni nostri. Ergo et modo de iure. Aliter enim sequeretur quod civilis dominacio pape dependeret ab integritate dominacionis imperii, et per consequens, papa nitendo destruere imperium, destrueret proprium civile dominium, vel si ipse debet dominari seculariter super omnes naciones iam infideles, per idem quilibet sacerdos habet ius ad taliter dominandum.

who indeed on the theory would be chief lord of all our goods.

5 Item, tunc superflueret carta cesaris tamquam impossibilis et heretica, non ergo incorporanda foret in canone tamquam paris auctoritatis cum dictis sanctorum doctorum, ut patet XCVI[a] d. *Constantinus;* ibi enim dicitur quod Constantinus quarto die sui baptismi contulit privilegium Romano pontifici et ordinavit ut, sicut ipse imperat aliis regibus, sic eius episcopus aliis sacerdotibus, unde iudicat et discernit quod episcopus Romanus habeat potestatem utendi insigniis regalibus, unde et sanccivit, dixit et consuluit quod ditavit ac sua largitate concessit et ex imperiali potestate statuit et confirmavit ut usque in finem mundi dona

Moreover on the same theory the donation of Constantine was impossible and heretical.

2. A $A_1$: Sed dum; hic aliqua verba excidisse videntur. Quid sibi vult hoc verbum buphotracti? Verisimiliter legendum: Dic bufo crati: maledicti tot dominati (Matthew). 12. A: modo de matre; $A_1$ de matre correxit in: dominatur. 24. B: contulerit. 27. B in marg.: Hic probat quod papa habet auctoritatem dominandi civiliter a cesare sed non a Deo.

23. Hic memorata e decretali *Constantinus* mutatis tamen aliquot verbis deprompta sunt.

sua et privilegia maneant illibata. Et multa alia verba 174[d] X ibi inseruit que iuxta succedentem superbiam sonarent in heresim, quia innuerent papam esse elemosinarium cesaris, et per consequens ipsum posse revocare donatum condicione dirupta, cum dicit se ordinare ut per manus beati Silvestri et successorum eius omnia disponantur.

And if that were put aside nothing to the same effect would be found in scripture.

Et credo, si ista carta relicta fuerit, non invenirent Y cartam aliam in scriptura. In tales infinitas vesanias antichristinas inducitur populus in ecclesia propter reliccionem evangelii, propter oblivionem paupertatis Christi et candentem cupiditatem ad fastum seculi. Vidit enim quod, si beatus Silvester recepit secundum dictam formam dominium illud a cesare, tunc cesar habens integrum imperium, tam large benedicens pape foret quoad seculum ipso maior, cum partem sue magnificencie impertitus fuisset elemosinario suo pape. Ideo querunt mendaciter alias minas hereticas et blasphemas, dicentes quod Christus, Petrus et alii dominati sunt civiliter toti mundo, et illo iure, non iure cesaris gaudent suo dominio. Idem est expresse contra Augustinum super Joh., Omelia VI[a], * et contra decretum 175[a] distinccione VIII[a], *Quo iure,* et contra beatum Bernardum, libro II ad papam Eugenium: *Esto,* inquit, *ut alia racione tibi vindices dominatum sed non iure apostolico,* quod probat efficaciter ex scriptura.

---

## CAP. XV.

A second doubt is whether the king may withdraw Church temporalties on account of abuse, or when the clergy are in contempt.

Secundum dubium est, si rex Anglie a clero suo A legio potest legitime auferre temporalia donata ecclesie

12. B: Vident. 14. B: integrum dominium. 24. In codd.: vendicens. Correxi e textu s. Bernhardi. 25. A: scriptura. Sequuntur verba: Hospodyne racz pomoc psati. Id est: Domine velis adiuvare scribentem. $A_1$: cap. XVI in textu. 27. A in marg.: Materia de ablacione temporalium cleri (Above 175[a] without mark of reference).

22. Decr. I pars, dist. VIII, c. I. 23. Bernhardi, De Consideracione lib. sec. (Opp. pag. 1021).

A 175a pro cleri sui abusu elemosine vel contemptu. Et est dubium istud necessariissimum ad tractandum, quia multis et magnis de regno nostro videtur quod pars affirmativa conclusionis sit satis catholica, aliis autem pinguioribus regis elemosinariis videtur quod conclusio sit omnino heretica. Et indubitanter assero quod, si conclusio ista sit heretica, supposito facto regali regum Anglie, vel totum regnum vel maior pars eius est exhinc infectum heretica pravitate; et cum sacerdotes et specialiter episcopi et scolastici regni nostri tenentur predicere regi et regno suo periculum, patet quod ipsi specialiter et regnum communiter tenentur in isto puncto cognoscere veritatem. Non enim sunt rex et regnum adeo indurati quin, docto quod dogma illud foret hereticum, ipsum non amplius practizarent, sed ad vocem multitudinis cleri sui concito revocarent. Sic enim ad predicacionem Jone Ninivite salubriter penitebant (ut patet Jone III° et Matthei XII°), sic eciam Nabugodonozor conversus est ab infidelitate et salvatus finaliter virtute Dei et prudencia Danielis (ut patet in canone XXIII, q. IV. *Nabuchodonosor* ex historia prophete et testimonio Augustini); et revera videtur maior disposicio in regno nostro et eius principibus quam fuit in predicto populo infideli. Quomodo ergo foret fidelis vel caritative diligens regem suum qui videret ipsum ex ignorancia super oram baratri paratum ad precipicium sempiternum et assistente revocandi noticia in sepe conversionis ex negligenti desidia permitteret tam gravem populum in corpore et anima perpetuo interire, specialiter si ad speculandum et prenarrandum regis et regni pericula sit pinguiter premiatus? Nonne dicit Deus pro-

*Many think he may, and that the clergy should tell the king so.*

5. B: regis — videtur deest. 17. B: concicio revocarent. 22. A in marg.: Nabuchodonosor salvatus est. 27. B: ad precipucium. 28. A $A_1$: in sepe conversionis. 30. B: interire deest.

21. Decr. II pars, causa XXIII, q. IV, c. XXII.

phete Ezechielis XXXIII°, 7, 8: *Et tu fili hominis* 175ª A *speculatorem dedi te domui Israel, audiens ergo ex ore meo sermonem annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, ut custodiat se impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Et multo magis in tempore legis gracie, quando debemus ex lege Christi habere ampliorem noticiam et amorem et insuper habemus a rege temporalem retribucionem amplius quam habuit Ezechiel vel quam propheta alius veteris testamenti. Dampnabilis ergo foret nostra segnicies.

Three futile reasons for not warning:

Nec valet ista triplex infamis instancia, prima qua 1 B dicitur quod rex et regnum forent exhinc exasperati ad auferendum temporalia que habemus.

1. The king would take away our temporalties.

Ista enim accusans obieccio indicat quod plus diligimus nostra temporalia quam datorem, cum irreligiose plus timemus amissionem nostrorum temporalium quam amissionem perpetuam corporis et anime regis nostri.

2. The matter has been decided in the Papal Court.

Secunda instancia dicit quod ista materia * ventilata 175ᵇ 2 est et decisa in Romana curia coram papa. Revera non credo sed, supposito quod sic, illi quibus illud est cognitum sunt accusabiles tamquam proditores qui sic celant istud periculum. Nam infinitum plus est periculi quam si quotlibet corporales hostes ex scitu celantis invaderent et destruerent funditus regnum nostrum, et insuper cum tales dampnantes istam materiam sunt mortui vel divisi, stultum foret expectare publicacionem decisionis eorum in tanto periculo.

3. The realm goes on well while the clergy is silent.

Tercia instancia dicit quod tam rex quam 3 regnum processit prospere, quando clerus noster a tractatu talis materie supersedit. Ista ficticia destructa

1. A in marg.: Mate (verbum Bohemicum) id est: habetis (sive habete). 4. A $A_1$: Impie deest. 12. A $A_1$: signicies. B: singulcies. 13. A in marg.: Triplex instancia. 20. B: ventulata.

32. Vide supra pag. 265.

B 175b est superius XII. cap.; et in proposito inficit se ipsam. Quomodo, inquam, regno nostro inesset prosperitas, quando a rege et capitalibus eius tam prelatis quam dominis defenderetur tanta iniquitas. *Error enim cui non resistitur approbatur;* sed altera istarum est nedum error sed heresis pro qua dignum esset ut rex et totum suum sacerdocium destruatur. Ideo non dubium rex et domini seculares sed specialiter prelati regni facerent in isto diligenter inquirere veritatem et excitarent defenderentque theologos hoc tractantes, cum eis incumbit errores tales discutere et de periculo regem et regni incolas premunire. Et revera ex utraque parte contradiccionis sequitur grande periculum, eo quod, sive sit hereticum sive non sit hereticum, supposito facto magna pars regni nostri ex adhesione, ex defensione vel omissione inficitur heretica pravitate.

Such a serious question ought to be settled.

Intendo ergo isto modo procedere: primo narrare factum regum Anglie in hac parte, secundo recitare opiniones doctorum in materia, et tercio obicere contra illas.

History of the question. William I. rearranged many foundations or transferred them.

C 1 Quantum ad primum, patet legenti cronicas regni nostri quomodo Willelmus conquestor multas elemosinas regum Saxonum de abbatiis, de episcopatibus et aliis dotacionibus sub nomine perpetue elemosine pro perpetuo variavit, nunc subtrahendo, nunc transferendo et nunc loco cleri prioris extraneos inducendo. Nec valet fingere sompnia quod vel a papa habuit licenciam plus ad ista quam ad conquestum regni de iure sibi debiti. Et sic de sompnio quo fingitur ipsum post restituere omnes ablatarios clericos, sicut nec restituit heredes Saxonum rebellantes; et revera hereticare ipsum finaliter, cum totum ius regni fuit ab ipso ad omnes reges medios successione hereditaria usque hodie derivatum, foret minis infectiva presumpcio. Infectiva dico, quia hereticaret reges clerum et populum interim suc-

Suppression of the Templars.

11. Codd.: in errores. 17. A in marg.: Nota tria. 20. A in marg.: Nota quomodo practisata est ablacio temporalium. 32. B: successive. 34. B: internum succedentes.

cedentes; sed dimissis destruccionibus Templariorum $175^{b}$ C et ablacionibus privatis que interim contigerunt, recolamus de ablacionibus talibus que diebus nostris per illustrem regem Edwardum tercium erant facte. Nam temporalia domini Willelmi Bathman Norwycensis capta sunt in manus regis et tenta duodecim annis continuis pro contemptu. Et idem contigit de domino Johanne Gransoni Exoniensi, de fratre Thoma de * $175^{c}$ Lyle, episcopo Heliensi, et sic de multis ablacionibus quas diebus nostris cognovimus. Ymmo Ricardus II. rex noster sicut avus suus practizat hoc annuatim in religiosis possessionatis de Francia; nec super isto consulunt curiam Romanam, quia ut constanter defendunt ista potestas directe pertinet ad coronam. Nec recolo quod temporalia mobilia ablata restituunt, cum contemptus vel forisfactura elemosinariorum regis requirit ut gravius puniantur, nisi quod rex misericorditer eos respicit, sicut in possessionem elemosinarum regni sui eos misericorditer introduxit.

*Recent examples of temporalties seized.*

In ista materia est quidam doctor qui sui gracia D misit mihi in scriptis tres conclusiones huic materie pertinentes. Prima, describendo heresim, dicit quod 1 posicio sive assercio heretica est error periculosus, pertinaciter defensatus, directe repugnans catholice veritati. Secunda, non est possibile reges Anglie 2

*Three conclusions laid down by a doctor: 1. a definition of heresy; 2. denial of the King's right to deprive*

1. A B: templaziorum. 2. B: privatis deest. 8. A $A_1$: Oxoniensis. B: Exoniensis. 9. A: Hyle. 11. B: hoc amicatuum in. 20. A in marg.: Tres conclusiones.

5. Willelmus Bateman: Walsingham. Hist. Angl. I, p. 262. He was bishop not quite 11 years (1344—1355) and during that time he was frequently employed in embassies abroad and must have been in the favour of the King. It is possible however that Wyclif does not refer to a deprivation of all his temporalities, but to some one estate of which he was deprived by the King's courts in the course of a lawsuit (Matthew). 8. Johannes Graunson ap. Walsingham l. c. pag. 309. Cf. Rolls of Parliament II, $245^{a}$. 8. 9. Thomas de Lyle see Walsingham I, 285. 10. Cf. Rolls of Parliament III, $22^{b}$.

175[c] D legitime posse auferre simpliciter temporalia cleri sui. *of temporalties;*
3 Tercia, ii domini reges temporalia a clero suo nunquam legitime abstulerunt, sicut nec ceteris paribus poterunt in futurum. *3. denial of such right both in past and future.*

1 In ista materia suppono quod loquatur de clero communiter, ut includit quemcunque habentem caracterem sacerdotalis ordinis. Si autem loquatur laxius, tantum placet. Ex quo patet quod omnes sacerdotes conversantes in Anglia sub proteccione regis, sive seculares sive religiosi, possessionati vel exproprietarii, sunt clerus legius regis Anglie, sic enim loquuntur multa decreta, nunc de clerico re et nomine, nunc autem de clerico nudo nomine, ut XL[a], d. sub auctoritate Chrisostomi dicit Canon: *Multi sunt sacerdotes et pauci sunt sacerdotes, multi in nomine, pauci in opere, quia non locus vel cathedra facit sanctum sacerdotem sed econtra.* Abiecta itaque ista signacione difficile foret scire quis esset clericus vel sacerdos. *In answer we suppose a) that clergy includes all men in orders;*

2 Secundo suppono quod clericus tam in Anglia quam alibi posset quantumcunque enormiter peccare quocunque genere peccatorum; patet de episcopo Scarioth, de religioso Sergio et multis aliis sacerdotibus, de quibus scriptura sacra et cronice faciunt mencionem, ymmo cotidiana experiencia idem docet. Non enim habet clericus (in quantum huiusmodi) titulum sue confirmacionis a domino, sed ex testimonio sanctorum doctorum habemus quod racione dignitatis ordinis et dyabolice temptacionis plus aspere peccant communiter gravius quam vulgares, sicut oculata fide con- *b) that it is possible for the clergy to sin grossly,*

5. A in marg.: Tres supposiciones. B in marg.: Nota tres supposiciones.
14. 15. A in marg.: Multi / Pauci > sacerdotes. 15. In canone: multi nomine.
16. ibid: facit sacerdotem sed sacerdos cathedram. 20. B: enormiter precare. 22. $A_1$ in marg.: Et Johanne papa XXIII. qui pro heretico et diabolo incarnato est condempnatus in Constancia.

13. Decreti prima pars, dist. XL, c. XII sub auctoritate auctoris Operis Imperfecti in Matth. hom. 43, cap. 23.

*as is evident of the false Pope and his supporters;*

spicimus de pseudopapa et suis pseudocardinalibus qui ex 175[c] D cupidine fastus et questus, non autem ex cupidine meritorii profectus conturbant sanctam matrem ecclesiam.

*c) that the English Kings believe they have the right thus denied.*

Tercio suppono facta regum Anglie superius me- 3 E morata et perseveranciam regis et regni ad defendendum hanc potestatem' tamquam legitimam et regis Anglie precipuam regaliam. Ex quo sequitur quod ipsi supponunt hoc regis privilegium non esse catholice veritati dissonum sed consonum, cum (ut dicunt) sit fundabile in scriptura in qua omnis veritas et non nisi veritas catholica est contenta.

*On the doctor's supposition the Kings have acted wrongfully;*

Ex istis sic arguo: Reges Anglie sepe abstulerunt temporalia simpliciter a clero suo, ut patet ex supposicione tercia, et nec unquam abstulerunt sic legitime, nec potuerunt legitime sic auferre, ut patet ex secunda conclusione et tercia doctoris. Ergo in hoc fecerunt qualiter non potuerunt legitime facere. Ex quo sequitur ultra quod in hoc fecerunt qualiter non potuerunt meritorie vel de * lege Dei facere, et 175[d] cum omne opus humanum ex deliberacione sua precedens sit legitimum vel illegitimum, meritorium vel demeritorium, sequitur quod illegitime et demeritorie sic fecerunt, et ultra sequitur quod inciderunt ut sic in errorem periculosum, quia tam corporis quam anime dampnabiliter perditivum. Et supposito errore isto in facto, patet quod est pertinaciter defensatus, quia rex et regnum constanter defendunt hanc potestatem tamquam legitimam eciam usque ad mortem cum gladio si oportet.

*and contrary to the Catholic faith;*

Et quod error iste sit directe contrarius catholice veritati, patet tripliciter ex datis. Primo, 1 quia rex sic faciendo fecit quod non licuit nec licere potuit, ut sequitur ex datis. Secundo, quia iniuste

12. A in marg.: Prima racio. 23. B: ut in errorem. 30. $A_1$: corrigit: ex dictis.

12. Comp. Joannis Hus. De ablacione bonorum temporalium a clericis. (Opera ed. Norinbergensis 1558, tom. I, fol. CXXII[a].)

175[d] **E** abstulit aliena contra mandata secunde tabule, et **3** tercio, quia fecit ista non in caritate contra veritatem catholicam Apostoli, I°, Cor. XVI°, 14: *Omnia vestra in caritate fiant.* Totum antecedens est ab adversario concedendum. Ex quibus ultra colligitur quod reges Anglie in sic faciendo sunt heretici, et cum illud usque ad mortem defenderant, sequitur quod decesserunt heretici et dampnati; et revera religiosus possessionatus qui credit hec omnia vel remisse vel nullo modo oraret pro dictis regibus iam defunctis et cum ex titulo sic orandi tenet a rege suas elemosinas temporales.

and are therefore obstinate heretics who ought not to be prayed for.

**F** Nec valet dicere quod nunquam simpliciter abstulit rex temporalia clericorum, quia certum est quod abstulit ab eis tam mobilia quam immobilia sine hoc quod unquam eis restituit et talem ablacionem vocant scriptura et communitas ablacionem simpliciter, vel si vocetur ablacio solum secundum quid, quia solum a parte ecclesie, non contendo sed scripturam et mundum in testes invoco quod tanta confiscacio qualis memoratur facta per reges Anglie fuit notabilis ablacio temporalium.

It is a mere evasion to say that the deprivation was qualified;

Nec valet sompniare quod post ablacionem perceperunt fructum eorum ex titulo caritatis, qua omnia sunt iustis communia, quia multi amaro animo et cum murmure ferunt ablacionem huiusmodi, nec sunt in capitulo cum illis quibus ait Apostolus quod *rapinam bonorum suorum cum gaudio susceperunt,* ymmo quomodocunque dicatur, sequitur contra secundam conclusionem doctoris quod reges Anglie possunt in casu auferre simpliciter temporalia cleri sui.

or that the clergy still profit by them, since the righteous possess all things;

8. B: erant heretici. 13. A in marg.: Ficcio. 16. B: quod nunquam. 16. B: restituit talem. 23. A in marg.: Ficcio. 24. B: contra omnia quia. 26. B: ablacionem — cum gaudio deest. 28. B: cum gladio susceperunt.

27. Hebr. X, 34.

*or that the clergy cease to be such by deserving punishment.*

Nec valet dicere quod merendo talem ablacionem 175[d] F homo desinit esse clerus, tum quia hoc est contra primam supposicionem, cum caracter ordinis sit indelebilis, tum quia sic pauci vel nulli clerici possessionati docerent legitime quod gauderent privilegio vel possessione ex titulo clericatus, quod nimis preiudicaret ordini nostro. Nec est mihi verisimile quod doctor stabit in isto, cum conclusio sua tercia dicit quod nulli reges Anglie temporalia a clero suo unquam legitime abstulerunt, et cum aliquis ex dubio fuit pro aliquo tempore fidelis clericus regis et tamen postea decidens a clericatu meritorio et fidelitate regis meruit post ut per regem sua temporalia auferantur. Sic enim fuit de Scarioth quoad Christum et sic notum est quosdam clericos alienigenas promotos in Anglia coniunctos cum hostibus post regem Anglie defidasse.

*These endowments were first made after the coming of Augustine.*

Ex istis secundo arguitur quod nedum potuit sed decuit eum sic dotasse ecclesiam, ut licite posset subtrahere elemosinas suas in casu quo earum abusus vergat ad detrimentum regni et subtraccionem evangelii; et scimus pro tempore antequam Britones * et 176[a] Saxones dotarunt ecclesiam vel enim fuit ecclesia nostra dotata, et interim tempore Saxonum ante adventum Augustini fuit fides Christi infideliter pretermissa, tunc isti principes primo dotantes ecclesiam nostram non erant moti nisi titulo misericordie donare plus vel minus nostre ecclesie ut nec cesar. Potuerunt ergo dedisse clero nostro quantum decreverint, adiciendo quamcunque condicionem honestam voluerint, sed potuerant cum donacione sua primeva adiecisse condicionem honestam quod elemosinarii non con-

1. A in marg.: Ficcio. 17. A in marg.: Secunda racio. 21. In codd.: simus. 29. A: adiciendo quantumcunque; voluerint — honestam deest.

17. Comp. Hus, De ablacione bonorum temporalium l. c. fol. CXXII[b].

F $176^{a}$ tempnant insurgentes in regem ad sui populi detrimentum. Omnia ista suppono ex cronicis et tamquam proxima per se notis. Non enim tenebantur reges sub pena excommunicacionis dotare suam ecclesiam dotacione perpetua plus vel minus, ut patet ex dictis; tunc enim tenerentur sub pena dampnacionis dedisse clero suum totale dominium, cuius oppositum suppono.

*and may have had conditions attached to them; such as forfeiture by contempt.*

G Et ex istis sic arguitur: Si secundum istam formam dotassent nostram ecclesiam, licite potuissent pro contemptu regis suam elemosinam subtraxisse, sed cum ista condicione potuerunt dotasse nostram ecclesiam, ergo potuerunt pro contemptu cleri datam elemosinam licite subtraxisse. Cum ergo illa condicio fuisset licita et honesta, consuetudoque regis et regni docent in facto condicionem illam fuisse adiectam, videtur nimis presumptuosa assercio quod principes nostri non potuerunt ab eis auferre temporalia quantumcunque deliquerint; ymmo cum absolute necessario potuerunt talem condicionem adicere, et iterum absolute necessario elemosinarii possent tantum delinquere, patet (ut sepe dixi) quod principes nostri absolute necessario potuerunt suas elemosinas subtrahere, periculo possibili imminente. Et per idem sequitur quod potuerunt cum possibilibus paribus subtrahere in futurum, quod sonat directe contra terciam conclusionem doctoris que dicit quod reges Anglie temporalia a clero suo nunquam legitime abstulerunt, sicut nec datis paribus legitime potuerunt in futurum. Et notate verba si, inquam, nec datis paribus potuerunt auferre legitime, tunc nec datis aliquibus paribus potuerunt auferre legitime, et per consequens in quantumcunque mag-

*The customs of the realm show that such conditions were attached;*

*so our princes may on sufficient occasion withdraw alms.*

8. A in marg.: Dotanda est ecclesia sub condicione (Above $176^{a}$ without mark of reference). 23. B: quod cum potuerunt. 28. A in marg.: Conclusio falsa. 29. A $A_1$: paribus potuerunt. Codd.: in quantum. 31. A $A_1$: quantamcunque.

12. Comp. Hus l. c. fol. CXXIII[b].

nam prodicionem regni nostri clerus possessionatus 176[a] G conspiraverit vel quantumcunque magna necessitas regno nostro contigerit, non liceret regi ad defensionem regni bona appropriata clero suo accipere; nec dubitat vel cecus logicus quin si liceret regi bona cleri in tali casu possibili qui tam sepe contigit, tunc poterit cum paribus sic auferre. Sed supponendo istam potenciam tamquam absolute necessariam, accedendoque ad licenciam et debitum, probo primo racionabilitatem condicionis superius recitate: Nam rex Anglie

*Such a condition is reasonable,*

dotans ecclesiam suam nec debuit nec potuit ipsam dotare ad enervacionem vel deterioracionem regni sui. Cum omnis potestas sit a Deo qui non potest dare

*for without it the King would damage his kingdom by giving endowments.*

potenciam ad hunc finem, sed sic contingeret supposito quod rex absolute dotasset suam ecclesiam non subintelligendo condicionem illam, ergo oportuit condicionem illam subintelligi, et per consequens, quando contemptus cleri accidit, rex capiendo temporalia in manus suas non facit clero illi iniuriam, cum condicio ex defectu cleri dissolvitur.

*If he had no power over the possessions of the clergy he would not be King of all England,*

Minor autem argumenti sic ostenditur: Si omnia illa bona quibus * dotatur nostra ecclesia immediate 176[b] et directe pertinerent ad papam, sic quod rex non habeat interesse in possessionibus vel personis, cum plus quam quarta pars regni sit devoluta ad manum mortuam, sequitur quod rex noster non sit rex tocius Anglie, cum plus quam quarta pars in manu mortua est decisa. Stat enim aliquid esse in

10. A in marg.: Racio. 21. A in marg.: De ablacione (Above 176[c] without mark of reference). 28. B: Est vel decisa.

10. Hus: Item rex Boemie dotans ecclesiam suam nec debuit . . . 27. Hus l. c.: sequitur quod rex noster non sit rex tocius Boemie, cum plus quam quarta pars pro clericis in manu mortua est decisa . . . Comp. Loserth, Hus und Wiclif, Zur Genesis der husitischen Lehre, p. 199—208. (Wiclif and Hus, transl. by Evans pag. 225—235.)

G 176b regno et non de illo, sed quomodo contingeret hoc planius quam quod omnia temporalia cleri Anglie non forent sub regis regimine sed pape, cum enim dicunt quod papa dominatur civiliter, nec est possibile quod due tam disparate persone dominentur ex equo simul civiliter super eodem, relinquitur eis dicere quod rex noster sit quoad omnia mortificata in regno nostro vel exclusus simpliciter vel pape subdominans.

since a fourth part of the realm would be under the Pope,

H Sibi enim non licet (ut inquiunt) interponere de clero vel possessionibus suis quantumcunque deliquerint, nec regi licet subtrahere temporalia eorum, quantumcunque abusus vergat ad regni periculum, quia (ut inquiunt) exempti sunt a iurisdiccione regis, tam in corpore quam in bonis, et inmediate subiecti pape vel suis ballivis, collectoribus vel ministris. In cuius signum papa habet post mortes multorum prelatorum et abbatum in Anglia primos fructus secundum nephandum abusum infundabiliter presumptum et a regibus culpabiliter toleratum. Unde (ut alias dixi) quicunque pertinaciter dogmatizaverint istam sentenciam nituntur proditorie subvertere regnum nostrum. Oportet ergo de integritate regalie regis nostri quod habet potestatem ad confiscandum suas elemosinas pro contemptu, quia, cum religiosi possessionati non sunt confirmati sed peccabiles sicut vulgus, patet, cum plus elongatur a rege punire eos tam in personis quam in temporalibus, si rex non posset punire eos in temporalibus, cessaret quoad eos omnis regalis cohercio, et tunc sicut angeli non sunt subiecti seculariter regi Anglie nec boni nec mali, sic nec illi. Nam persona vel populus existens in regno et non subiecta legibus regis et regni, non dicitur esse de illo regno, ut patet de comitivis depopulatricibus

who is said to be the only ruler the clergy should acknowledge.

So the royal power would be maimed.

5. B: desparate. 19. A in marg.: Conclusio. 29. B: sicut Angli.

33. Comitivis. Cf. Walsingham I, 302.

*Customs proving the King's rights,*

regnorum et de dominiis alienorum regum infra alia 176b H regna contentis. Sed ut meminerunt recencius iuris regis, optentum est privilegio laudabili regni nostri quod in mortibus multorum sacerdotum qui de rege tenent in feodo temporalia cedant regi. Unde ex iure patronatus confert beneficia interim vacancia, et licenciato capitulo ad novam eleccionem presentato sibi electo approbat vel reprobat sicut placet. Unde cum rex preter istas regalias aufert sepe temporalia a capitulis eciam invitis, vel oportet dicere quod omnia ista licet sibi facere vel si non potest tunc cum facto foret hereticus, et per consequens illi ex vecordi taciturnitate et redempcione temporalium que capitaliter tenerent, de tanto heretici forent heresis sue participes. Cur ergo ex fundamento scripture sacre vel iuris canonici hoc non docent?

*acquiesced in by the clergy.*

*Again, we assert that the King's duty is to take from false clergymen and restore to the Church.*

Tercio principaliter arguitur de lege Dei atque I ecclesie quod rex debet in casu subtrahere suas elemosinas a nominetenus clericis et restituere eas sancte matri ecclesie. Nam hoc foret complementum iusticie, prodessens altrinsecus omniquaque; cum ergo ad regem maxime pertinet facere iusticiam in rebus subiectis suo dominio, sequitur quod ad regem pertinentissime spectat complementum talis justicie. Antecedens patet ex hoc quod omnis sic pertinaciter * abutens bonis 176c ecclesie est hereticus (ut patet in fine XIII[i] cap.). Sed cum omnis hereticus iniuste occupans bona regni nostri est spoliandus, et bona restituenda veris dominis, videtur quod bona illa quibus rex tam principaliter dominatur, sunt per regem confiscanda et veris dominis restituenda, specialiter in tam pertinaci desidia spiritualis prepositi. Nec valet dicere quod ad regem non pertinet cognoscere super heretica pravitate; quia

7. B: licento. 14. B: de tanto heretico. 19. A in marg.: Tercia racio. 21. B: omniquam. 26. A: XXII. cap., correxit XIII. $A_1$: XXII. 32. A in marg.: Ficcio.

I 176[c] ad regem pertinet cognoscere quod elemosinarius suus vivat clericaliter, tum quia sub illa condicione sunt elemosine sibi date, tum eciam quia degenerando ab ista vita foret monstrum maxime proditorie faciens ad destruccionem regni, et per consequens incurrens contemptum regis gravissimum. Ideo idem foret cecare regem et regnum per istum fucum sophisticum et dicere illis quod non pertinet eis cognoscere quid foret saluti anime eorum et gubernacioni regni necessarium. Et revera quicunque hoc imposuerit regi nostro, imponit sibi implicite quod non sit habilis ad regnandum. Rex ergo tenetur scire per se vel suum executivum consilium quid vergeret ad sui ac regni maius periculum, quod indubie foret omissio corrigendi quia secundum beatum Gregorium et leges quotlibet: *Qui emendare potest et negligit absque dubio participem delicti se ipsum constituit.* Consideret ergo de cleri crimine rex vel suum consilium secundum racionem qua est ipsius regni cuius rex accepit gubernacula destructivum, sicut docet beatus Gregorius in Registro lib. XI°, cap. XXIX° (ut superius allegavi).

It is objected that heresy does not come within the King's cognisance;

but the King is bound to guard against all dangers to the kingdom.

1 Confirmatur tripliciter, primo per hoc quod iuxta decretum beati Gregorii positum XI[a], q. III[a], *Privilegium: Privilegium omnino debet amittere qui sibi permissa abutitur potestate.* Sed omnis clericus abutens elemosinis regis sibi permissa abutitur potestate, cum ergo illa dotacio sit privilegium, sequitur quod illud omnino debet amittere. Sed per quem nisi per regem privilegiantem? Illius enim est privilegium interpretari et defendere cuius est condere. Confirmatur ex illo Matthei, XIII° 12: *Omni habenti dabitur et habundabit,*

Confirmation: 1. The decretals say that abuse of a privilege forfeits it.

5. B: detraccionem. 10. B: hoc imponit. 18. B in marg.: Nota quomodo rex secundum Gregorium habet interesse ad defectus clericorum corrigendos. A in marg.: Gregorius. 22. A in marg.: Rex peccat, si non corrigit clericum elemosinis abutentem (Below 176 without mark of reference). 28. A in marg.: Triplex confirmacio.

22. et 25. Hus l. c. fol. CXXIII[a].

*ab eo autem qui non habet et quod videtur habere* 176c K
*auferetur ab eo.* Cum ergo rex tenetur sic habundare ex titulo iusticie, videtur quod ab eo debet causari ablacio sui elemosinarii, supposito quod contingat eum videri habere elemosinas quas non habet; et propter talem abusum habitualem dixi dominos temporales posse auferre bona sua a clericis micius quam loquitur beatus Gregorius cum canone, quia ipsi dicunt confuse quod privilegium omnino debet amittere propter abusum. Ego autem specifico abusum pertinacem qui inducit pravitatem hereticam, et tunc nulli dubium debet elemosinator subtrahere patrimonium Crucifixi.

This forfeiture must be enforced by the King.

2. By the same decretal the King loses his privilege of rule if he is slothful in correction.

Secundo confirmatur ex hoc quod rex (in quantum **2**
huiusmodi) habet privilegium concessum a Deo et acceptum a populo ad regnandum; si ergo abutitur sua potestate in desidia correccionis, que maxime spectaret ad regis officium, quis dubitat quin secundum legem premissam rex teneretur amittere regnum suum? Unde inter alia peccata regum videtur quod omissio correccionis et auctorizacio curati inhabilis sit peccatum periculosissimum a regibus absconditum, cum ut sic * sunt reges socii defensorum. Et ad illud 176d
potest adduci illud dictum Christi Matthei XXI°, 43: *Auferetur a vobis regnum et dabitur genti facienti fructus eius.* Non enim posset esse maior contemptus domini quam de suo patrimonio contra ipsum defendere hostem suum. Et ad hoc sunt multe concordancie legum (ut dixi in materia De Symonia); taliter enim meretur tam rex quam symoniacus ut ab eis tamquam ab hereticis dominus auferatur, ut loquitur propheta Osee V°, 6, sacerdotibus et regibus: *In armentis suis vadent ad querendum dominum et non invenient: ablatus est ab eis.* Talis ergo thesauri ablacio depauperaret regnum ad sui maximum detri-

6. B: clerum abusum. 13. A in marg.: Nota. 19. A in marg.: Nota. 28. 29. B: aliter enim. 32. A: suis suis.

K 176[d] mentum. Unde solebam dicere quod ablacio quedam
1 est utrimque bona, ut Marci II°, 20, dicit Christus
quod *auferetur a discipulis suis sponsus,* quandoque
2 tantum alterutrum bona (ut Osee V°), quandoque vero
utrimque mala, ut quando criminosi spoliant sese reci-
3 proce, semper autem est ablacio passiva bona abla-
tario permanente in caritativa paciencia.

3. The King is bound to see that his subjects are not deprived of spiritual aid.

L 3 Tercio confirmatur ex lege debiti elemosine spiritualis. Nam rex tenetur tam ex iure Dei quam iure regni servare quantum sufficit legiis suis iusticiam et debitum opus spiritualis misericordie (ut patet superius tractatu De Privilegiis), sed precipuum opus talis misericordie regi pertinens foret castigacio coactiva ad continuandum suas elemosinas; ergo illud debet impendere. Unde qui offenduntur maxime ad verbum de ablacione temporalium vendicant quod seculares defendant elemosinas suorum progenitorum in suo robore permanentes, quod non fit (iuxta dicta XIII° cap.) nisi dum ecclesia habet profectum ex modo elemosinandi, sic quod collata remaneant in racione privilegii vel elemosine, quod extinguitur dum elemosinarii collatis elemosinis abutuntur; quamvis enim remaneat pie donantis voluntas, cum donum corporale perdit racionem elemosine per abusum, et fuisset meritum donatoris extensius, supposito quod sui elemosinarii proficerent magis ecclesie, quia in ipsis elemosinantes magis proficerent. Sic enim secundum beatum Bernardum peccatum Petri Abellardi est adhuc incertum, antequam noscatur quod homines ex sua heresi seducentur.

Unde solet dici communiter quod elemosina habet perfeccionem essencialem que attenditur penes fervo-

4. A $A_1$: quando deest. 15. Hus: Unde clerici qui. 18. A in textu: XXII. cap.; correxit in marg. 23. Voluntas deest in A et B; $A_1$ add. in marg. 23. B: tum donum. 28. B: est adhuc meritum, antequam. 30. A B in marg.: Nota de duplici perfeccione elemosine.

9. Hus l. c.

Double merit of alms; *a)* essential, from the charity of the giver; *b)* accidental, from the fruit of the gift.

rem caritatis, secundum quam elėmosinans miseretur, 176[d] L et perfeccionem accidentalem que capitur penes quantitatem fructus ex illa occasionata posterius. Ego autem credo quod aliud est genus elemosinandi in predestinatis et aliud in prescitis. Nam tota elemosina quam facit predestinatus limitat sibi gradum beatitudinis ad quem parcialiter proficiunt singule partes eius. Elemosina autem totalis presciti concurrit secundum se totam ad mitigandum penam perpetuam. Si domini temporales (ut elemosinati vendicant) tenentur continuare elemosinas patrum quorum sunt heredes, tunc tenentur ad omne inde sequens formaliter, quia aliter contra possibilitatem obligacionis * divine forent 177[a] ad contradictoria obligati, scilicet ad faciendum ipsas esse elemosinas et ad defendendum earum abusum in discolis, secundum quam racionem carent forma elemosine. Ergo cum reges Anglie tenentur servare elemosinas suorum progenitorum in sua perpetuitate, tenentur insuper ex lege spiritualis elemosine suos legios castigare, tenentur tercio ex obligacione qua tenentur facere legiis suis iusticiam et extinguere iniurias que vergunt periculosissime ad sui populi detrimentum; patet quod tenentur in casu bona sua ecclesie sancte restituere et a comtemptoribus Dei sui et regni auferre. Hoc enim fuit pactum dotacionis primeve. Ideo audenter assero, si cum istis paribus rex noster non habet potestatem ad faciendum in clero suo opus misericorditer castigandi, non habet sufficienciam super totali regno nostro politice dominandi, ymmo si bene attendimus ad scripturam sacram et dicta de privilegiis ecclesie, et sonat in privilegium regis quod habeat potenciam taliter clericos cohercendi, et clerici habent

8. B: concurribilis. 12. Hus: sequens formari. 14. B: scilicet deest. 29. politice. In codd: poletice.

8.—32. Hus l. c.

L 177[a] privilegium eo quod habent talem prepositum cui sic meritorie possunt subdi.

M Illi ergo qui dicunt quod rex habet potestatem incomprehensibilem castigando leones et faciendo corporales sanaciones cum aliis que vocant miracula, laxarent porcionem sue potencie ad regulandum regnum suum in clero, cum hoc et eius actus foret excellencius et plus fundabile ex scriptura. Nonne foret excellencius castigare freneticos, peccatores et discolos scole Christi quam domare feras que non tantum nocent ecclesie? Nonne iterum foret opus maioris virtutis gignere virtutes in mente disciplinabili occasione castigacionis salubris, qua ablata ab ecclesia virtutes ab indomito subtrahuntur, quam inducere virtualiter corpoream sanitatem? Utrobique namque est rex nudum instrumentum Dei qui dans regi virtutem subautenticam principaliter operatur. Et sic (ut sepe dixi) rex nedum faceret opus maioris virtutis in castigando subditos quam faciendo quoscunque actus mirabiles corporales, sed eciam quam accumulando quotlibet temporalia cleri Christi, nam tales virtutes faciendi sanitates corporeas possunt inesse bestiis, terre nascentibus atque lapidibus sed non virtus correccionis salubris.

Just rule is a more excellent privilege than so called miraculous powers.

N Et iterum adieccio temporalium communiter non est ita propinqua ultime necessitati salvacionis presentis corporee, sicut subtraccio abusi est propinqua ultime necessitati salvacionis perpetue tam corporis quam anime. Sicut enim est opus maioris misericordie auferre gladium a frenetico volente se ipsum occidere quam dare gladium persecuto ad defendendum se a volente eum occidere, quia peius foret hominem occidi sic a se ipso quam occidi ab alio, quia primum est dampnabile et secundum semper meritorium sive

The gift of alms is a less good than the suppression of abuses;

23. B: sed nec virtus. 25. B: presentis — salvacionis deest. 30. A in marg.: Nota. B in marg.: Nota non intelligo.

3. Hus l. c. 24. Hus l. c. fol. CXXXIII[b].

iustum; et ad hoc sunt multe leges ecclesie, ut 177$^{a}$ N allegavi superius XIº cap. huius ex dictis Augustini positis XXIIIª, q. IVª, *Nimium,* et *Ipsa pietas,* et *Quid faciet;* et illud patet V$^{ta}$, q. V$^{ta}$, ubi sub auctoritate Augustini scribitur: *Non vos iudicetis malivolos esse, quando crimen alterius indicatis; magis quippe nocentes* * *non indicando crimen estis, quam si fra-* 177$^{b}$ *tres vestros quos indicando corrigere potestis tacendo crimen perire permittitis. Si enim frater tuus habet vulnus in corpore quod velit occultari, dum timet secari, nonne crudeliter a te siletur et misericorditer indicatur? Quanto ergo pocius debes manifestare ne deterius putrescat in corde?* Et sequitur: *Non omnis qui parcit amicus est, nec omnis qui verberat inimicus; meliora enim sunt vulnera amici quam fraudulenta oscula inimici; melius est cum severitate diligere quam cum lenitate decipere.* Et sequitur ad propositum: *Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus negligat iusticiam, quam esurienti panis frangitur, ut iniusticie seductus acquiescat. Et qui freneticum ligat et qui litargicum excitat ambobus molestus ambos amat. Quis non potest amplius amare quam Deus, et tamen nos non solum docere suaviter, verum eciam salubriter terrere non cessat,* ut docet Apostolus Hebreorum XIIº. *Fomentis lenibus quibus Deus omnes consolatur, sepe eciam mordacissimum medicamentum tribulaminis adiungit, exercet fame patriarchas, pios et religiosos, populum autem contumacem penis gravioribus agitat, non aufert ab apostolo stimulum carnis, tercio rogatus ut virtutem in infirmitate perficiat.* Ex quotquot

and so Augustine teaches.

2. B: superius XX cap. 6. In decret.: malivolos, quoniam crimen. 16. 17. B: cum securitate diligere. 24. A in marg.: De correccione per ablacionem nota bene (Above 177$^{b}$ without mark of reference). 27. In decret.: tribulacionis. 31. Codd: in firmitate; correxi e decret.

4. Decreti sec. pars, causa V, q. V, c. I et II.

N 177[b] dictis sanctorum exponencium fidem scripture patet quod de lege caritatis et spiritualis elemosine sub pena dampnabilis consensus tenetur prepositus subiectos corripere. Unde inter omnia peccata de quibus magis timeo in superioribus regni nostri, sunt ceca pietas, falsa misericordia et consentanea omissio, sive ex negligencia sive (quod maxime horrendum est), quando venditur consensus criminis et iniuste ac proditorie per patrimonium Christi defenditur eius hostis. Unde Augustinus epistola XXXVII[a] ad Macedonium: *Misericordius opem nostram talibus subtrahimus quam impendimus. Non enim opem fert qui ad peccandum iuvat ac non pocius subvertit et opprimit.*

Objection: 1. We have no right to speak ill of our neighbour.

O 1 Sed contra dicta primo obicitur per hoc quod nemo debet defamare proximum et specialiter christos Dei. Illi autem qui illud obiciunt parum considerant quomodo mendax (in quantum huiusmodi) defamat se ipsum, et iterum quomodo ex verbis istis generalibus legis domini se putans defamatum indicat ut sic se esse legis Dei adversarium, et iterum parum considerat quomodo prophete veteris testamenti, Christus et leges ecclesie acutissime instant contra solum nomine sacerdotes; et racio est, quia in eorum subversione imminet maius periculum matri ecclesie. Et illud meminit decretum, LXXXIII[a] dist., ubi sic scribitur: *Nemo quippe in ecclesia amplius nocet quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis vel sacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus presumit, et in exemplum culpa*

Answer: We deal in general terms which apply only to those who deserve them.

6. A in marg.: Nota. 10. A in marg.: Augustinus. 12. In codd.: Num enim. Correxi e textu Aug. 17. A in marg.: Obieccio. 18. A in marg.: Responsio. 20. B: se reputans. 26. A in marg.: 83 dist. 26. B: ut sic scribitur.

4.—11. Hus l. c. 10. Aug. Opp. tom. II, pag. 532. 26. Dec. I pars, dist. LXXXIII, c. II.

*vehementer extenditur, quando peccator pro reverencia ordinis honoratur. Episcopus itaque qui talium crimina non corrigit magis dicendus est canis impudicus quam episcopus.* Ista, inquam, iura sanctorum ideo incorporata sunt in canone, non ut palea * perpetuo taceantur, sed ut ad laudem bonorum cum modestia detegantur. Et dico *cum modestia,* quia contingit hominem in dicendo veritatem modum excedere, ut notatur in decretis V^a^, q. V^a^, *Qui ambulat,* ubi solvendo apparenciam repugnancie in ista materia sic scribitur: *Aliud est ex caritate aliorum crimina deferre, ut quos secreta ammonicione corrigere non possumus, convictos iudicis sentencia corripiat, atque aliud est insidiando falsa obicere vel insultando vera facile exprobare. Illud vero caritatis, hoc autem est impietatis officium. Unde Proverb. XII, 6, dicitur: Verba impiorum insidiantur sanguini, os iustorum liberat eos.* Et infra: *Qui quod novit loquitur iudex iusticie est, qui autem mentitur testis est fraudulentus.* Oportet ergo accusatorem servare integritatem veritatis et rectitudinem intencionis. Ego autem preservo me a descensu ad singularia quiescens more philosophorum in communi sentencia.

177^b^ O — 177^c^

Objection: 2. The clergy, as superior to the laity, should judge itself.

Secundo obicitur per hoc quod oportet partes ecclesie habere suam iurisdiccionem et ordinem impermixtum; sed clerus est seculari parte superior, ideo supposito delicto debet corrigi per se ipsum. Confirmatur per hoc quod sic est in celesti ierarchia in qua oportet exemplari omne officium ecclesiastice ierarchie. 2 P

1. in decret: quoniam peccator. 2. B: Episcopus in quantum. A in marg.: Nota decretum quantum nocet malus episcopus, papa etc. (Below 177$^b$ without mark of reference). 4. A B: Ista itaque iura. B in marg.: Episcopus omittens subditos corrigere dicendus est canis impudicus. 9. A in marg.: Accusator quomodo debet se habere. 22. singularia. $A_1$ addit: nomina.

9. Dec. II pars, causa V, q. V, c. V.

*Answer: The assumption is false; all parts of the Church owe mutual help.*

P 177ᶜ Ad illud sepe dixi quod falsum assumitur; oportet enim utrumque brachium corporis ecclesie iuvare reliquum, nec est in isto confusio, sed secundum Apostolum Iª Cor. XIIº caritativa connexio. Ulterius sepe dictum est quod, sicut clerus stans in suo ordine est seculari superior, sic nominetenus clericus degenerans est inter omnes viatores abieccior. Unde (ut sepe dixi) nobis stantibus in nostro ordine non debemus contemptibiliter esse subiecti principibus, unde glosa ordinaria super XCVIª dist. dicitur quod episcopus est super imperatorem, non tamen si facit contra religionem, nam in illo casu posset a quocunque redargui, ut patet XLª dist., *Si papa,* vel eciam si scisma faceret, XXIIIª, q. V, *De Liguribus.* Et plures sunt casus in quibus layci habent iurisdiccionem super clericos ut dixi; inquit XXIII, q. Vª, *Principes.*

*As to the pattern of the celestial hierarchy, it is already forsaken when the clergy are wicked.*

Unde miror quomodo quidam innituntur exemplo de celesti ierarchia, putando quod clerici non debent corrigi a laycis, nam stabilito ordine militantis ierarchie, sicut est in ierarchia celesti, procederet racio a similitudine quod clerici non forent subiecti laicis, sed si deficit eis virtus illuminandi et expurgandi, sic quod sint ceciores et criminosiores quam layci, quomodo staret in illis perturbantibus ordinem ecclesie exemplum ierarchie celestis? Ideo in defectu illorum stat quod pervertitur ordo ecclesiasticie ierarchie; *ordo* dico non simpliciter sed *ordo individuus* qui foret in illis. Non enim est fas fideli credere quod datus clerus servabit ordinem superiorem in ecclesia quantumcunque peccaverit, cum primus angelus cum suis complicibus propter apostasiam ab ordine deiectus

1. A in marg.: Responsio. 5. B: ordinis. 11. A in marg.: Clerus potest corrigi per laicum. B in marg.: Quod prelati delinquentes a regibus sunt corrigendi, ut est dignum. 19. A $A_1$: nam — ierarchie deest.

10. Vid. glossam ad cap. X, dist. XCVI. *Duo sunt.* 13. Cap. XLIII. 15. Cap. XX.

est de ecclesia triumphante (ut notatur Is. XIV°). Viator 177[c] P ergo extra ordinem debet habere subsidium a fratre inferioris ordinis, cum pes iuvat oculum, eciam utroque servante integritatem corporis. Et ita videtur Lincolniensi quod angelus superioris ordinis illuminatur ab angelo inferioris ordinis, cum omnes beati spiritus sese iuvant reciproce, ymmo (ut alias dixi): Michael et omnes angeli inferioris ordinis confirmati * pugna- 177[d] runt contra draconem Luciferum et contra complices suos apostatantes, quare ergo non debet esse proporcionaliter in ecclesiastica ierarchia?

Objection: If the clergy cannot have dominion, neither can they serve civilly.

Sed alias insteti per hoc quod nulla potestas puni- Q tiva civilis se extendit ad amplius quam potestas civiliter dominandi, sed non licet civili domino dominari civiliter super clerico, cum clericus cui foret licitum servire civiliter posset coloracius civiliter dominari.

This does not follow.

Sed hic sepe dixi quod de lege nature et de lege evangelii qua astringimur ad correpcionem fraternam debet rex Anglie corripere clerum suum, nec video quin stat clericum servire civiliter eo quod dominari civiliter dicit superbiam. Sed servire civiliter potest esse sine peccato. Nec oportet quod sic homo servit civiliter quod sit servus civilis, cum omnis dominus Anglie sub rege servit sibi civiliter, cum sit eius servitor tenens de rege in capite per servicia suo domino debita et consueta. Servus autem civilis est omnino expers libertatis civilis, et sic serviunt clerici regi libere, qui tenent de illo in capite; et sic videtur mihi quod rex noster habet super clerum suum legium quoad bona nature et bona fortune secundum quid

1. B in marg.: Ad tantum potest clericus delinquere, quod non est credendum eum servare suum ordinem. 13. A in marg.: Instancia. 18. A in marg.: Racio. 21. B in marg.: Dominari civiliter dicit superbiam. 23. A in marg.: Condiciones servi civilis. 27. B in marg.: Servus civilis. 30. A in marg.: Rex habet civile dominium super clerum.

Q 177[d] civile dominium. Si autem viverent vitam omnino exproprietariam, sicut vixerunt Christus et Baptista, non forent sic subiecti, et sic racione bonorum fortune et bonorum nature in casu quo contingat in eis abusus vel contemptus notabilis licet regi eos civiliter cohercere, non in quantum sacerdotes, sed in quantum regis elemosinarii vel homines eius legii contempnentes. Et sic regi suo in corpore et bonis multipliciter sunt subiecti. Econtra autem rex debet esse eis subiectus in hiis que sunt ad Deum, ut sit sic mutua connexio caritatis et ordinis utrobique.

They are subject not as clergy, but as almsmen and liegemen.

R 3 Tercio arguitur per hoc quod clerus nunquam debet castigari per laicum nisi in defectu spiritualis prepositi, et per consequens nunquam antequam papa defecerit, oportet ergo subditum corripi per diocesanum, secundo per metropolitanum, et si illi defecerint, tunc per papam. Et non est presumendum quod in hiis tribus signis ecclesia Christi deficiet.

3. The laity ought to act only in default of the spiritual authorities.

Hic dicitur quod assumptum est verum, quia (ut sepe dixi) clericus nunquam castigari debet per laicum nisi auctoritate ecclesie in defectu spiritualis prepositi et in casu quo clericus fuerit a fide devius. Unde posito de possibili quod omnes episcopi regni nostri deficiant in suis correccionibus post vel ante, racione cuius defectus invalescat peccatum ad regni periculum, regum autem est sub gravi periculo clerum suum corripere quoad corpus vel substanciam cleri, in quibus potestati regie est subiectus; quod si clerus devenit ad tantam profunditatem malicie, spiritualis prepositus omnimode est in causa. Nec est prudentis asserere quod rex expectaret correccionem cleri, quousque papa

Answer: True; but the King is not to wait for the Pope's action, for many reasons;

8. B in marg.: Sub qua racione rex potest sacerdotes civiliter cohercere. 10. B in marg.: In hiis que ad Deum perinent rex est subiectus sacerdotibus. 12. A in marg.: Clericus nunquam debet castigari per laicum nisi in defectu spirituali prepositi, sed non oportet ut pape correccio expectetur. 19. A in marg.: Responsio. 20. A in marg.: Conclusio notanda. 21. 22. A $A_1$: prepositi in casu. 28. A $A_1$: quod — omnimode est deest. 31. A B in marg.: Ficcio.

1. because the curia is venal; 2. Pope and Cardinals are in league with our enemies; 3. they are blinded by avarice; 4. they are too far away; 5. the Roman pontiff has no such jurisdiction in England.

super isto decreverit, propter multa. Primo quia stat 1 R
quod in curia redempcio sit venalis, sic quod cum 177[d]
thesauris regni proditor defendat ibidem peccatum
suum contra Deum, regem et regnum. Secundo quia 2
stat quod papa et sui cardinales sint acceptores
personarum coniuncti hostibus regni nostri. Tercio 3
quia stat eos esse ignaros legis scripture cecatosque
tradicionibus hominum propter questum. Quarto 4
quia * stat longitudinem et discrimina itineris esse tanta 178[a]
quod nec persone regni nostri haberent illuc securum
accessum, nec rex et regnum expectarent tantundem
propter regni periculum. Quinto quia Romanus pontifex 5
non habet illam iurisdiccionem in Anglia, nisi vel ex
lege Christi, quod limitatur de quanto dicit eis
humilius et sanccius legem Christi, vel ex decreto
cesaris, ut notatur XCVI[a] dist. *Constantinus.*

How far such jurisdiction can be trusted we may see in the case of Gregory XI.

Sed quantum ad iurisdiccionem istam cesaream vel S
primatum, patet, cum regnum nostrum sit exemptum a iurisdiccione cesarea, quod nec iurisdiccio coactiva sui episcopi astringit nos nisi de quanto est fundabilis ex sacra scriptura. Sed volvat et revolvat adversarius fidem scripture et non inveniet iurisdiccionem talem. Sed quicunque sacerdos expressius docuerit legem Christi, Christo est in illo obediendum devocius, cum talis primatus introductus est ex ritu cesareo, sic quod, sive prepositus fuerit ydoneus sive non, populus fidelis Christo obediat. Si ergo nos Anglici gratis tantum obedimus papa nostro Urbano VI°, tamquam humili servo Christi, sicut scismatici obediunt Clementi propter dominium et potenciam secularem, quis dubitat quin ut sic habemus racionem meriti amplioris? Et possibilitatem omnium istorum quinque in Gregorio XI et suis complicibus oculata fide poterimus conspexisse. Dicitur enim quod ipse cum suis pseudocardinalibus dampnavit quatuor veritates

4. B: Deum et legem. 32. 33. B: istorum et in Gregorio.

S 178a catholicas et approbavit quatuor hereses cardinales, sicut vidi notatum in quadam epistola maledicta ab homine, sed a nemine reprobata. Nec horreamus malediccionem huiusmodi, cum veritas ipsa est maledicta pendens in cruce (ut notat Apostolus Gall. $III^{o}$, et exponit Ambrosius epistola $XXXVIII^{va}$). Nam a multis dicitur catholicum per eum quod eo ipso quo ipse vel alius papa Romanus pretendit se quovismodo solvere vel ligare, eo ipso sic solvit vel ligat, cum eius oppositum tamquam sceleratissimum sit dampnatum. Et audeo dicere quod a tempore prime fundacionis Romane ecclesie non fuit tam manifesta antichristiana heresis tam publice proclamata; nam nedum scriptura sacra sed leges papales testantur quod Petrus et omnes successores sui errare poterant, tam in execucione clavium quam eciam in via morum, quod si dictus Gregorius non potest, ipse blaspheme extollitur super omne quod dicitur Deus. Nec video ad quid foret illud tamquam novus articulus fidei divulgandum nisi propter fastum et questum episcopo Scarioth adquirendum. Nam dato illo articulo ipse posset eciam invito Deo liberare omnes animas tam de purgatorio quam inferno, cum in tantam vesaniam posset incidere quod pretendat se ista facere, sicut loquuntur illi qui dicunt quod est Deus in terris.

who approved four cardinal heresies.

Many say it is of faith that the Pope can bind or loose as he will;

but this is a heresy.

T Et quantum ad questum, patet quod isto articulo catholicato posset faciliter perquirere omnia regna mundi, quia (da oppositum de regno Anglie) contra, si pretendit se ligare regem nostrum et regnum in partem salutaris penitencie, ut det perpetuo totum fructum regni nostri tenendo episcopo Romano in capite tamquam supremo domino seculari, tunc eo ipso sic ligantur; sed sic potest pretendere se ligare: ergo virtute illius potestatis clavium potest faciliter

Otherwise he might make the realm pay him all its revenue.

11. A in marg.: Heresis. Papa non semper quando pretendit absolvit.
21. A in marg.: Prima racio. 26. A in marg.: Secunda racio.
27. B: faciliter deest.

acquirere regnum nostrum. Et idem est iudicium de 178ª T

This is evident for

1. his predecessor did get 1000 marks from John;

omnibus aliis regnis mundi. Et possibilitas minoris patet tripliciter: Primo ex hoc * quod taliter ligatus 178ᵇ 1 est rex Johannes cum regno (ut dicitur) quoad mille marcas, et idem iudicium est de toto. Secundo per 2 hoc quod multi credunt papam debere dominari

2. the supreme lordship of the world is claimed for him;

seculariter et capitaliter toti mundo, nec verti debet in dubium quin rex et regnum possent obligare se ad tantam elemosinam perpetuam. Sed cui si non pape qui potest absolucionem et dispensacionem super isto soli Romano pontifici reservare? Sic enim dicit se posse restringere potestates clavium de plenitudine potestatis.

3. any limitation of his powers would be fatal to the original claim.

Tercio confirmatur per hoc quod ipse habet potestatem 3 incomprehensibilem, cui non licet fines ponere, quia tunc formidandus esset, si excedit limites potestatis, et titubaret fides de potestate clavium, et manifeste sequeretur oppositum articuli noviter catholicati, scilicet quod non eo ipso quo pretendit se quovismodo solvere vel ligare, eo ipso sic solvit vel ligat.

In tales insanias inducuntur ignari episcopi et V doctores facientes ydiotam credere quod potest tantum facere in ecclesia sicut Christus. Unde episcopus

Assertion of the bishop of Rochester.

Roffensis dixit mihi in publico parlamento stomachante spiritu quod conclusiones mee sunt dampnate, sicut testificatum est sibi de curia per instrumentum notarii. Et visum est multis quod fuit assercio indiscreta, primo quia vergebat ad curie Romane 1 defamacionem, secundo quia implicabat regis nostri 2 et regni scandalizacionem, et tercio quia ostendebat 3 sui et fratrum suorum consentaneam suspicionem. Non enim tam signanter mitterent fratres eius sibi dictam dampnacionem, nisi applaudendo de facto cuius utraque pars foret auctor vel fautor, nec dubium quin stante iusticia dicte dampnacionis cum facto

1. B: idem iudicium. 15. 16. B: Potestatis titubaret. 24. A $A_1$: stomachando. 33. A in marg.: Conclusio.

V 178b regis et iure quod vendicat, rex et regnum forent
expresse heretici, et sic iuxta leges ecclesie nedum ex-
heredandi, sed a toto christianismo funditus destruendi.
Nam hoc est hereticatum ut dampnatissimum quod
aliqui domini temporales possunt auferre temporalia
ab ecclesia delinquente. Unde videtur zelantes pro
dampnacione ista intendere quod papa debet super
regno nostro imperatorie civiliter dominari (ut sepe
1 tetigi), primo quia procurarunt quod inconsulto rege
vel suo consilio virtute bullarum papalium legius
homo regis ubicunque in Anglia non convictus super
pravitate heretica arrestetur et papali carceri mancipetur,
et (ut videtur prudentibus) non posset esse evidencius
signum capitalis civilis dominii pape super Angliam.
2 Secundo quia dampnavit ex procuracione quorundam
qui videntur esse de nostris quod alique carte
humanitus adinvente sunt impossibiles, et per con-
sequens catholicavit oppositum, et cum impossibile et
necessarium dicantur condicionaliter et simpliciter (ut
patet XXIII, q. IVa, *Due sunt*) necessitates, sequitur
cum veris quod catholicavit omnes cartas cleri Anglie
de elemosina perpetua, et per consequens non
foret necesse ad regem recurrere pro ratificacione
cartarum huiusmodi, cum sint per superiorem dominum
nedum confirmate sed catholicate. Et tercio potissime,
quia vendicat quod non liceat regi punire clerum
suum legium quantumcunque in regnum deliquerit
nec subtrahere elemosinas cleri quantumcunque
178c contempserit nisi petita ab eo licencia * et obtenta,
et cum hoc non habet ex lege Christi (sicut patet
scrutanti), ab omnibus eius fautoribus relinquitur quod
hoc habet a cesare.

X Unde vellem quod rex faceret diligenter inquiri a
1 clero suo legio istas quatuor questiones: primo si

The Pope's bull was directly opposed to English law,

1. in ordering the arrest of the King's subject without conviction of heresy;

2. in asserting the authority of all charters;

3. above all in declaring that the King may not punish a clergyman however delinquent.

3. B: exhedandi. 6. A in marg.: Nota tria. 15. A $A_1$: quia deest. 27. B: delinquerit. 33. A B in marg.: Nota quatuor questiones.

The King should enquire into this.

rex licite potest auferre temporalia a clero suo legio 178c X
pro contemptu; secundo si rex dominatur capitaliter 2
super regno Anglie et papa sic civiliter subdominans
vel econtra; tercio si forme dampnacionum et facto- 3
rum Romani pontificis hic recitate sint iuri divino consone, et si clericus regis qui vel expresse vel mutescendo consenserit videtur in contemptum regis
et regni incidere; quarto autem queritur a plano 4
parliamento regis, cum propter maiorem contemptum sit contemptor gravius puniendus, utrum defendens ista expresse vel tacite contra regem et regnum debeat cum hoc participare elemosinis regni nostri. Videtur enim quod, si susurrones huiusmodi non expectant nisi subdole premittendo preambulam horam illis congruam, quando expulsis secularibus dominis possint dominari ex integro toti regno.

Some of the clergy suggest that they have a right above all civil powers;

Innuunt quidam quod habent potestatem ad hoc, quam potestatem vocant dominium, et cum illa immediate sit data a Christo qui dat singulis suis sacerdotibus affluenter, illa potestas est prior, principalior et extencior quam potestas iure hereditario carnali, conquestu vel titulo mundano seculari domino acquisita. Et ad hoc vadunt quotquot conclusiones quas false contra scripturam discipuli Antichristi innuunt ad perturbacionem regnorum et diminucionem religionis christiane, in tantum quod illi Antichristi discipuli sunt capitales inimici illis quibus videntur carnaliter affici, quia dyabolus et omnia membra sua, sicut in imitando sibi ipsis continue sese dampnificant, sic obsunt vere paci aliorum quibus videntur proficere. Allegant autem illud Apostoli Roman. VIII°, 32: *Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non cum ipso omnia nobis donavit?* Et Ia Corinth. III°, 22:

13. B: si omitted. 17. A in marg.: Pro dominacione civili cleri fundamentum. 21. A $A_1$: extensior.

X 178c *Omnia vestra sunt,* et Marci X°, 29, dicit Christus quod *quicunque reliquerit mundum* et carnem propter nomen suum, *accipiet cencies tantum.* Et in hoc mundo sacerdos (inquiunt) et specialiter religiosus habet ius quod est dominium ad toti mundo seculariter dominandum, et sic Christus docuit eos mundum relinquere, ut secularius conversentur. Sed quesito si layci relinquentes cuncta pro Christo erunt eis participes, si unus excludens alium facit sibi iniuriam, cum aliis que concernunt civile dominium, paciuntur angustias. Ideo defendunt unum capitaneum quem papam nominant sub cuius umbra infideliter sunt protecti.

and their head is the Pope.

Y Et si obicitur quod curia Romana extinguit multos errores, dicitur quod de tanto est laudabilis et suis satrapis est parendum. Si autem vulpes parvule que demoliuntur particulares vineas habent inibi foveas in quibus convoluti criminibus callidius et constancius

The court of Rome is a nest of mischievous foxes.

178d defendantur, quis dubitat quin nidus ille foret fons * veneni ex cuius rivulis scateat toxica in fidelem ecclesiam militantem? Scutum autem et velamentum huius toxice videntur esse congregacio ista perversa et triplex velum quo mentes fidelium sunt cecate. Nam appellante pecunioso ad illam curiam, quid per mendacia, quid per mala exempla sceleris ibi capta et quid per tradiciones callidas tam de nostris quam de aliis inibi adinventas inductum est scutum infidelitatis ad membrum dyaboli contra regna et sanctam ecclesiam defendendam? Velum autem trimembre

It has invented for itself a triple shelter:

1 statuit inprimis principium quod non licet christiano dictum vel factum eorum discernere, cum sint dii subterranei quibus donata est potestas clavium par cum Christo, qui possunt scripturam sacram statuere,

1. that it is above all human judgments;

14. A in marg.: Obieccio. 16. A in marg.: Solucio. 21. A in marg.: Scutum et velum defendencia dominacionem civilem cleri. (Above 178d without mark of reference). B: scutum et.

corrigere et mutare, et cum solum convincerentur 178[d] Y
ex scriptura sacra et factis propriis, patet quod non restat in eos medium accusandi. Secunda pars veli 2
consequenter adicit quod subdi illis tamquam capiti sancte matris ecclesie quomodocunque vixerint est cuilibet christiano de neçessitate salutis, et per consequens implere quidquid preceperint, cum non stat (ut inquiunt) quod eorum aliquis sit dampnandus.

2. that every Christian is bound to obey all commands of the Curia;

Tercia pars veli dyaboli est ficta plenitudo potestatis 3
qua exterrent mundum cum pretensa legacione et excommunicacione sic quod, si quidquam decreverint in altera ecclesia faciendum, eo ipso oportet ut fiat; et quia reservarunt sibi cum istis armis potestatem conferendi beneficia ecclesie et superiores ac graviores persone ecclesie extere appetunt symoniace fastum et commodum temporale, ideo propter multitudinem, propter famam et propter terrorem istorum satellitum exterriti sunt pauci simplices dicere veritatem.

3. that the Curia has the right of ruling other churches.

Sed benedictus sponsus ecclesie qui occidit Gre- Z
gorium XI. et dispersit suos complices quorum scelera per Urbanum VI. ecclesie sunt detecta, et qualitas veneni ex divisione eorum est quodammodo mitigata. Et utinam placeret sponso ecclesie perficere quod quidam prenosticant et alii imprecantur, scilicet quod numerus undenarius infamis et sterilis, prevaricans in totum decalogum, imponat finem numero pseudoprepositorum dicencium: *Hereditate, civilitate et gladio possideamus Dei sanctuarium et Christi patrimonium. Ipse,* inquiunt, *crucifixus est ligno et apostolus mundo, ut nos occidamus gladio et nobis rebelles crucifigamus in patibulo, quia quam necessaria,* inquiunt, *fuit in primitiva ecclesia potestas faciendi miracula, tam necessaria est hodie potestas corporalis acquirendi et defendendi temporalia.* Scimus tamen quod una potestas infinitum excedit aliam, et quod vita exproprietaria est vita seculari perfeccior et quod tam necessaria erant temporalia clero in primitiva

God in mercy has taken away Gregory XI;

and we trust he will be the last of these false pontiffs.

Z $178^d$ ecclesia sicut modo et quod necessarior foret modo eorum subtraccio et suspensio rapine bonorum cum gaudio, quam tunc fuit, nec est illa ficta defensio fundabilis ex scriptura sacra.

---

## CAP. XVI.

$179^a$ * Post hec dubia respondendum est ad magistrales argucias quas doctores obiciunt contra dicta.

The doctors object:

A Arguitur primo quod beatus Silvester, recipiendo dotacionem perpetuam ecclesie pro se et suis successoribus nullo modo peccavit, et libenter acceptarem argumenta ad istam partem, quia quamvis neutram partem asseram, pars tamen isti opposita est mihi credibilior.

1. that Silvester did not sin at all in accepting endowment;

Prima itaque racio sic formatur: quam licite recipiunt sancti elemosinas pro relevandis indigenciis presentis vite, tam licite ipsas elemosinas servant idem sancti distribuendas indigentibus in perpetuum. Non enim videtur racio diversitatis quin, si licet recipere elemosinas propter indigenciam propriam relevandam, a pari erit licitum ipsas elemosinas sic collatas propter indigenciam futuram perpetuo conservare; ergo si licet indigenti recipere elemosinas propter se relevandum et hoc absque peccato, a pari licet conservare elemosinas sic receptas in perpetuum ad usus pauperum absque peccato. Sed beatus Silvester in faciendo sibi licitum simpliciter nullo modo verisimiliter peccavit; ergo beatus Silvester in retinendo dota-

for if it lawful to receive alms, they may be kept without sin.

2. B: subtraccio et suscepcio. 4. scriptura sacra; A: Sequuntur lingua Bohemica aliquot verba: Lecz na kawczye horze v Prahy est fundata newyem. Id est: Si in monte apud Pragam est fundata nescio. 6. A in marg.: Nota bene istam totam columpnam, quia ponuntur fundamenta pro dominacion ecivili cleri (Below $178^d$ without mark of reference). 15. A in marg.: Prima racio. Nota argumenta pro dominacione cum solucionibus (Above $179^a$ without mark of reference). 14. B: qui licite. 15. A $A_1$: pro — elemosinas deest. 20. Codd.: quin a pari.

cionem perpetuam ecclesie nullo modo verisimiliter 179ª A peccavit.

Answer: This is a mere begging of the question.

Quantum ad istud argumentum, non oportet respondere ad formam, nec vidi probacionem assumpti, cum Christus recepit elemosinas temporales, sicut et apostoli ab ipso receperant pro temporali indigencia pauperum relevanda (ut patet Joh. VI°), et tamen non legitur apostolos recepisse elemosinas pro pauperibus perpetue conservandas. Et quantum ad illud brogardicum, ergo per idem vel questionem vagam que est ultimum refugium simplicis arguentis qua queritur que sit racio diversitatis, retorqueo utrumque in arguentem.

Christ bade us not to be careful for the morrow;

Si Christus docuit nos in suis apostolis *non solicitari in crastinum, quia sufficit diei malicia sua,* B Matthei VI°, 34, et non videtur racio, quare non preciperet eis providere de elemosinacione perpetua, per idem preciperet eis providere de elemosinacione perpetua; vel racio diversitatis confirmatur ex hoc quod tempore apostolorum fuerunt homines devociores et ad elemosinas prompciores et post avariores, ergo fuisset congruum quod ipsi obligassent suos heredes ad elemosinas perpetuas. Si dicatur quod voluntas Christi est racio diversitatis sufficiens, revera sic doctrina Christi exemplata future ecclesie est racio diversitatis, et forma sufficiens ad movendum nos clericos ritum gentilem deserere et omnem solicitudinem nostram inpresenciarum proicientes in ipso confidere. Non solicitemur ergo quomodo providebitur nunc ad mille annos Christi pauperibus de pabulo corporali, sed permittentes mortuos sepelire mortuos suos sequamur Christum attencius et sic christianis futuris ad mille annos magis proficimus, et ita (ut dixi superius) perpetua elemosinacio est dotanti inductivum blasphemesuperbie et elemosinato fomentum mundane confidencie et vigilanter requirendi divinum

What business have we with providing 1000 years in advance?

3. A in marg.: Responsio. 4. 5. B: assumpti Christus. 9. brogardi cum in codd. 10. B in marg.: Questio vaga que est ultimum refugium simplicis arguentis. Hic notatur. 23. 24. B: exemplativa.

B auxilium aversive desidie, et utrumque istorum per ele-
179[b] mosinacionem * temporalem excluditur. Et istam racionem assignant doctores, quare Deus non particulariter premunivit primos parentes, ut caveant de calliditate serpentis promissa eius fallacia detestando. Nam dixit illis illabendo generale principium, cui innitentes, prudenter confidendo in domino et consulendo ipsum in ambiguis, amplius meruissent, et sic negata penultima consequencia negatur assumptum sequens, scilicet quod beatus Silvester in faciendo sibi licitum simpliciter nullo modo verisimiliter peccavit. Nam omnis conversacio secularis est inseparabiliter cum peccato, sicut dicit fides scripture et Augustinus persepe commemorat; et cum multe conversaciones seculares sint licite ac meritorie, patet quod beatus Silvester in faciendo sibi licitum sepe peccavit, sicut de se confitetur beatus Evangelista qui fuit Silvestro sanccior.

An act may be forbidden by a general precept as much as by a special prohibition.

C 1 Unde notet homo formam dotacionis, XCVI[a] dist. *Constantinus,* quomodo imperator tribuit Silvestro potestatem, vigorem et honorificenciam imperialem, *decernendo quod habeat primatum super quatuor sedes et princeps sacerdotibus tocius mundi existat.*
2 Consideret secundo quomodo tradidit beato Silvestro et successoribus suis Lateranense palacium, diadema et frigium, superhumerale, clamidem purpuream et tunicam coccineam cum aliis insigniis et potestatibus imperialibus, et breviter cum omnibus dignitatibus quas papa vendicat non fundabilibus ex scriptura, ut puta, quod equitet super equum candidum cuius frenum cesar tenuit et alias reverencias quas mundo cecati in ipsis preponderant sibi exhibuit. Nam illud

The form of the gift to Silvester shews that it was tainted with worldliness,

19. A in marg.: Nota formam dotacionis per Constantinum.

19. Vid. Decret. I pars, dist. XCVI, c. XIV. Et sequencia ex hac decretali deprompta sunt.

affeccione ceca quis tribuit quod in se reputat pre- 179b C
ciosum. Consideret ergo evangelicus attente ordinem 3
predicte carte, et miror si excuset beatum Silvestrum ab omni elacione, ab omissione contemptus mundi et defectu informacionis imperatoris et populi. Unde exhinc irreligiose accepta fuit occasio faciendo scisma in ecclesia instinctu dyaboli, ut notat decretalis, XCVª dist., *Olim*, ex dicto Jeronimi. Et hec creditur racio, quare ecclesia orientalis remanens in sua pauperie detestata est monstruosam superbiam occidentalis ecclesie. Unde legitur quod ecclesia Grecorum misit domino Johanni pape XXII magnam epistolam ad exhortacionem suam qua suadebat eos sue coactive iurisdiccioni subici plenarie responsivam et in fine inseruisse talem clausulam: *Potenciam tuam summam super tuos subditos firmiter credimus, superbiam tuam summam tollerare non possumus, avariciam tuam summam saciare non intendimus, dominus tecum, quia dominus nobiscum est.* Consideret ergo 4
procurator Romane ecclesie cum approbabili: beatus Augustinus fuit sciencior, religiosior et sanccior beato Silvestro; ipse autem asserit irrevocabiliter cum aliis sanctis eum sequentibus: *si quid utile est, in scriptura sacra invenitur*, et moneat ut fautores illius dotacionis dicentes * quod fuit omnino sine peccato 179c
ipsam fundent clarius ex scriptura, quod nulli usque hodie potuerunt.

and makes it impossible to free Silvester from blame.

His acceptance became the occasion of schism.

Et si obicitur quod eque evidenter credendum est D
errori cuiuscunque hominis in scriptis sicut in factis, et sic periret testificacio ex scripturis. Sed quod falsum assumitur (ut beatus Augustinus declarat epistola VIIIª ad Jeronynum), cum ex veritate scripture

It is objected that men err also in their writings,

3. B: minor. 15. A B in marg.: Nota epistolam Grecorum. 20. B: procreator Romane. 21. A $A_1$: et sanccior deest. 32. In codd.: nona. Vide Aug. Opp. II, pag. 45.

7. ib. dist. XCV, cap. V.

D 179[c] credimus quod propheta David peccavit cum uxore Urie et quod Petrus peccavit tempore passionis et post ascensionem, tamen scripta eorum credimus esse summe autentica, et sic maiori probabilitate credimus scriptis famosorum doctorum quam nudis factis, tum quia communiter ex maiori deliberacione, ex minori temptacione et pro ulteriori explanacione scribunt personis gravibus nec posterius revocant. Sed alii multi sancti post et ante in sentenciam illam concordant, sed (ut reor) nec ex scriptura nec racione fundabitur quod beatus Silvester non peccavit recipiendo dotacionem cesaream.

but we accept the writings of David and Peter although they sinned.

Secundo sic arguitur: Quidquid fuerit meritorium beato Silvestro, nullo modo fuit sibi demeritorium, cum iste denominaciones ex opposito distinguuntur, sed fuit meritorium beato Silvestro recipere temporalia distribuenda pauperibus in perpetuum, hoc idem nullo modo fuit sibi demeritorium. Hic dicitur quod theologus logicus ponit calumpniam in maiori, cum idem opus successive est prius meritorium, et post demeritorium vel econtra; et sic conversacio beati Silvestri que ante baptizacionem vel conversionem fuit sibi demeritoria postea fuit sibi meritoria. Sic enim dicimus motum difformem quoad tempus vel subiectum, licet maior pars eius quantitativa fuerit uniformis. Minor autem non probatur, sed sub verbis illis capit calumpniam, quia nimis onerosum foret tali sancto recipere tale perpetuum officium, sive in se sive in suis ministris; nec probatur minor ista per hoc quod relevare pauperes indigentes est simpliciter meritorium cuicunque, tum quia multi sunt quibus hoc non convenit, tum secundo quia multis infidelibus et ypocritis in hoc demerentibus hoc convenit, tum tercio quia hoc dato non exhinc sequitur quod meritorium fuerat beato Silvestro recipere elemosinas

Objection: 2. Silvester did right in accepting a gift for the poor and an act cannot be both right and wrong.

Answer: The same act may be now right and now wrong.

Moreover we do not allow that Silvester did right.

13. A in marg.: Secunda racio. 18. A in marg.: Responsio.

*and even if right on the whole, the act might be accompanied by sin.*

distribuendas pauperibus in perpetuum. Sed finaliter, 179c D dato quod hoc fuit meritorium, sic quod nullo modo demeritorium beato Silvestro, non exhinc sequitur quod beatus Silvester nullo modo peccavit sic faciendo. Homo enim peccat venialiter merendo continue et non demerendo sed remissius promerendo.

*Objection: 3. Silvester might receive a gift for himself without sin; why not for others?*

Tercio sic arguitur: Quicquid potuit Silvester papa E licite et absque peccato in usum suum recipere, potuit sic recipere in usus aliorum; sic enim absque peccato recipiunt domini temporales predia, redditus et huiusmodi, tam sibi quam aliis, sed licite et absque peccato eciam veniali recepit Silvester temporalia privilegia pro se ipso; ergo sic fecit vel potuit pro aliis.

*Answer: Sin accompanies all active life;*

Hic respondeo concedendo asumptum et conclusionem illatam, sed non credo aliquos sanctos asserere dominos temporales absque peccato recipere redditus temporales, cum vivens activam vitam peccat continue mortaliter vel venialiter; et sic non credo quod absque peccato veniali recepit Silvester temporalia privilegia pro se ipso. Credo tamen quod potuit taliter recepisse, cum potuit fuisse in puro * statu innocencie 179d cum toto suo genere, et sic iure status innocencie recepisse immediate a domino usum et dominium temporalium. Sed ulterius pro materia argumenti concedo, primo quod omnis predestinatus habet titulum 1 et dominium super omnia temporalia privilegia cuiuscunque, cum pro tempore suo constituitur super omnia bona Dei; hoc tamen est impertinens doctori, cum post hanc vitam immediate a Deo ad usum poli recipitur tale dominium. Secundo notandum quod 2 domini temporales recipiunt licite et meritorie pro se et heredibus suis in perpetuum civili titulo redditus et proventus, tam propriorum dominorum quam filio-

*and, although lords may rightly perform civil acts,*

7. A in marg.: Tercia racio. Domini temporales continue vivunt vitam non sine peccato. 15. A in marg.: Responsio.

E 179d rum nobilium subditorum quorum custodia est in manus dominorum capitalium devoluta, sed sicut non vivunt hanc vitam sine peccato, sic non exercent actus tales civiles sine veniali, illud tamen quod foret in domino seculari licitum et meritorium foret in sacerdote Christi dampnabile.

yet such acts may be damnable in a priest.

Unde minus remotum est a sacerdocio Christi recipere a dominis temporalibus alternatum usum uxorum suarum secundum copulam carnalem (quod credidit Nicolaus dyaconus fuisse licitum), quam quod recipiant a seculari domino dominacionem civilem; utrumque enim istorum foret horribile, sed secundum horribilius, cum carnalis procreacio stat cum sacerdocio, non autem civilis dominacio. Ideo inniti ad dotacionem civilem cleri Christi non foret sui vel sacerdotum eius honoracio, sed detestanda turpacio, quia de clero qui prius fuit nude de sorte domini, faceret apostatam de sorte seculi. Ideo domini temporales dant clero titulo elemosine quidquid et quantumcunque voluerint et non deturpant eos dominacione civili.

Civil dominion is more inconsistent with priesthood than is fornication.

F 3 Tercio notandum quod Deus dedit beato Petro et toti generi suo secundum spiritualem imitacionem dominacionem evangelicam et usufructum super omnia bona mundi, non autem dominacionem vel usum civilem, quia illa proprie consummatur ab homine, prima autem donacio non consummatur ab aliquo preter dominum, cum solius Dei sit illa generacio; quamvis enim apostolus et alii sancti predicatores genuerunt filios Dei ex semine verbi sui, tamen primogenito iam mortuo tribuenda est generacio cuius semen suscitat frater iunior, de quanto participative dicitur ipse Christus. Sed circa talem genituram filialem vel sucessionem

God gave Peter an evangelical dominion over all things but no civil dominion.

7. A in marg.: Contra dominacionem cleri (Above 179d without mark of reference). 11. A $A_1$: utrumque inquam. 14. A $A_1$: civilis ditacio. 21. A in marg.: Nota clerus habet dominacionem evangelicam a Christo super omnibus rebus mundi. 23. Codd. usumfructum. 28. B: aliis sancti.

A man may be reputed Christ's vicar and yet be a devil, as is not incredible of Gregory XI.

vicariam non sit contencio, cum quotquot receperunt 179[d] F cum caritate consummata dedit eis potestatem filios Dei fieri; illos autem non constituit humana eleccio, cum ubicunque terrarum clericus vel laycus post ascensionem edificat ecclesiam sanctam cuius est membrum, ipse est tam Christi quam Petri vicarius. Et stat quod aliquis solempnitate, ritu et reputacione humana sit reputatus Christi vicarius, cum hoc quod sit horrendus dyabolus, ut non est incredibile de Gregorio XI. et multis ei similibus. Nam si mari- 1
tavit Raymundum nepotem suum cum herede Bolonie mediantibus decimis et bonis pauperum ecclesie Anglicane, si sustentavit iuxta fastum seculi 2
multas parentum suorum familias, si redemit dignam 3
captivitatem fratris sui et fecerit occidi multa millia hominum pocius propter secularem questum quam propter salutem eorum per patrimonium crucifixi, 4
si insuper * catholicaverit quod secundum potestates 180[a]
clavium errare non poterit, nec finaliter fructuose penituerit, quis dubitat quin fuit perpetuus hereticus, nunquam caput vel membrum sancte matris ecclesie, quia secundum Augustinum in libello De Decem Cordis vir finaliter infidelis non est caput mulieris membri ecclesie? Hec autem non impono sibi, sicut faciunt superiores persone ecclesie, sed dico quod nec ipse nec alius est Christi vel Petri vicarius nisi relinquens mundanum ritum imitetur eos in moribus, et sic stat quod pretensus Romanus pontifex sit caput membrorum dyaboli, et in hoc iacet periculum humane dotacionis perpetue, cum sepe occasione illius cadit distribucio fertilior bonorum pauperum super membra diaboli.

6. A in marg.: Nota de papa. 21. A: num caput. $A_1$: non caput. 22. A in marg.: Augustinus. 26. A in marg.: Quarta racio. Nota quis est vicarius Christi vel Petri (Above 180[a] without mark of reference).

22. Sermo IX De Decem Chordis Opp. tom. V, pag. 50.

G 180a Quarto arguitur ponderancius propter gravedinem argumenti sic: Nullus obligatus sub pena peccati mortalis ad recipiendum temporalia pro se et suis successoribus in perpetuum in hoc peccat, sed Silvester fuit obligatus sub pena peccati mortalis sic recipere elemosinas a Constantino, ergo in hoc nullo modo peccavit. Hic dicitur quod utraque pars antecedentis capit calumpniam, nam multi sunt actus ad quorum obligacionem homines inducuntur, eciam sub pena peccati mortalis occasione precedencium peccatorum, quos actus faciendo peccant vel mortaliter vel venialiter. Sic enim peccatum illaqueat multos insolubiliter ad peccandum, et hinc (ut notat Augustinus) Psalmista rogat de necessitatibus liberari, sed quamvis homo sit in multis casibus necessitatus ad peccandum, tamen et poterit faciliter non peccare, et non a Deo sed a peccato capit necessitatem ut peccet, non tamen debet vel tenetur peccare.

Objection: 4. Silvester could not refuse Constantine's alms without mortal sin.

Answer: A man may so involve himself that he cannot excape sin.

H 1 Ut autem ista sentencia palpabilius videatur, pono primum exemplum in quo quis sub pena mortalis teneatur reddere debitum uxori pro excusanda utriusque libidine, et in reddicione peccet mortaliter aut venialiter; nulli dubium quin casus sit possibilis et sepe accidens.

Examples.

2 Pono secundum exemplum in quo abbas teneatur sub pena mortalis recipere onus sue ecclesie ad regulandum religiose suum capitulum, ad dispensandum fideliter egenis elemosinas quas recipit ad hunc usum, et ad vivendum in se et suo capitulo inseculariter secundum regulam traditam a patrono. Et pono de

7. A in marg.: Responsio. B in marg.: Multi sunt actus quos obligamur perficere sub magna pena, quos implendo peccamus mortaliter. 13. B: hic ut notat. 19. A in marg.: Nota. 22. A: libine.

13. Aug. De Natura et Gracia contra Pelagium cap. LXVI. Opp. tom. X, pag. 161, De Perfeccione iustitiae hominis ibid. tom. X, pag. 170 etc.

possibili quod electus ad illud officium peccet, inordinate aspirando ad honorem et cultum seculi et imprudenter dispensando bona pauperum; et patet contradictorium maioris assumpte. 180a H

Pono tercium exemplum in quo quis tenetur accipere eukaristiam et eam indigne accipiat, et patet quod in faciendo illud quod debet facere peccat mortaliter propter defectum modi faciendi, sicut in maiori parte accidit in accipiendo ecclesiasticum beneficium. Sed longe aliud est dicere, Petrus obligatus sub pena mortalis recipere datum onus in hoc peccat, et in quantum recipit illud onus in tantum peccat; nam prior proposicio dicit in reduplicacionem concomitanciam et secunda dicit reduplicacionem causalem. Minor eciam argumenti est falsa, quia non est deducibile quod Deus * vel scriptura sacra obligavit 180b beatum Silvestrum sub pena mortalis recipere elemosinas secundum illam formam a cesare sed religiosius fecisset, informando cesarem quod caput ecclesie Christus in cuius virtute sanatus est aufugit honores mundanos et proprietatem civilem. Ideo superioribus sacerdotibus suis non incumbit tam grave officium ministrandi pauperibus, sed inferioribus dyaconis et laycis quibus incumbit abiectum sed in gradu suo meritorium ministerium, nec alium primatum docuit Christus apostolos suos appetere nisi ex veritate prima sequentem maioritatem quoad Deum racione humilioris ministerii (ut docetur Luce XXII°).

There is no evidence that Silvester would have sinned in refusing.

Si, inquam, cum talibus exhortacionibus evangelicis securius procurasset Silvester pro futura ecclesia, tunc verisimilius plus profuisset utrique parti, sicut beatus Leonardus plus profuit regi Francie retrahendo ipsum ab affeccione mundana per hoc quod renuit officium

13. A: reduplicacione sive reduplicative. 21. B: mundanos in proprietatem. 29. A in marg.: Nota defectus beati Silvestri (Above 180b without mark of reference).

H 180b presulatus, quam fecisset in retinendo illud officium procurando a rege dimidium regni sui. Ideo fecit conformius ad evangelium et (sicut credo) utilius utrique parti ecclesie, quam fecit beatus Silvester recipiendo illam cartam a cesare, sicut innuit cronica de voce angeli dicentis quod in die illius dotacionis diffusum est venenum in ęcclesia sancta Dei. Nec est carta cesaris magis credibilis quam ista cronica, ymmo evidencius est ex fide scripture et lege ecclesie quod Nabuchodonosor qui destruxit synagogam et sacerdotes Jerusalem sit salvatus, quam quod Constantinus salvabitur, quia primum asserit decretum cum Augustino ex testimonio scripture, sed secundum relinquitur insuasum.

St. Leonard's example is better than Silvester's.

Sed arguit doctor quod Silvester tenebatur de necessitate salutis recipere dotacionem predictam a cesare eo quod spolians christianos bonis suis tenebatur eis restituere. Sed si evidencia ista procederet,
**1** moveret primo credere quod Constantinus propter
**2** defectum plene satisfaccionis fuit dampnabilis, secundo cum beatus Silvester debuit sub pena mortalis restitucionem illam recipere, sequitur quod totum imperium principaliter debebatur Romano pontifici, et per idem, extincto quolibet seculari capitali domino cuiuslibet regni, episcopus debet esse eius civilis dominus capitalis, ut deductum est et improbatum priori capitulo.
**3** Tercio sequitur quod Christo et cuilibet eius vicario debetur principaliter dominacio secularis, cum aliter posset cesar renunciasse toti civilitati et distribuisse bona pauperibus, sicut fecerunt sanctus Thomas apostolus et sanctus Laurencius; nam dato opposito non oportuit quod cesar resignasset Silvestro imperium, et per consequens non oportuit sub pena mortalis beatum Silvestrum illam dotacionem a cesare recepisse.

The doctor argues that Silvester was bound to accept restitution from Constantine.

This implies imperfect restitution on Constantine's part,

and a duty in the Pope to bear civil sway.

2. B: pro creando. 10. A in marg.: Salvacio < Nabuchodonosor. / Constantini.
30. B: bona deest.

Unde ego credo quod meritorius fuisset utrique parti 180b I quod distributa fuissent bona pauperibus, et ordinatum per laycos ministerium continuum in subsidium egenorum; tunc enim posset clerus stare in suo gradu vivendo exproprietarie sicut primo, et ablata confederacione, assecuracione et occupacione cum mundo cresceret undique fructus cleri. Nec est credendum quod ad satisfaccionem tyranni requiritur ut det clero dominacionem civilem, sed oportet quod satisfaciens capitali * domino iuvet suam ecclesiam, aliis ut egen- 181c tibus conferendo, et superhabundantibus vel abutentibus subtrahendo. Sic enim dicitur Nabuchodonosor ex maiori evidencia quam nostrum cesarem meruisse.

Objection: 5. If perpetual alms are wrong our colleges ought to be dissolved.

Quinto arguitur per deducens ad familiare inconveniens scilicet: Si beatus Silvester peccavit in recipiendo dotacionem ecclesie in perpetuum, sequitur a pari quod collegia nostre universitatis verisimiliter peccarent in recipiendo temporalia pro sustentacione perpetua pauperum clericorum; et ita sequitur quod tam clerici domini Wyntoniensis quam alii collegiati tenentur non perpetuari, et per consequens monere patronos ad dissolvendum privilegia perpetua, ut est de privilegiis perpetuis concessis universitati nostre a rege, et sic de cantariis et aliis elemosinis perpetuis. Revocetur, inquit, ista heresis, cum extingueret devocionem populi, elemosinas perpetuas clericorum, et per consequens cederet ad detrimentum maximum pauperibus in futurum.

Answer: An act may be good, yet touched with venial sin.

Hic dico primo quod consequencia non procedit, K cum homo potest facere nedum bonum de genere, sed bene moraliter et tamen cum hoc et in hoc peccare venialiter, ut ista pars habet dicere in familiariori

3. B: continuum deest. 6. B: et assecuracione. 11. 12. B: ab utentibus trahendo. 15. A in marg.: Quinta racio 22. B: tenentur velle non. 24. 25. B: nostri a rege. 26. extigueret in codd. 30. A in marg : Responsio.

*Example of Archbishop Islip and his college,*

K 180c exemplo. Nam dominus Symon Hyslep archiepiscopus Cantuariensis fundavit unum collegium in Oxonia plus pia intencione, ut evidencius creditur quam de fundacione cuiuscunque abbathie in Anglia, et ordinavit quod in ea sub forma laudabili studeant ad utilitatem ecclesie pure clerici seculares, quod et factum est. Et cum ipso mortuo symoniace cum commentis mendacii eversum est tam pii patroni propositum et illis expulsis pauci alii non egentes sed diviciis affluentes irregulariter introducti contra decretum captum ex dictis beati Jeronimi, positum XIIa q. II: *Gloria episcopi est pauperum opibus providere, ignominia sacerdotis est propriis studere diviciis.* Et cum pretextu illius fuci sophistici episcopus et suum capitulum sunt una persona a qua non licet alienare bona illius ecclesie, ista persona vendicat bona illius collegii proprietarie possidere. Unde consulendum videtur domino Wyntoniensi ut caveat hanc cautelam. Credo autem quod dictus Symon peccavit fundando dictum collegium, sed non tantum quantum Antisymon qui ipsum dissolverat, sed ut credo nunquam fuit ecclesia appropriata in Anglia vel possessio in perpetuam elemosinam mortificata quin appropriacio sapuit peccatum altrinsecus.

*dissolved by Archbishop Langham.*

*I should be glad to see all appropriations and endowments come to an end.*

L Ulterius pro materia argumenti affectarem, si Deus decreverit quod non foret in regno nostro talis ecclesiarum appropriacio vel reddituum temporalium mortificacio, sed quod totus clerus vivendo pure exproprietarie de decimis, oblacionibus et privatis elemosinis sit contentus; quamvis enim illud non dixerim per modum conclusionis, sed per viam condicionis et

10. B: irregulari introducti. 25. A in marg.: Conclusio. Contra dotacionem (Below 180c without mark of reference).

1. Comp. Lechler, Johann von Wiclif tom. I, pp. 294, 303.
12. Decreti II pars, causa XII, q. II, cap. LXXI.

1. The clergy would then live as Christ ordered.

imprecacionis, tamen eius racionabilitas suaderi potest 180[c] L tripliciter. Primo per hoc quod ecclesia cleri vixit sic 1 exproprietarie ex ordinacione Christi et apostolorum usque ad dotacionem cesaream; sed * et usque hodie 180[d] in plus religiosis clericis remanet illa vita, et illam conversacionem declaravi superius esse plus autenticam,

2. The excessive number of clergy would be lessened.

plus meritoriam et securam. Secundo ex hoc quod 2 stat minando destruccionem regni superhabundare multitudinem clericorum, ut docet Apostolus I, Cor. XII°, in exemplo de corpore humano, quod foret nimis monstruosum, si totum, medietas vel tercia foret oculus. Cum ergo omne utile ad regimen rei publice secundum Augustinum, II° De Doctrina Christiana, in fine, sit reperibile in scriptura, videtur quod in scriptura fundabilis sit regula secundum quam in populo proporcionaliter sit de clero, nec inveniet homo regulam reccius directivam quam ministrando clero secundum formam quam ecclesia primitiva instituit, et limitando eis officium quod tunc gessit. Ergo hoc foret conveniens racioni. Si enim in veteri testamento, quando sacerdotes et Levite onerati erant importabiliter cum disposicionibus bestiarum ad victimas, limitati sunt ad istam porcionem triplicem (ut dixi superius XIII° cap.), multo magis in tempore legis gracie, quando clerus alleviatus ab oneribus legis debet esse pauperior, et populus ad relevandum est prompcior.

3. There would be less worldliness and simony among the clergy and less fighting among the laity.

Tercio arguitur ex precavicione inconvenientis multi- 3 plicis quod taliter tolleretur; primo, inquam, non a aspiraret tanta multitudo ad sacerdocium plus propter affeccionem ad seculum quam ad sacerdotale ministerium. Secundo non foret tanta mercacio symoniaca b nec tanta contencio et vulpina confederacio sicut modo, et ista conturbant regna plurimum. Tercio c brachium seculare non tantum necessitaretur pugnare

13. A in marg.: Augustinus. 19. B: limitando eque. 24. A XXII cap. corr. in marg. 26. B: populua. 27. B: Tercio confirmatur ex.

L 180d pro bonis fortune ut modo, tum quia ex uno latere
universitas temporalis dominii saciaret, tum eciam
quia clerus vivens apostolice eorum tyrannidem
mitigaret.

M d Quarto quia seculares sic magis disponerentur ad
magis ordinate imperciendum elemosinas magis dignis
et plus paterent discolorum latebre que hodie in
e vestimentis ovium sunt occulte. Quinto quia elemosine
limitate clero ad distribuendum pauperibus forent in
1 manu layca equius distribute. Notet, inquam, specu-
lator primo bona regni devoluta ad manum mortuam,
2 notet secundo subtraccionem partis eorum proporcio-
nalem numero et vite procuratorum pauperum et
notet tercio quomodo residuum est expensum. Dici-
3 tur enim quod fratres peregrini et alii egentes tantam
elemosinam recipiunt de exteris ut de illis.

4. The laity would be more careful in giving alms,

5. and the alms would be better distributed.

N f Sexto quia secularibus occupantibus illa bona iam
incarcerata tamquam suis (ut convenit) foret terra
magis fructifera, plus habundans bestiis et aliis bonis
fortune et ad defensionem regni ac augmentum exer-
citus christiani amplius populosa. Sic enim contigit
ante dictam dotacionem, et racio probabilis sumpta
ex facto cum eius circumstanciis contestatur. Deus
enim non fundit aquam pluvie differenter per gurgites
sed guttatim et roride facit ad nutrimentum terre
nascencium pluviam distillare, docens nos per hoc
indubie omnia genera bonorum nostrorum sine per-
sonarum accepcione prudenter dispergere, et sic (si
non fallor) ista expropriacio excitaret devocionem
181a populi, prepararet ad elemosinas perpetuas cleri * Christi,
et per consequens cederet in relevaminis pauperum
notabile incrementum. Unde quod ecclesie et redditus
regni sic sunt appropriata collegiis, error appropria-
cionis ecclesiarum abbathiis illud fecit; ex hinc enim
tollebantur rectores et eorum clerici qui augerent

6. The earth would be more fruitful.

Evil of appropriations,

23. A in marg.: Nota.

which injure both universities and parishes,

so that the numbers at Oxford have fallen greatly.

universitates et clerimoniam regni nostri, eo quod 181[a] N vel divise sunt ecclesie vel cognatis et familiaribus patronorum clericorum infideliter distribute, sic quod nisi Deus reliquisset nobis semen in fundacione collegiorum ex licencia regum Anglie quoad clerimoniam quasi Sodoma fuissemus; melius tamen foret quod quilibet collegiatus aptus ad regimen animarum haberet ecclesiam que iam appropriatur monasterio cui pastum spiritualem et sacramenta debite ministraret. Tunc enim prosperaretur regnum in corporalibus et spiritualibus et cresceret universitas nostra tam numero quam virtute; in cuius signum ante catheclismum appropriacionis huiusmodi erant in Oxonia sexaginta milia scolarium, ubi hodie non sunt tria. Universitas eciam plus crescit hodie per presbiteros mobiliter conducticios, quam crescit per perpetuas cantarias, nec oporteret habere tot privilegia a rege nisi quia ob defectum sacerdotum et supplantacionem privilegiorum laycorum per clericos layci eis propter sensacionem iniurie oppido sunt infesti. Olim autem non fuit sentencia ista heretica ante dotacionem ecclesie, quando in ea floruerunt catholice veritates. Ymmo (si non fallor) sonaret ad emendacionem ecclesie et ad stabilimentum regni et ad profectum cuiuscunque membri ecclesie tam vivi quam mortui quod proviso cuilibet clerico secundum ordinem suum de necessario

4 B in marg.: Approbat ut videtur collegium universitatum. 6. 7. B: quod quibus collegiatus. 8. B: que tam appropriatur. 14. B: sexaginta sex millia. A in marg.: Sexaginta millia scolarium fuerunt Oxonie, vide supra (Below 181[a] without mark of reference). 23. A $A_1$: Et — ecclesie deest.

13. There is a passage in Fitz Ralph's Defensio Curatorum on the numbers at Oxford. He says that parents are afraid to send their children lest the friars should get hold of them „et sic fit quod ubi in studio Oxoniensi adhuc meo tempore erant triginta millia studentium non reperiuntur sex millia his diebus". Brown's Fasciculus II, 473. Apud Goldast, Monarchia II, 1398

N 181a nutrimento et tegumento ista conclusio sit paulative et provide practizata.

Objection: 6. Why may not ecclesiastics accept what they may buy?

Sexto arguitur, sumendo quod principes et domini temporales licite et absque peccato vendunt terras et tenementa sua viris ecclesiasticis et suis successoribus in perpetuum, ergo a forciori conferrent eis temporalia in perpetuum; et assumptum probatur, ponendo quod aliquis dominus secularis sit constitutus in extrema necessitate, sicut sunt milites nostri capti ab hostibus in partibus transmarinis, nec habeat dictus dominus unde se ipsum redimat nisi alienando in perpetuum suum manerium, et cum hoc suppono quod nullus sit qui velit emere dictum manerium nisi collegium nostrum vel aliud ei simile, tunc datum collegium tenetur relevare dictum militem in extrema necessitate positum, et hoc sub pena peccati mortalis; sed non potest ipsum relevare nisi emat ab eo manerium, ergo tenetur in casu sub pena peccati mortalis emere a dicto milite pro perpetuo suum manerium.

Example.

Answer: In the case supposed the college ought to give, not to buy;

Iste casus foret michi nimis difficilis, nec video colorem quomodo foret possibilis nisi forte dictum collegium fuerit per dominum huius seculi vinculis insolubilibus mammone iniquitatis adeo cathenatum quod ex induracione necessario dampnabili non possit dictum militem misericorditer relevare, sed necesse habeat eum de hereditate paterna dampnabiliter spoliare. Sed nec casum illum libenter admitterem nec aliud relevamen militis omnino excluderem; tale enim collegium si foret esset summe dyabolicum, quia (ut innuitur) non posset per elemosinam sed non nisi per
181b sacrilegium * dictum militem relevare, et revera Deus non posset salvare tale collegium de sua potencia absoluta.

3. A in marg.: Sexta racio. 5. B: et per tenementa. 9. A in marg.: Casus. 21. A in marg.: Responsio.

and a college so buying ought to be suppressed.

Debet ergo miles ire ad dominum terre et narrare sibi condiciones talis collegii, et totum regnum teneretur collegium tale venenosum expellere et cum bonis que talis legio occuparet, si fuerit elemosina, militem relevare. Et patet quod hoc fieri posset legaliter ex dicto beati Ambrosii posito in decretis XII[a], q. II[a], *Aurum. Aurum,* inquit, *habet ecclesia non ut servet sed ut eroget et subveniat in necessitatibus. Quid est opus custodire quod nihil adiuvat? An ignoramus quantum auri atque argenti de templo domini Assirii sustulerunt? Nonne melius conflat sacerdos propter alimoniam pauperum, si aliqua subsidia desunt, quam si sacrilegus contaminat et asportat hostis? Nonne dicturus est dominus: Cur passus es tot inopes fame mori? Et certe habebas aurum, unde ministrasses alimoniam. Cur tot captivi in commercium ducti nec redempti ab hoste occisi sunt? Melius fuerat ut vasa vivencium servares quam metallorum; hiis non posset responsum deferri. Quid enim diceres: Timui ne templo Dei ornatus deesset? Aurum,* inquit, *sacramenta non querunt, neque auro placent que auro non emuntur. Ornatus sacrorum est redempcio captivorum, et vere sunt illa vasa preciosa que redimunt animas a morte. Ille verus est thesaurus domini qui operatur quod sanguis eius operatus est.* 181[b] O

Judgment of Ambrose.

These words show that the King may use church treasure to redeem captives,

Ex istis verbis huius doctoris sanctissimi et decreti P videtur, primo quod regi licet in tempore necessitatis 1 multiplicis auferre nedum iocalia cleri sui superflua sed et calices et preciosa tumbarum et ecclesie ornamenta, ut puta, si aliunde vel oportunius regnum non sufficit redimere captivos qui in defensione regni

5. A in marg.: Ambrosius. 7. A in marg.: Aurum habet ecclesia. 15. B: aurum aurum. 16. B in marg.: Pro redempcione captivorum exponenda sunt vasa ecclesie. 17. A: Melius fuerant.

6. Ambrosius lib. II, De Officiis, c. XXVIII and Decreti sec. pars, causa XII, q. II, cap. LXX.

P 181b legitime militarunt; et pro iterata defensione regni 2 necessarii sunt. Secundo, si regnum pro sua defensione necessaria non habeat aliunde vel congruencius unde militantibus pro defensione regni ministraret stipen- 3 dia. Et tercio, si vulgus per taxas gubernacioni regni necessarias ad nimiam pauperiem sit reductus. Racio beati Ambrosii stat in isto: Melius est quod regnum religiose defendatur per propria quam quod in penam peccati sui depredetur de hiis que inutiliter et avare retinuit a gente sacrilega aliena. Sic enim Nabugodonosor ex peccato sacerdotum fecit templum in Jerusalem spoliari (ut patet Regum XX. et Daniel V°), sed quid propter superbiam qua plus timemus hostes cognoscere nostram egenciam, quam Deum offendere per nostram arroganciam, et quid per evidencias sophisticas et partem quam facit clerus potentibus lamentabiliter pauperes sunt predati? Et ista creditur una causa quare thesaurus ecclesie et cleri Francie fuit per nostros in Angliam transportatus, sed

or to defend the realm,

or to avoid oppressive taxation.

Now the clergy prey upon the poor.

*Felix quem faciunt aliena pericula cautum.*

Et patet quod dictum collegium debet dare dicto 181c pauperi militi elemosinam de bonis pauperum * ad hoc datis, non autem ad hereditarie conquirendum dominium seculare, quia sic posset clerus conquirere omnia regna mundi, cum (ut inquiunt) possunt infinite adquirere, sed nichil alienare vel perdere, et sic videretur quod talis adquisicio omnium regnorum mundi foret monstrum abhominabile Antichristi, de quo Daniel IX°, 27: *Erit in templo abhominacio desolacionis;* cui dicto Christus alludit Matthei XXIV, 15: *Cum,* inquit, *videritis abhominacionem desolacionis que*

1. B: illata defensione. 5. 6. B: regni necessitas.

20. Vulgo iactatus versus; in eandem sentenciam ap. Plautum: Feliciter sapit qui alieno periculo sapit.

*dicta est a Daniele propheta stantem in loco sancto,* velut dicitur Marci XIII, 14, *stantem ubi non debet: qui legit,* inquit, *intelligat.* Sed credo quod non veniet desolacio ad hunc gradum. 181c P

Objection: 7. Men may transfer their rights to other men; why not to a society?

Septimo principaliter sic arguitur: Domini temporales libere transferunt ius quod habent ad sua dominabilia nunc in certam .communitatem et nunc in unam personam, quia translacio iuris temporalis est libertatis creature, nolentis uti vel esse particeps alterius talis iuris, sed in certam personam transferunt absque peccato sua dominia, ergo per idem possunt absque peccato in communitate transferre iura huiusmodi. Sed translato iure in communitatem pro suo perpetuo consequitur tam perseverans dominacio, ergo stat communitatem habere perpetuo tale dominium. Q

Answer: They may, to a civil society that has the right to hold property, but not to a clerical community.

Hic dico, primo quod conclusio deducta est concedenda de communitate civili que est capax civilis dominii, ut patet de multis communitatibus civium que licite civiliter dominantur. Sed procul hoc ad inferendum quod clerico (in quantum huiusmodi) licet dominari civiliter, et multo periculosius foret communitatem cleri dominari civiliter, cum error ille vix foret extinguibilis, sed tamquam cancer serperet ampliandoque procederet, quousque magnam partem regnorum inficeret. Satis ergo est nobis habere usum moderatum temporalium pro nostris propriis necessitatibus et aliorum pauperum relevandis vel extincta eorum dominacione civili vel in manus capitalis domini derelicta, ut notat Hugo libro secundo De Sacramentis, parte secunda, cap. III° et VII°. *Layci,* inquit, *quia terrena et terrene vite necessaria tractant, pars corporis Christi sinistra sunt. Clerici vero,*

5. A in marg.: Septima racio. 13. B: translacio. 15. A in marg.: Responsio. 28. A in marg : Hugo. In Hugonis De Sacram. l. c. leges: Laici qui.

29. Hugonis de S. Victore Opp. pars II, De Sacramentis, lib. II, pars II (ed. Migne), pp. 417 et 420 mutatis aliquot verbis

Q 181c *quoniam ea que ad spiritualem vitam pertinent dispensant quasi dextera pars sunt corporis Christi.* Et post interpretando utrumque terminum sic infert: *Clericus nisi Deum et ea que ad Deum spectant habere non debet, cui statutum est decimis et oblacionibus que Deo offeruntur sustentari. Laicis vero christianis fidelibus terrena possidere conceditur, sed clericis spiritualia committuntur, sicut fuit in veteri testamento.* Et cap. VII° declarat quomodo *quedam ecclesie Christi devocione fidelium conceduntur salvo iure terrene potestatis, ne fiat confusio, cum nihil inordinatum approbare potest Deus. Unde quandoque concedunt principes terreni nudum usum ecclesie, et quandoque usum et potestatem exercende iusticie, quod clericus per ecclesiasticas personas aut individua clericalia exercere non potest. Potest tamen habere personas laycas ministros ad illud officium, sic tamen,* inquit, *ut id ipsum quod potestatem habet* 181d *a principe terreno se habere cogno*scat et ipsas possessiones nunquam ita a regia potestate elongari posse intelligat, quin si racio postulaverit aut necessitas, illi ipse possessiones debeant in necessitate obsequium, quia, sicut regia potestas patrocinium quod debet alteri alienare non debet, sic ipsa possessio eciam ab ecclesiasticis personis obtenta obsequium quod regie potestati pro patrocinio debetur iure negare non potest.*

Hugh of St. Victor

R Iste profundus doctor non admitteret quod clericus haberet in se civilitatem, nec emeret vel caperet in se sive papa sive alius summum dominium seculare, sed regens laycos et dominaciones suas spiritualiter recipere posset titulo elemosine fructum possessionis vel potestatis terrene, sic tamen quod seculare do-

declares that secular power must rest in secular hands.

8. A in marg.: Contra dominacionem civilem cleri (Below 181c without mark of reference). 15. B: personas ac individua. 19. B in marg.: Nota, tantum elongantur temporalia data clericis a brachio seculari, ut putam.

minium remaneat aput dominum secularem. Ulterius 1 R 181d
sicut doctor concedit quod est de libertate dominorum secularium quod possunt transferre ius et possessiones in alios, sic concederet evidencius hoc de clero, cum laico sit magis cognata secularis possessio.

Falseness of the rule that the clergy may not part with their endowments.

Item, non dubium quin clero potest nocere terre- 2
norum habicio, si ergo non liceret sibi tunc ipsa relinquere, ipse foret contra legem Dei ipsis diabolice copulatus; Christus enim precepit suis apostolis mundana relinquere. Paulus cum potuit habuisse vite necessaria de Corinthiis, non usus fuit illa potestate, sed et Augustinus rogavit cives suos recipere possessiones quas sibi donaverant. Quare ergo non potuit papa et quilibet alius cleri dotatus capitaneus sic fecisse; illi enim utilius procurarunt pro genere cleri postero quam Silvester.

Example of Paul and Augustine.

All orders could exist as well without endowment and may therefore relinquish it.

Item, non ex dotacione cesarea constituitur novus 3
ordo cleri qui sine dotacione huiusmodi non fuisset; quilibet ergo ordo cleri potuit fuisse sine dotacione huiusmodi cum tanta religiositate ordinis sicut modo. Ex quo sequitur quod dotacio talis quecunque est ordini cleri impertinens; aliter enim in spoliacionibus domorum religiosarum et in conquestibus terrarum destruerentur proporcionaliter possessionatorum ordines, et sic variarentur ordines illi proporcionaliter, ut dotacio variatur, quod dementis est dicere. Sicut ergo in prima dotacione sua potuit religiosus possessiones oblatas relinquere, sic modo post possessionem, quod si generaliter voluntarie fieret, maneret idem ordo perfeccior quam est modo.

So may the Pope,

Item, iuxta tacta papa videns dissensionem oriri ex 4 S
occupacione civilis dominii, et sibi ac clero suo per seculares posse procurari subsidium in casu quo illis dominacionem illam relinqueret, non foret plenus et

1. A in marg.: Nota. 6. 7. B: terrenorum non abicio. 25. A: proporcionabiter.

S 181d perfectus dominus eorum nisi posset ad relevamen sui et sui generis de suis subsidium procurare, ut tactum est de milite captivo, sed papa est utilius, plenius et perfeccius dominus patrimonii Crucifixi quam alius secularis: ergo licet sibi in casu sic facere; ymmo si credit vel credere debet verisimiliter quod status ille foret sibi et toti suo generi perfeccior, securior atque tranquillior, videtur quod sub pena peccati gravis debet sic facere, nam sic utilius possiderentur a sancta matre ecclesia.

*and should, if he thinks the Church will be the better for his action.*

5 Item, religio quam Christus instituit de nolendo
182a possidere pecuniam fuit perfeccior, solempnior * et obligacior quam privilegiacio cesarea, ergo cum ad dispensacionem unius non apostoli licuit religionem priorem deserere, et licet privilegium secundum relinquere. Sic enim ex causa potest celebrari divorcium inter virum et uxorem; ymmo (ut fingitur) licet clero separare animam a corpore in quocunque, qui dominacioni sue restiterit; et sic hoc luciferinum vinculum foret forcius quam vinculum gracie vel nature, et tunc indubie Deus malus superat Deum bonum. Dicunt enim quod verbum nedum humanitatem assumptam sed totam ecclesiam potest dimittere, sed clerus possessionatus non potest dominacionem deserere, sed abrasio capillorum nostrorum testatur quod non debet esse tam fortis nexus inter nos et bona fortune.

*The Church left Christ's privilege for Caesar's; it has now the right to leave Caesar's.*

Ex quibus videtur quod propter ingratitudines secundum quas volumus de dominorum elemosinis in secularitate superare ipsos dominos et propter hereses quas in materia de dominio nostro defendimus, ex una parte abutententes elemosinis et ex alia parte subtrahentes debitum de spiritualibus elemosinis rependendis, videtur quod patroni elemosinarum debent ipsas a nobis subtrahere et vere ecclesie Christi restituere, cum totus finis laudabilis sit eversus, et

*We make so bad use of alms that patrons should withdraw them and restore them to the true Church.*

5. B: quod alius. 27. A in marg.: Conclusio. De ablacione.

specialiter si peccamus subdole pretermisso ordine 182a S correpcionis evangelice inconsultis episcopis, ut aput nominetenus papam et cardinales, inimicos regni nostri precipuos, leges regni nostri et regaliam regis tamquam hereticam condempnamus. Iste enim videretur contemptus notabilis indiscreti doctoris cum suis complicibus.

Objection: 8. It is good to give temporal gifts for spiritual, and the more is given the more is received.

Octavo et ultimo arguitur per hoc quod cuilibet T domino temporali non solum est licitum sed meritorium emere hereditatem et bona eterna pro bonis temporalibus, et cum maius bonum temporale sit dignius maius bono spirituali, sequitur quod amplius et diucius dotans ecclesiam intensius meretur beatitudinem.

Answer: The rich man should use his wealth so as to obtain blessedness;

Ad istud argumentum dixi superius quod quilibet dives seculi tenetur sub pena peccati mortalis emere sibi beatitudinem per suas divicias, non quod cuilibet beatificando sit precium illud necessarium sed quod habens terrenam potestatem atque divicias utatur eis ad utilitatem ecclesie, et sic episcopi et religiosi possessionati tenentur precipue emere sibi beatitudinem per dispensacionem prudentem elemosinarum dandarum pauperibus. Verumptamen non oportet ut altera pars ecclesie vendat vel emat regnum illud civiliter, nec quod dominus secularis det dominacionem suam clericis, sed quod caveat ut faciat elemosinam suam in abscondito *cum nesciencia manus sinistre quid faciat dextera,* non dampnificando proximum dando sibi occasionem relinquendi perfeccionem suam primevam, nec ut onerosus factus subditis iniuste detineat eis debitum, que omnia fiunt hodie occasione dotacionis perpetue. Nam exhinc prelati dicuntur sompniferi vel ignari, subditis in equis, familia et exaccionibus onerosi. Unde non est credendum quod cesar proporcionaliter ad quantitatem bonorum que dicitur dedisse ecclesie

but this does not mean that he is to give up his duties to the clergy.

8. A in marg.: Octava racio. 15. A in marg.: Responsio. Dotacio.

T 182a cleri sic meruit, tum quia magnitudo elemosine ex dictis non taliter mensuratur, tum eciam quia iuxta adversarios non fuit nisi nimis stricta restitucio alieni. Sed quomodocunque sit de istis, verisimile est quia Cesar cecatus tumebat superbia, et sic tam elemosinantes quam elemosinati peccant communiter, sicut quilibet viator sciens vel probabiliter credens quod 182b religio * vel conversacio alia sibi faciliter adquiribilis esset sibi melior, et tamen quiescit torpide in vita quam reputat sibi minus meritoriam vel minus utilem sancte matri ecclesie, ut sic peccat; et ad arbitrandum hoc requiritur mentis purgacio, status et circumstanciarum discrecio sed omnino scripture sacre consulcio. Contingit enim quod rex vel alius seculi potentatus videns obstinaciam cleri et populi tantum invalescere in contemptu Christi et sue ecclesie quod foret sibi ex tali supposicione meritorius conversari seculariter, ut per gladium datum sibi a Deo coherceat potenter adversarios legis Christi, quam foret sibi istum statum deserere et vitam exproprietariam clerici vel heremite assumere. Vita tamen communis expropriletaria, nec in magna terrenorum affluencia nec in magna eorum carencia, videtur communiter illustratis securior, ut docet Solomon Prov. XXX°, 8, aliis autem illustratis eminencius est vita arcior vel in cura alcior, debite proficienti perfeccior; quod si propter ypocrisim vel primatum status talis appetitur, nullus est periculosior, quia Sapiencie VIa, 6, dicitur: *Districtum iudicium hiis qui presunt fiet;* a talibus enim archiservis Deus requiret striccius compotum talenti traditi et fructum ministerii, et patet de primatibus utriusque partis ecclesie, sicut inferius ostendetur de regibus.

A King may see that it is his duty to reign rather than to enter into religion.

V 1 Unde videtur mihi quod rex Anglie annuatim vel per vices congruas faceret diligenter et perfecte inquiri

5. A in marg.: Conclusio. 10. B: vel minus utilem deest. 28. Durissimum iudicium in lib. Sap. 31. Codd.: ut post de primatibus. 33. A B in marg.: Nota consilium

The King should enquire into Church property; how got and how used, and correct what is wrong.

quantum de bonis regni, qua condicione et quando sit in omnibus et singulis cleri sui ad manum mortuam devolutum. Secundo quod notetur numerus, qualitas et armatura spiritualis cleri qui occupat ista bona, et tercio quod faciat inquiri si in quantitate vel qualitate cleri in comparacione ad has elemosinas sit defectus, quem inventum faciat omnimode celeriter emendari. Probatur huius racionabilitas in exemplo: Nam supposito quod rex dedisset capitaneo cum suo exercitu thesaurum regni notabilem ad hostes corporaliter debellandum, nonne in monstracione exercitus sui ydonea faceret similia inquiri proporcionabiliter ad thesaurum pugnatoribus ministratum? Cum ergo pugna spiritualis milicie sit quoad causam clarior, quoad regem et regnum utilior et quoad exigenciam iudicis preponderancior, quomodo non per locum a maiori faceret fidelis rex illud diligencius inquiri? Non restat fideli admittenti principia fidei medium excusandi. Illius enim est ydoneitatem militum suorum inquirere cuius est stipendium reddere.

182[b] V

2

3

The clergy have no exemption from such an enquiry.

Nec valet fingere exempcionem vel privilegium ad tollendum illud stante rata solucione stipendii; nec mirum si regnum nostrum habeat consuetudinem (cum hoc quod non sit legi scripture contraria), eciam aliam quam habent alia regna mundi, quia alio modo et alio pondere stipendii conduxit rex clerum Anglie quam cleri in regnis aliis sunt conducti. Unde cum maximus contemptus quoad Deum et hominem et specialiter quoad periculum regni staret in fraude illius milicie, videtur quod rex et regnum debent de istis eo magis diligenter inquirere et proporcionaliter ad defectum in quantitate vel qualitate de stipendio deficienti subtrahere. * 182[c]

Nec cadit excusacio quod nemo luet defectum alterius, quia oppositum est fides catholica, specialiter X

9. A in marg.: Exemplum. 21. A B in marg.: Prima ficcio.
34. A B in marg.: Secunda ficcio.

X 182[c] quando unus omissione vel commissione participat peccato alterius; si enim prepositus spiritualis exercitus vel capit stipendium pro militibus quos non habet vel pro indignis quos debet corrigere, quomodo non est dignum elemosinam proporcionalem ab illo subtrahere?

It is vain to plead that the gifts were made without conditions.

Nec valet infidelis ficcio qua dicitur quod absque condicione fuit facta collacio, quomodocunque religiosus voluerit donatum expendere, quia hoc accusaret patronos ex blasphemia et extingueret spem de suo spirituali suffragio; ideo non minus propter mortuorum suffragium quam vivorum subsidium debet fieri diligens inquisicio in hac parte; tunc enim haberemus pauciores milites, sed potenciores contra dyabolum.

Vain too is the fiction that all true taking away is from like by like;

Y Nec valet infundabilis ficcio qua dicitur quod nemo aufert quicquam simpliciter ab alio nisi auferat a quolibet sibi simili in natura, quia tunc nemo posset quicquam auferre ab alio, cum omne ablatum ab impio tribuitur iusto. Sic enim iusti tulerunt spolia impiorum et *omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet et quod videtur habere auferetur;* et sic de modis loquendi scripture, sanctorum doctorum et legis ecclesie. Nam XXXVII[a] epistola Augustini ad Macedonium dicitur quod *non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum,* et idem ponitur in canone, XIV[a], q. VI. *Si res.* Ista tria nesciverunt sompniare quod non est ablacio nisi iusta, nec quod est iusta ablacio nisi fuerit auctorizata a pontifice Romano. Nam omnem ablacionem vel collacionem sicut et omnem

7. A B in marg.: Tercia ficcio. 8. In codd.: quandocunque. 15. A B: Quarta ficcio. A in marg.: Nota ficticias pro dominacione cleri (Above 182[c] without mark of reference). 23. A in marg.: Augustinus. B in marg.: Nota Augustinum quod non dimittitur peccatum nisi restituatur etc. 29. A in marg.: Stat esse ablacionem iustam preter hoc quod papa ipsam approbaret.

26. Vide Decr. II pars, causa XIV, q. VI, cap. I. De illa epistola Augustini vide supra pag. 304.

operacionem quoad eius substanciam oportet auctori- 182c Y zari a Deo; et cum omnis talis operacio non est sic secundum quid sed operacio simpliciter, eo quod aliter nulla creatura foret simpliciter activa, sicut Commentator recitat quosdam dicere, quos dicit non habere cerebrum dispositum ad philosophandum, sequitur cum veris quod stat esse ablacionem simpliciter cum hoc quod non a papa fuerit approbata. Si ergo ablacio vel alia talis iniusta operacio non dependet ex approbacione divina quoad mores quin sit simpliciter ablacio et alterius generis operacio, quomodo blasphematur quod nulla est ablacio simpliciter nisi papa decreverit? Sic enim extolleretur super omne quod dicitur Deus.

or that every gift or withdrawal of gifts needs the Pope's sanction.

Nec minus blasphemum est dicere quod nulla est Z iusta ablacio, collacio vel alia operacio ecclesie nisi auctorizetur ab ipso, quia antequam ipse habuerit primatum huiusmodi, erant multe operaciones ecclesie satis iuste, sicut operacio sua est iusta ex pura acceptacione divina. Ymmo pro tempore mortis sue, sicut et ipso superstite ignorante sunt multe ablaciones, collaciones et operaciones elemosinarie satis iuste, sicut patet de dotacione ecclesie Anglicane, que non emanavit ex eius auctoritate, sicut nec percepcio elemosine cesaree vel elemosina Anglie cesari non subiecte. Aliter enim non faceret Anglicus elemosinam clero suo nisi ostensa ad hoc auctoritate papali singularissima; quod non est fingendum, cum tempus et infinite alie circumstancie variarent operacionem elemosine. * Et sic cum auctorizacio generalis non 182d sufficit, frustraretur ex defectu auctoritatis papalis et ignorancia revocacionis licencie prioris omnis elemosina facienda egenis.

Ex istis demum colligitur quod ficticia subdola recentissima qua maior pars nostrorum sacerdotum

15. A B in marg.: Quinta ficcio. 17. B: ipse — operacio sua deest. 34. A in marg.: Nota. A B in marg.: Sexta ficcio.

Z 182d dotatorum fingit infideliter quod, cum papa dominatur
civiliter et capitaliter super singulos reges terre, non
licet eis auferre quicquam a clero, iudicare de cleri
1 conversacione vel cleri officio, nec ipsum corripere
vel iuvare nisi ex eius auctoritate previe requisita.
Sic enim extolleretur super Petrum et omnem Christi
vicarium, cum Petro ignorante et non approbante
nisi forte confuse, sicut benevolus approbat omne
bonum, Paulus nuda auctoritate Christi fecit magnum
profectum ecclesie (sicut patet Act. IX° et infra).
2 Secundo fingens hoc dogma nephandum daret occasionem populo laicali subtrahere beneficienciam suam
egenis, tam clericis quam laicis, eo quod non expresse
docetur satis singularis papalis auctoritas vel interim
revocacio auctoritatis ostense, ut tangitur in destruccione
3 proxime ficcionis. Tercio tolleretur omnis regalia et
primatus secularis principum terrenorum, cum non
liceret seculari iudicare de nequicia clerici sibi iniuriantis quantumcunque notorie nec exterrere clerum
freneticum ab attemptato facinore, et multo magis
non liceret seculari domino amerciare clericum vel
eius familiam insolentem nisi prius consulto papa ad
hoc licenciante, quia aliter liceret auferre a clero per
viam multacionis temporalia sua mobilia et in foro
civili iniuste occupata, papa qui est capitalis dominus
inconsulto. Talia deliramenta nedum ex scriptura sacra
infundabilia sed sibi contraria que hodie plus solito
sunt emuncta dabunt finem, si Deus voluerit, ne
post istum virum sterilem succedat alius tyrannice
sic blasphemans, sed Danielis IX°, 27, dicitur quod
*abhominacio desolacionis perseverabit usque in finem.*

If this were true the laity might withdraw all gifts that had not been sanctioned by the Pope, while the clergy would be out of all control.

15. A $A_1$: ostense deest.

## CAP. XVII.

*We must go through the ten arguments given in Chap. V. with our opponent's answer.*

Pro ulteriori declaracione christiane fidei de quiditate ac 182ᵈ A unitate sancte matris ecclesie discurrendum est per illas decem raciunculas quas feci superius in fine V[i] capituli de ista materia, et recitabo responsiones cuiusdam doctoris, ut veritas fidei concertacione scolastica magis appareat.

Assumpsi autem in primo argumento quod, si ante incarnacionem Christi non fuit ecclesia et extra ecclesiam catholicam non est salus, tunc nullus patrum veteris testamenti salvabitur.

*1. Our opponent denies our right to conclude from his premisses that the O. T. fathers will not be saved.*

Hic negatur consequencia, cum antecedens sit verum et consequens falsum, vel, inquit, ante incarnacionem erat ecclesia catholica. Hic insto primo contra falsitatem impositam consequenti, et quia est argumentum ad hominem, suppono primo quod nihil est quod fuit ante hoc instans quod est presens, et erit post illud nisi quod est in illo eodem instanti. Patet supposicio scole dicenti quod nichil est nisi quod est in hoc instanti temporis quod est presens, et tunc arguo sic contra concessum, scilicet quod aliquis patrum veteris testamenti * 183ᵃ salvabitur. Si sic, tunc vel qui est aliquis patrum veteris testamenti salvabitur, vel qui erit aliquis patrum veteris testamenti salvabitur; consequens falsum secundum istam scolam, quia nec est nec erit aliquis patrum veteris testamenti, cum non sit vetus testamentum nec reincipiet in die iudicii vel ante. Nec est verisimile quod vetus testamentum sit novum testamentum de quo scriptura facit distinccionem cum lege veteri, quia tunc non foret distinccio inter vetus testamentum et novum

*Answer: On his own nominalist theories it must be so.*

1. A in marg. ca[m] XVII (in red ink). 4. V. cap.; codd.: XV. 6. A A₁: contricacione. 7. B: autem deest. 11. A in marg.: Prima responsio. 18. A in marg.: Ante Christi incarnacionem fuit ecclesia; hoc probatur continue (Below 182[d] without mark of reference). 19. B: quod est prius.

7. Compare pag. 112, l. 18.

A 183a per descripciones eorum congruas exprimenda, sed omnia cerimonialia et legalia veteris testamenti essent pro tempore legis gracie ab ecclesia observanda, consequens contra sanctos doctores tractantes de cessacione legalium. Et quantum ad conclusionem ex fundacione Augustini, scilicet quod ecclesia fuit antequam fuit ecclesia, patet quod iste sanctus horruit sic sophisticari in fide de sancta ecclesia, nec sequitur ex textu suo, III, De Doctrina Christiana VI°, supradicta sentencia. Nam iste est textus Augustini: *Qui crediderunt ex quibus facta est prima ecclesia Jerosolimitana, satis ostenderunt quanta utilitas fuerit eo modo sub pedagogo custodiri.* Modo non sequitur, ex illis facta est prima ecclesia Jerosolimitana, ergo nec ante illos nec ante incarnacionem fuit ecclesia Jerosolimitana, et multo magis non sequitur quod ante illos non fuit ecclesia.

Augustine did not say that the Church existed before it was the Church;

B Unde logice dicitur quod ex illis facta est particulariter ecclesia catholica que fuit a principio mundi et fuit continue per generacionem membrorum suorum usque ad finem mundi, et facta est in magno anno mundi. Sed pertinencius sensui huius sancti dicitur quod intendit ex illis factam primam Jerosolimitanam particularem ecclesiam sub nomine Jerosolimitane ecclesie, quamvis ante fuerit ecclesia tam pro tempore legis veteris quam nove. Iste autem sanctus fuit mirabiliter subtilis logicus, relinquens nobis ex verbis suis diversa puncta logicalia capienda. Unde utramque istarum responsionum approbo, cum inutile est scole dare responsionem que non valet. Et conformiter dicitur ad illud Augustini, I Retraccionum cap. XIII°,

5. 6. B: ex fundamento. 12. In codd.: inutilatas. Correxi e textu Aug. l. c. 22. A $A_1$: huiusmodi sancti. 31. A: Augustini II in textu; in marg.: correxit I. In codd.: cap. XII. correxi. B in marg.: Christiana religio est securissima.

9. Aug. Opp. tom. III, pars I, pag. 48. 31. Ibid. tom. I, pag. 19.

ubi sic loquitur: *quod dixi, ea est nostris temporibus* 183$^a$ B *christiana religio quam cognoscere ac sequi securissima ac certissima salus est; secundum hoc nomen dictum est, non secundum ipsam rem cuius hoc nomen est. Nam res ipsa que nunc christiana religio nuncupatur, erat et aput antiquos nec defuit ab inicio generis humani, quousque ipse Christus veniret in carne. Unde vera religio que iam erat cepit appellari christiana.* Et sequitur exposicio: *Hec est nostris temporibus religio christiana, non quia prioribus temporibus non fuit, sed quia posterioribus hoc nomen accepit.*

but he teaches that *a)* the Christian religion is best and safest; *b)* it lasts through both testaments; *c)* it existed from the beginning of the world.

Ex istis dictis notari possunt notabilia. Primo quia **1** christiana religio secundum formam quam ipse instituit est perfectissima et securissima; secundo quod **2** ipsa durat per tempus utriusque testamenti, licet ante incarnacionem non sit vocata christiana religio, et tercio sequitur quod ecclesia fuit a mundi inicio, ut **3** dicit Crisostomus et decretum Augustini, positum XXXII$^a$, q. IV$^a$. *Recurrat.* Et hoc debet attendere doctor allegans hoc dictum Augustini, non enim hic loquitur de ecclesia sub nomine ecclesie, sed loquitur de religione christiana, dicens * quod fuit a mundi 183$^b$ inicio.

The Christian religion is another name for the Church.

Ecclesiam ergo vocat sub nomine religionis que hodie dicitur christiana. Et patet quod non sequitur: si ante incarnacionem non vocabatur christiana religio, ergo ante incarnacionem non fuit ecclesia vel christiana religio, quin pocius sequitur quod a mundi inicio fuit ecclesia; quia notum est quod nunquam fuit religio fidelium predestinatorum nisi quando fuit ecclesia. Ideo sicut a mundi inicio fuit illa religio, sic a mundi inicio fuit ecclesia; et ad hoc sunt quotlibet testimonia sanctorum. Nam Augustinus (ut alle-

11. A in marg.: Nota. 20. A in marg.: Ecclesia incepit habere nomen ecclesie in novo testamento, sed utique ipsa prius fuit (Below 183$^a$ without mark of reference). 26. B: vel fuit. 28. A $A_1$: quia — ecclesia deest. 32. A in marg.: Augustinus.

18. Decret. sec. pars, causa XXXII, q. IV, cap. II.

B 183b gavi superius) sic scribit super Psalmo CXLII°: *Ecclesia que est mulier antiqua, civitas Dei et corpus Christi, habet inicium ab Abel, sicut mala civitas a Caym.* Unde in libro De Questionibus veteris et nove legis q. III^a declarat quomodo fides ecclesie successit per ordinem in electis. *Ab inicio,* inquit, *genus est christianorum, priores ergo homines quotquot fidem habuerunt unius Dei iure christiani dicendi sunt.* Unde sicut non sequitur: per tempus veteris testamenti non fuit vocata religio christiana, ergo tunc non fuit religio, ita non sequitur: tunc non fuit vocata ecclesia christiana, ergo tunc non fuit ecclesia. Sicut ecclesia Romana, cum sit universalis ecclesia, diu fuit ecclesia, antequam fuit ecclesia Romana, quia quemcunque locum mundi incoluerit semper manet ecclesia, cum fides et predestinacio non dependent a loco corporeo.

C Ideo oportet notare quomodo accidit ecclesie denominacio a loco et denominacio a natura creata sub nomine tali, sed per se inest sibi denominacio a capite, quod nunc est Christus, Deus et homo; fuit autem caput ecclesie antequam fuit homo. Ideo foret nephandum sophisma concedere quod tunc non fuit ecclesia, licet ecclesia fuerit tunc per locum a simili quod ecclesia Romana vel christiana fuit, quando ipsa non fuit Romana vel vocata christiana. Oportet enim distinguere inter per se et per accidens. Ecclesia enim non potest desinere esse ecclesia, sicut nec aliqua creatura potest desinere esse membrum Christi mistici (ut declarat Augustinus III°, De Doctrina Christiana XXXII°). Unde quod ecclesia vocata est sub nomine ecclesie pro tempore veteris testamenti, patet scrutanti

The name is accidental; the essential is that the Church is joined to her head,

and cannot cease to be, except by falling away from him.

1. 2. A in marg.: Ecclesia. 16. A in marg.: Nota. 17. B in marg.: Denominacio accidit ecclesie tripliciter. 29. A in marg.: Augustinus.

1. Opp. Aug. tom. IV, pars II, pag. 1589. 5. Ibid. tom. III, Append. pag. 44.

The name of "Church" used throughout the O. T.

scripturas tam in libris legalibus quam prophetalibus, in libris historialibus et sapiencialibus. Unde frequencius (si non fallor) fit mencio in lege veteri de matre nostra sub nomine ecclesie quam in nova. Unde quia liber Psalmorum est valde autenticus, quia a domino allegatus et communius in ore presbyteri exclamatus, notaremus illud Psalmi XXI[a], 26. *Aput te laus mea in ecclesia magna,* et Psalmo XXXIV[o], 18, dicitur: *Confitebor tibi in ecclesia magna,* et Psalmo CXLIX[o], 1: *Laus eius in ecclesia sanctorum.* Et sic exponit Augustinus maiorem partem Psalmorum, dictam de ecclesia vel in persona ecclesie, sicut loquuntur libri alii veteris testamenti. Unde beatus Gregorius, Omelia XIX[a], exponens illud Matthei XX, 1: *Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam,* declarat quomode *paterfamilias est conditor noster qui* in magna domo sua *regit singula,* sed specialiter suam ecclesiam. *Ipse,* inquit, *habet vineam, scilicet universam ecclesiam que ab Abel* iusto usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est quot sanctos protulit tot palmites misit.* Et post prosequitur quomodo dicta ecclesia mane hora tercia, sexta, nona et undecima habuit cultores vinee ecclesie quos vocavit et excitavit ad colendum ecclesiam et vicia extirpandum. Illas autem quinque horas limitat iste sanctus papa per quinque etates mundi. Modo non dubium vel ceco logico, si vinea dicti patrisfamilias sit ad sensum misticum sancta ecclesia

183[b] C

Parable of the labourers in the vineyard.

183[c]

4. A in marg.: Ecclesia vocata est sub nomine ecclesie pro tempore veteris testamenti (Below 183[b] without mark of reference). 6. B.: communicus in ore. B in marg.: Frequenter in lege veteri fit mencio de ecclesia sub nomine ecclesie. 12. 13. In codd.: ecclesia. Correxi. 14. A in marg.: Gregorius. 20. B: que Abel iusto. A in marg.: Ecclesia sunt omnes electi qui sunt et palmites in Christo qui est vitis. 23. B: quomodo dunca (sic) ecclesia.

14. Sancti Gregorii XL Homil. in evang. lib. I, hom. XIX. Opp. tom. I, 1510.

C 183c que ab Abel iusto usque ad novissimum electum sic fructificavit, tunc illa est extencior in etate quam pro hora undecima. Sequitur enim: Deus habet illam ecclesiam, ergo illa est ecclesia, et sequitur: Ab Abel iusto usque ad novissimum electum illa taliter germinavit, ergo per tantumdem temporis ipsa fuit. Et eandem sentenciam dicunt Augustinus, Crisostomus et decretum ex fide scripture (ut ostendi superius); et revera abbreviare etatem sancte matris ecclesie quod non fuit in veteri testamento foret presumptuosus error et periculosus merito revocandus; quod ego statim facerem, si (quod absit) illam assercionem temerariam presumpsissem.

The Church does not exist only for the eleventh hour.

D Nec valet dicere quod ecclesia fuit per istas quatuor etates ante incarnacionem, sed tunc non fuit ecclesia,
**1** primo quia tam literaliter quam mistice vocatur ecclesia pro tempore veteris testamenti, sicut patet in parabolis Christi quibus vocavit fideles ad nupcias et ad laborandum in vinea (ut patet Mat. XXII° et Mat. XX°), et secundum peritos linguarum ecclesia dicitur convocacio fidelium, synagoga autem congregacio fidelium. Ideo prius dicta est ecclesia, antequam fuerat vocata synagoga. Et quoad sensum literalem, patet quod sepe vocata est ecclesia pro tempore veteris
**2** testamenti. Similiter, si ecclesia fuit in prima etate mundi, tunc vel illud quod est ecclesia vel illud quod fuit ecclesia. Primum negabitur et dato secundo oportet cum veris dicere quod illa adequata ecclesia que fuit in prima etate mundi fuit in illa etate ecclesia, et cum illa etas lapsa est per multa millia annorum ante incarnacionem Christi, sequitur quod per tantum temporis ante incarnacionem fuit ecclesia; quod ego credo esse de fide ecclesie. Similiter modo
**3** est ecclesia triumphans que fuit in prima etate mundi,

The Church which existed in the first ages as militant is now triumphant.

2. A: extensior. 12. 13. B: presumpsisse. A in marg.: Ficcio.
21. A: congregacio fidelium. $A_1$ add. Iudeorum.

et cum nulla sit ecclesia triumphans nisi que prius 183[c] D
fuit militans (ut declarabitur inferius), sequitur quod illa ecclesia triumphans que fuit pro prima etate mundi fuit tunc ecclesia militans. Non enim est fas dicere quod nunc non sit ecclesia triumphans nec erit ante diem resurreccionis finalis, nec fas est dicere quod solum Christus vel alia persona humana, si iam sit beata in corpore et anima, sit modo ecclesia triumphans.

In denying the previous existence of the Church we reject an article of the Creed.

Ex istis videtur mihi quod post hereses de trinitate et incarnacione non fuit heresis periculosior quam pertinaciter defendere quod per totum tempus veteris testamenti non fuit ecclesia sancta catholica; tunc enim deficeret fidelibus tam viantibus quam triumphantibus solempnis articulus fidei, immediate sequens post articulum de spiritu sancto, quod est contra fidem
scripture, contra sanctos doctores* et iura ecclesie, que 183[d]
dicunt concorditer quod fidelis debet credere in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam. Ideo tam clerici quam laici debent constanter consurgere ad istum articulum defendum, scilicet quod ecclesia sancta catholica fuit a mundi principio cuius pars triumphans est spiritus celestis (ut dixi superius).

Unde in De Questionibus veteris et nove legis cap. E
XLVII°, Augustinus exponens illud Isaie IV°, 1: *Apprehendent septem mulieres virum unum in die illa dicentes: Panem nostrum comedemus et vestimentis nostris operiemur: tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer obprobrium nostrum,* primo dicit quod propheta loquitur de die gracie et muliere septemplici, scilicet ecclesia que est mulier

4. A: Non enim fas. 10. A in marg.: Conclusio. 25. A in marg.: Augustinus. 25. 26. A B in marg.: Apprehendent septem mulieres virum de ecclesia intelligitur (Above 183[d] without mark of reference).

25. Aug. Quaestiones ex veteri test. cap. XLVII. Opp. tom. III, Append. pag. 60.

E 183d fortis, de qua Prov. XXXI°: *Per septem mulieres,* inquit, *septem ecclesias dico esse significatas que quamvis una sit tamen septiformis dicitur, ut unum corpus septemplici numero constat membrorum: Non solum,* inquit, *nos sed eciam superni cives ecclesie membra sunt cuius caput est Christus. Sive ergo una sive septem dicantur ecclesie, non discrepat,* quia tota universitas ecclesiarum que est septem ecclesie propter septem dona spiritus sancti *et simul omnes unum corpus sunt Christi ex quo omnia in celis et in terra habent originem. Unde in hac militante ecclesia omnium ecclesiarum facta est mencio, quia cum huic sacramentum creatoris predicatur, eciam celestibus insinuatur doctrina. Inferioribus enim cum insinuatur necesse est ut audiant et superni. Unde Apostolus Ephesiorum III°: Michi autem omnium sanctorum minimo data est gracia in gentibus evangelizare investigabiles divicias gracie Christi et illuminare omnes, que sit dispensacio sacramenti absconditi a seculis in Deo qui omnia creavit, ut innotescat principibus et potestatibus in celestibus per ecclesiam multiformis sapiencia Dei.* Ecce quod iste sanctus apostolus in thabernaculo hoc mortali positus illuminavit cives ierarchie celestis et indubie expurgavit Petrum ac perfecit sanctam matrem ecclesiam, sicut quilibet christianus debet facere et specialiter ierarchia ecclesie militantis. Non enim est distinccio primatuum quoad illud, sed quodcunque membrum ecclesie secundum datum sibi lumen intelligencie tenetur communicare tres actus ierarchicos membris singulis matris sue; sicut enim lux corporalis illuminat intellectum, sic membra Christi viancia

St. Paul's example teaches us that we must enlighten our brethren.

2. In codd.: signatas; correxi e textu Aug. 6. A in marg.: Que sunt septem ecclesie designate per septem mulieres et que sunt septem membra quibus corpus constituitur. 31. A in marg.: Sicut enim lux corporalis illuminat intellectum, sic membra Christi viancia illuminant beatos in patria. B in marg.: Viatores illuminant beatos in patria.

illuminant beatos in patria, dum faciunt eos cogno- 183d E scere noticia in proprio genere fructus lucis. Unde non est credendum quod in triumphante ecclesia remanent sordes peccati purgandi (ut docetur Ephesiorum VI°), sed purgacio est expulsionis sordium continuacio, sic quod intellectus et affectus civium illuminantur et purgantur per obiectivam presentacionem docium suorum concivium.

The whole body of the blest and their bliss are perfected by mutual aid,

Et ex istis sequitur quod multitudo civium beatorum F sicut et plena eorum beatitudo per actus suos coalternos perficitur, ymmo cum verbum sit in medio omnium membrorum suorum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi, non dubium quin cives celestes vident in ipso et audiunt quicquid conservi sui faciunt ad edificacionem ecclesie. Sic enim unum membrum corporis sentit iuvamentum et nocumentum alterius virtute sensus * capitis. Hec ergo septiplex 184a ecclesia alloquitur sponsum Christum qui est vir, de quo Jeremie XXXI°, 22, scribitur quod *femina circumdabit virum;* ipsum autem apprehendit modo novo in sponsum, quando accepit sacramenta tamquam cartas sue redempcionis in effluxu sanguinis et aque in sui latere dormientis in cruce (ut notat Apostolus Ephes. VI°). Et sic hec septiplex ecclesia ante incarnacionem rogat salvatorem, factum hominem, ut auferat obprobrium sue sterilitatis. Panem, inquiunt, nostrum comedemus, quia in verbis legis que in fidem unius Dei instruunt convivemus, nam Hebreorum X°, 38, scribitur: *Iustus ex fide vivit,* et vestimentis nostris operiemur, quia ex fide creacionis et spe recreacionis cognoscimur quales sumus. Et isto modo loquitur Apostolus, Galat. III°, 27: *Omnes qui in Christo baptizati estis Christum induistis.* Membra enim Christi non sunt nuda virtutibus, sed induunt armaturam suam saltem in spe, imitando ipsum imperfecte, si

and each through the head is sensible of the help or default of others.

9. B: Et omitted. 19. In codd.: Jer. XXI.

F 184[a] sunt de suo exercitu. Sic ergo panem et vestimenta habuerunt patres veteris testamenti, sed sicut *non in solo pane vivit homo* (ut dicitur Matthei IV°, 4), sic spes confunderet relinquereturque tota vita obprobriosa et sterilis nisi caritas consummans ut potus et edulium data fuerit per dominum Jesum Christum; aliter enim non deleretur peccatum humani generis, nec procrearetur operacio vitalis digna beatitudine, sed remaneret in singulis viatoribus sempiternum obprobrium ut dampnatis. Aufer, inquiunt, obprobrium nostrum, quia remanebimus perpetuo tamquam abortivi vel colobon, nisi tu dans vestem nupcialem et domicilium fueris incarnatus. Nam victus et vestitus non sufficiunt homini sine ultimo stabili tegumento quod est caritas patrie non excidens, data per dominum Jesum Christum. Invocetur ergo super nos nomen Christi, ut dicamur actualiter christiani. Unde istam deprecacionem dicit Augustinus redundare in ecclesiam triumphantem; *quamquam*, inquit, *spirituales sint et celestes potencie, obprobrio tamen subiacent, si a creatore suo fuerint aliene et nec membra erunt corporis que caput suum non cognoscentes oberrant*. Vult dicere quod toti ecclesie beatitudo deficeret nisi Christus merito sue passionis redempcionem hominis consummasset.

The O. T. Church had faith and hope: Christ brought charity.

G Sed hic videtur dubium: Si patres veteris testamenti fuerant christiani, et videtur Augustinum in ista sentencia contradicere sibi ipsi. Sed notandum quod homines possunt dici tripliciter christiani, scilicet in figura, in effectu et in fructu. In figura vero dicti sunt omnes sancti legis veteris christiani. Si enim dieta dicitur sana propter sanitatem futuram cuius

Men may be called Christians in three ways;

11. A in marg.: Passio Christi perfecit nos et omnia. 18. A in marg.: Augustinus. 26. A B in marg.: Dubium. 29. A in marg.: Nota quod homines dicuntur tripliciter christiani. B in marg.: Homines dicuntur christiani tripliciter.

7. Augustinus quaestio XLVII l. c.

*a) in figure, as the O. T. Saints;*

est effectiva, quanto magis patriarche dicuntur pro 184[a] G suo tempore christiani, cum Christus eos denominat membra sua? Christus enim manet in eternum secundum naturam divinam et creatus est a principio mundi nedum in causis secundis communibus, sed in materiali essencia singulari; non tamen assumpsit illam ypostatice, antequam assumens animam fuit

*b) in fact, as those who live in the time of grace;*

homo. In actu autem secundum nomen expressum 2 Christi dicebantur tempore gracie populi christiani et talem nominis denominacionem invocant patres legis veteris super illos; quod et habuerunt, antequam ducti

*c) in fruit, as all members of the Church after the day of judgment.*

sunt cum Christo ad celum. Sed post diem * iudicii 184[b] 3 habebunt omnia membra sancte ecclesie nomen christiani in fructu perpetuo. Et patet in parte quod non obstantibus istis declarativis sentenciis remanet prima raciuncula non soluta.

*2. We said that by our opponent's definition Christ was not a part of the Church.*

Secunda responsio ad secundam raciunculam negat consequenciam; sed videtur, si nulla sit ecclesia nisi multitudo christianorum, sed Christus non est christianus, tunc Christus non est pars vel membrum ecclesie. Concedit itaque quod Christus Deus noster est christianus, nec sequitur, inquit, si a Christo dicitur quilibet christianus, quod Christus ille non sit christianus: sic a creatore dicitur quelibet creatura, Christus est creator et sic ab eo dicitur quelibet creatura et tamen ipsemet est creatura, ut ego assero.

*He tries to prove that Christ is a christian,*

Hic primo notandum quod, si locus a simili (quan- 1 tumcunque fuerit similitudo insufficiens) valeat ad probandum intentum, periret omnis consequencia et foret omne signabile concedendum, eo quod omnes creature sunt similiores ad invicem, quam natura divina est similis nature create. Ideo necesse est

4. B in marg.: Christus fuit creatus a principio mundi. 9. B: docebantur. A in marg.: Utrum patres veteris testamenti fuerant christiani (Below 184[a] without mark of reference). 17. A in marg.: Secunda responsio. 31. A in marg.: Cristus non est cristianus.

17. Compare pag. 112, l. 30.

G 184[b] arguentem vel respondentem per locum a simili docere sufficienciam similitudinis quantum attinet ad propositum.

2 Secundo notandum quod Christus est simul creator et creatura, nec posset esse ista nisi esset simul duarum naturarum utraque, sic quod secundum naturam divinam est creator et secundum humanitatem est creatura; correspondenter ad propositum, si ipse simul esset Christus et christianus, tunc essent due nature, secundum quarum unam esset Cristus et secundum aliam christianus, sed nec secundum deitatem est Christus pars ecclesie; cum secundum illam non potest parcialiter quicquam componere, nec secundum humanitatem est ipse christianus sed caput omnium christianorum dicente Augustino super Johannem, Sermone CXXIII°, quod super petram que erat Christus fundata est ecclesia; a qua petra Petrus figurans ecclesiam nomen accepit: *Non enim a Petro petra sed Petrus a petra, sicut non Christus a christiano sed christianus a Christo vocatur.* Sed modo secundum istam ficticiam a christiano et Petro eque dicitur Christus, sicut econtra, cum verbum Dei sit christi-

but by a parallel which does not hold.

3 anus, ut false fingitur. Ulterius declaratur tam per grammaticos quam doctores ex testimonio scripture quod multi erant Christi in veteri testamento, quia reges, sacerdotes et prophete qui crismate erant uncti. Illud autem gratanter accepto cum modificacione tamen quod intelligatur de unccione spirituali qua anima ungitur gracia predestinacionis; solum enim membrum Christi unitum gracia predestinacionis et omne huiusmodi est proprie christianus. Non enim unccio corporalis

1. 2. B: simili dicere. 12. B: Christus vel pars. B: ut secundum. 15. A in marg.: Augustinus; in codd. serm. CXXIII recte CCLXX (alias XIII) vide Opp. tom V, pars I, pag. 415. 24. B in marg.: Nota quod solum predestinatus est proprie christianus. 26. B in marg.: Nota proprie christianus. 27. B: modificacione deest. 27. B: tamen deest. 31. A in marg.: Nota quod solum predestinatus est proprie christianus.

facit per se christianum, eo quod tunc utraque barba 184b G
Aaron scilicet superior et inferior foret cum suis partibus christianus. Nec sequitur quod Jesus Christus sit christianus, licet *Deus unxit illum oleo leticie pre consortibus suis* (ut dicitur Psalmo XLIV°, 8), quia non est membrum Christi, sed caput tocius ecclesie. Unde vere dicitur quod Christus est nomen appellativum, autonomatice conveniens Jesu nostro; ideo propter illam spiritualem unccionem derivatam a Jesu nostro dicimur Christiani et non Jesuani. Omnes enim convenimus cum eo in unccione secundum graciam predestinacionis a qua veste dicimur christiani, non autem sumus sic Christo conformiter salvatores, ideo non dicimur Jesuani.

The doctor gives three reasons why Christ was a christian,

Arguit tamen * doctor tripliciter quod dominus Jesus 184c H
Christus fuit vere christianus. Primo quia christianus 1
dicitur quasi crismate unctus; quod spiritualiter automatice sibi competit. Secundo per hoc quod christi- 2
anus dicitur quasi observans legem Christi, quod
iterum Jesu nostro summe competit; et tercio per hoc 3
quod Remus et Romulus dicuntur Romani, Israel Israelita, et Arrius Arrianus; quare ergo non dicetur Jesus, principium nostre secte vel generis, christianus?

none of which are valid.

Ad primum patet quod non plus sequitur quam 1
si lapis dicitur quasi ledens pedem, et gladius ledit pedem, ergo gladius ille est lapis: Non enim omnis interpretacio est diffinicio. Et per hoc tollitur secunda 2
argucia; nam tota trinitas et angeli, ymmo quelibet substancia creata observat legem Christi, et tamen non pocius quam apostema unctum crismate prescitus dicitur christianus. Quoad tercium dicitur quod, ad- 3

4. B: unxerit. 7. A B in marg.: Christus est nomen appellacionem. 8. Autonomastice in codd. 10. B in marg.: Nota bene quare dicuntur Christiani et non Jesuani. 20. B: summo competit. 26. A B in marg.: Triplex responsio. B in marg.: Christus non est christianus. 31. A in marg.: Arguitur quod Christus sit christianus et solvitur (Above 184c without mark of reference). B in marg.: Prescitus non est christianus.

H 184c misso isto triplici assumpto, quod tamen non probatur, non exinde sequitur per locum a simili quod Jesus principium secte nostre sit christianus, quia in dictis generibus fuit unum principium ante predictos, sed non potest esse homo prior dignitate prius principians genus nostrum, quam fuit dominus Jesus Christus; nam fuit ante Jacob unus vir clarius videns Deum, fuit ante Romulum unus homo principium generis Romanorum, et fuit ante Arrium unus heresiarcha qui pertinaciter asseruit Jesum nostrum fuisse solummodo creaturam, ut patet de dyabolo et principibus sacerdotum. Sed fundamentum aliud ecclesie vel generis christiani nemo potest ponere preter id quod positum est Christus Jesus. Ideo secundum Augustinum super Johannem, Omelia ultima, *non a christiano dicitur Christus sed econtra;* aliquid enim oportet nomen christiani addere super Christum, sicut oportet residuum domus presupponere fundamentum. Unde (si non fallor) non habetur testimonium a sanctis doctoribus quod Jesus Christus fuerat christianus. Non enim sequitur hoc ex sensu Crisostomi, Omelia LII[a] Operis Imperfecti, dicentis quod *ex hoc dicitur aliquis christianus, quod servat iusticiam,* nam intencio sua est dicere quod solum membrum Christi, sive militans sive triumphans, est proprie christianus; aliter enim diceret quod trinitas et omne membrum dyaboli, ymmo quelibet creatura foret christianus, cum omne tale modo suo servat iusticiam. Nam de qualibet creatura iustum est quod se habeat ut Deus ipsam decreverit se habere. Nec sequitur: Porphirius dicit quod genus quandoque sumitur pro generacionis

18—20. B: Unde — fuerat deest. 14. A in marg.: Augustinus. 21. A in marg.: Crisostomus. 25. A in marg.: Qui est proprie christianus.

15. Aug. In Joh. Ev. cap. XXI. Tract. CXXIV. Opp. tom. III, pars II, pag. 822. 22. Opus Imperfectum l. c. pag. CCXVIII.

principio et quandoque pro ipsa generacione, ergo 184[c] B Christus Deus noster est christianus. Sed colorate infertur quod Jesus Christus noster sit genus christianorum, quia illius generacionis principium.

Our opponent contradicts himself;

Sed finaliter colligitur ex dictis quomodo ista sentencia obviat sibi ipsi. Nam respondendo ad primum articulum dicitur conclusionaliter quod vel ante incarnacionem erat ecclesia catholica, et adiungitur una alia conclusio gloriosa, scilicet quod ista ecclesia que incepit in morte Christi per effluxum sanguinis et aque a corpore eius diu fuit ante incarnacionem Christi, sed nunquam ante dictam incarnacionem fuit ipsa ecclesia, sed synagoga. Mirantur logici quo sensu diceretur ista conclusio tamquam logica, cum ista ecclesia cepit esse, antequam fuit synagoga, et per consequens, antequam fuit ecclesia. * Ista ergo ecclesia 184[d] non cepit hora mortis Christi, cum ante incarnacionem fuit synagoga; nec potest hoc pertinenter verificari de aggregato ex talibus personis et forma a qua denominatur ecclesia, quia illud nec fuit ante incarnacionem nec fuit synagoga nec incepit per dictum effluxum, cum pro tunc secundum istam opinionem non fuit Christus, eo quod ex fide scripture Johannis XXº Christus tunc fuit mortuus.

and according to his definition there were Christians before the Incarnation.

Item, iuxta hec dicta sacerdotes, prophete et reges legis veteris erant Christi ut Israel, Aaron, David, et per consequens, Israelite, Aaronite et domus David fuerant christiani, quia discipuli Christi servantes iusticiam, et ita secundum omnem descripcionem quam doctor dat de christiano, sequitur quod ante incarnacionem fuerant christiani. Et in confirmacionem illius sic scribit mihi: *Qui,* inquit, *observant legem Christi omnes dicuntur christiani,* prout notat beatus Augustinus, Epistola XLII[a],

3. B: Jesus deest. 5. A in marg.: Nota quando incepit ecclesia. Prima responsio. 25. A in marg.: Secunda responsio.

33. Aug. Epistola ad Asellicum. Opp. tom. II, pag. 734.

H 184[d] allegans Apostolum Romanorum XI[a] dicentem quod *non omnes qui ex Israel sunt sunt Israelite; pocius*, inquit Augustinus, *christiani sunt non qui secundum Ismael filii sunt carnis, sed secundum Isaac filii sunt promissionis ad spirituale ministerium pertinentes.* Ex isto processu Augustini bene notato sequitur quod patres veteris testamenti fuerant christiani et membra ecclesie; quod negatur. *Omnes*, inquit, *viventes secundum legem Christi sunt filii Abrahe et veri christiani.* Ex qua conclusione patet quod per tempus veteris testamenti fuerant christiani, vel secundo quod modo nulli sunt filii Abrahe, vel quod in sancto triduo beata virgo non fuerat christiana, quia tunc non fuit ita quod ipsa observat legem Christi, cum tunc fuit ita quod non est Christus. Unde finaliter videtur inconsequenter dictum quod fuit ecclesia catholica cuius beata virgo fuit pars pro triduo mortis Christi,
1 primo quia, posito quod loquamur pro illo triduo, ex tibi dubio sola virgo est persona fidelis superstes, et cum ipsa non sit christiana ex tibi dubio, non est
2 multitudo omnium christianorum. Similiter, per totam vitam Christi corpoream ante mortem non fiebat ecclesia (ut dicitur), quia solum pro tempore fluxus sanguinis et aque de suo latere, quod fuit post mortem Christi.

Other absurd conclusions.

K Similiter, posito quod loquamur pro dicto triduo et arguamus a diffinicione ad diffinitum: Omnis ecclesia catholica est universalis multitudo omnium christianorum habencium ex integro rectam et eandem fidem, per Christum et suos apostolos promulgatam et postea a sanctis patribus in conciliis generalibus declaratam, sed nunc est ecclesia catholica cuius mater domini est pars, ergo nunc est universalis multitudo omnium christianorum, habencium ex integro rectam et eandem fidem per Christum et suos apostolos

Application of his definition to the three days;

1. In codd. Rom. IX. 15. A in marg.: Tercia responsio. 25. A: litera I deest. 31. A in marg.: Quedam diffinicio ecclesie.

promulgatam et postea a sanctis patribus in conciliis 184[d] K generalibus declaratam; consequens falsum pro dicto triduo, ergo antecedens. Sed minor fuit tunc vera ut datur; ergo cum tunc fuit dicta consequencia, ut suppono, relinquitur quod tunc fuit maior falsa, que est descripcio universalis ecclesie, ut fingitur perpetuo permansura. Quod autem consequens fuit tunc falsum, patet quia dato per impossibile quod tunc fuit multitudo omnium christianorum habencium * ex integro 185[a] rectam et eandem fidem per Christum et suos apostolos promulgatam, adhuc non fuit tunc verum quod illa fides sit postea a sanctis patribus in conciliis generalibus declarata. Sequitur enim illa fides a sanctis patribus in conciliis generalibus declarata; ergo nec post nec ante nec unquam est a sanctis patribus in conciliis generalibus declarata; si (inquam) sufficeret quod fides illa erit a sanctis patribus in conciliis generalibus declarata tunc sequitur cum veris quod diu ante mortem Christi fuit ecclesia catholica; quod negatur. Sed male, cum tunc fuit christiana religio, eo quod tunc fuit abbas secundum regulam apostolicam, regens suum capitulum de electis apostolis. Ipsi enim observarunt tunc melius quam nos facimus religionem christianam, et ex nomine talis religionis dicto primo Retractacionum, capitulo XXII°, infertur vere res et nomen ecclesie.

during which time, it leads us to believe, the Church ceased to exist.

3. We are accused of attacking mere faults of expression;

In tercio argumento fert doctor graviter quod 3 L dixi descripcionis sue particulas congregatas inculte. *Fateor*, inquit, *quod inculte, sed malo inculto sermone et absque dictamine scribere veritates quam sub fuco verborum politorum tradere falsitates.* Sed constat quod descripcio data est rethorica et diffusa,

3. B: triduo deest. 4. B: data consequencia. 12. Codd.: consiliis; sic et in sequentibus. 13. A $A_1$: Sequitur — declarata deest. 16. A $A_1$: si — declarata deest. 18. 19. B: quod domini ante. 27. A in marg.: Tercia responsio. 28 B: districcionis.

25. Aug. Opp. tom. I, pag. 29. 27. Cf. p. 113. l. 14.

L 185a nec solum falsitatem implicans sed errorem contrarium fidei christiane; et revera descripcionem sic diffusam et falsam non excusat color rethoricus quin sit a catholicis condempnata; descripcio autem ecclesie catholice est condicionis opposite, dum recte breviter et plane dicitur quod ecclesia catholica est universitas predestinatorum. Sed quoad materiam argumenti dicitur quod ubique assumit falsum incomprobatum, cum aliquam unam fidem qua creditur habent omnes christiani. Unam, inquit, tam genere quam specie sed non numero (ut allegatur de Augustino XIII° De Trinitate VI° et VII°), et eadem est fides que creditur aput omnes. Et placet de ista responsione: exhinc enim feci argumentum ad hominem, quia credidi doctorem posuisse ut olim quod non fuisset species vel aliquod universale nisi terminus vel conceptus; non quia credidi hoc esse verum, cum scio ex fide scripture quod una est fides que creditur, et fides qua creditur in quolibet christiano; aliter enim impertinenter diceret Apostolus Ephes. IV°, 5. *Unus dominus, una fides.* Et illud expresse dicit Augustinus XIII° De Trinitate, II° cap° X. *Fides* (inquam), scilicet que creditur, *communis est sicut dici potest omnibus hominibus facies humana communis; nam hoc ita dicitur, ut tamen singuli suas habeant. Ex una sane doctrina impressam* fidem credencium *cordibus singulorum* qui hoc idem credunt, *verissime dicimus; sed aliud sunt ea que creduntur, aliud fides qua creduntur. Illa quippe in rebus sunt que vel esse vel fuisse vel futura esse dicuntur, hec autem in animo credentis est, ei tantum conspicua cuius est, quamvis sit in*

but our opponent's error is serious,

since he confuses faith with the thing believed.

4. B: condempta. 6. A in marg.: Ecclesia quid est? 7. B: Sed conclusio ad. 13. A in marg.: Nota de universali reali. 21. A in marg.: Augustinus. 25. In codd. suas deest; addidi ex textu Aug. 26. B: expressam. 28. A B in marg.: Fides duplex.

12. Aug. Opp. tom. VIII, pag. 932. 22. ib. pag. 929.

*aliis non ipsa sed similis. Non enim una est numero* 185[a] L *sed genere propter similitudinem, tamen et nullam diversitatem magis unam dicimus esse quam multas. Nam duos homines simillimos cum videmus, unam faciem habere dicimus, facilius itaque dicitur multas animas fuisse singulas utique singulorum, de quibus legitur in actibus Apostolorum quod eis fuerit anima una, quoniam, ubi dixit Apostolus: Una fides, tot eas quisquam audet dicere quot fideles. Et tamen qui dixit: O mulier magna est fides tua, et alteri: Modice fidei quare dubitasti? suam cuique esse signat.*

The terms "genus" and "species" are not applicable to faith.

Ex istis notare potest logicus quod Augustinus loqui- M
tur de fide que est multitudo habituum credendi * ab 185[b]
uno principio infusorum et nec de genere nec de specie 1
logico, quia illud universale non recipit predicaciones huiusmodi peregrinas; nam ad species tales accidencium non est motus, sed ad partes quantitativas generis quod est multitudo dissimilium qualitatum sed nulla earum. Patet secundo quod fides que cre- 2
ditur est veritas de presenti, de preterito vel futuro et non subiective in credente, et per consequens, omnia que fuerunt vel erunt sunt pro suo tempore; aliter enim non diceret Augustinus quod ea que creduntur sunt in rebus sicut articuli preteriti et futuri. Et gaudeo tercio quod magistra et mater nostra scriptura habet testes conformes sanctis doctoribus, eius eminenciam attestantes, sic tamen quod dicant consequenter illam unam fidem habere unum subiectum quod est corpus ecclesie, et tunc oportet dicere quod illud corpus dispergitur inter patres veteris testamenti tam Hebreos quam gentiles et non artare ipsum ad tempus post mortem Christi et gentem vulgari nomine christianam.

The subject in which faith exists is the body of the Church.

6. 7. B: de quibus loquitur; in textu Aug.: legimus. 7. B: eis fuit. 8. 9. B: tot eas quisque audet dicere, quot fides. 19. B: fides est que. 23. 24. B: que credantur.

M 185b Ulterius asseritur falsum esse quod defective et corrupte habet multitudo christianorum fidem Christi, eo quod multitudo christianorum habet in fide quidquid est ei necessarium ad salutem credere. Sed constat quod imprudenter ex causa particulari falsum inducitur, nam iuxta sic asserentem prescitus dum est in mortali habet habitum fidei sicut et quilibet falsus christianus.

Further, our opponent says that the mass of Christians do not hold the faith defectively.

N Et credo quod nullus dubitat quin defective et corrupte quilibet talis habet fidem Christi defective, quia peccabiliter, sicut et habuerunt apostoli qui rogaverunt ut *Christus adaugeat eis fidem* Luce XVII°, 5. Si enim Petro non deficeret gradus fidei, Christus exprobrando non ei diceret Matthei XIV°, 31: *Modice fidei quare dubitasti?* Et corrupte habent fidem qui irretiti peccatis mortalibus corrumpunt bonos mores et ex informitate fidei finaliter corrumpuntur, nam secundum Apostolum Iª. Cor. V°, 6, *modicum fermentum totam massam corrumpit.* Ideo oportet doctorem consequenter dicere quod aliqua multitudo christianorum habet fidem valde defective et corrupte sicut homines opinionis sue. Nec moveat evidencia doctoris: si eandem fidem habent boni christiani et mali singuli, sequitur quod mali christiani eque perfectam et integram fidem habeant ut boni. Nam pertinens est hic loqui limitate de fide qua creditur, quia de fide que creditur eque perfectam fidem habent demones et creature singule ut beate. Ideo Augustinus loquitur de genere fidei que est tota multitudo habituum fidei in corpore ecclesie. Illud autem genus fidei habet unam partem quantitativam, perfectam in uno et in alio imperfectam, sicut genus motus localis habet in celo

Answer: Sin makes faith defective.

How we believe is the question;

as to what is believed the devils are at one with the blessed.

1. B in marg.: Nota quomodo quidam habent fidem defective et corrupte. A in marg.: Nota qui sunt qui habent fidem corruptam et qui defectivam. 11. B in marg.: Inferius nota quod in patria sunt singuli fidei uniformis; ergo sequitur ut videtur quod fides manebit in patria. 22. A $A_1$: homines opītus. B: sue deest. 27. A in marg.: Nota. 32. A $A_1$: habet in celo habet partem.

unam partem quantitativam uniformem quoad subiec- 185b N tum et tempus, sed aliam partem quantitativam utrimque difformem. In patria autem sunt singuli fidei uniformis, cum ibi evacuabitur imperfectum. Si enim eundem habitum fidei in numero omnino simpliciter habet quilibet christianus, sequitur quod ille habitus eque perfecte denominaret subiectum suum credere ut alius quicunque. Omnis enim qualitas denominat subiectum suum primum secundum sui ultimum, quia variacio disposicionis variaret * gradum habitus 185c et sic ipsum habitum.

Faith is the act of believing, or the disposition to believe.

Et ista est sentencia Augustini, non quod idem in numero scilicet actus vel habitus fidei sit formaliter in diversis personis, quia tunc quelibet illarum personarum foret fides quelibet. Fides enim non est nisi personam credere vel disponi ad credendum. Sed fides que creditur est veritas a credentibus aliena. Et sic quamvis infidelis eciam dyabolus credat veritatem fidei catholice, verumptamen secundum partem est infidelis et racione mortalis habet fidem corruptam et informem. Nec refert quoad illam informitatem, sive fides acquisita fuerit sive infusa, ut loquitur decretalis in Clementinis De Summa Trinitate et Fide Catholica, capitulo *Firmiter*, dicens quod regulariter fides infunditur in baptismo; quod ego credo de omni predestinato rite baptizato.

Three senses of Church: *a)* all who are nominally Christians,

Et si queratur quando regulariter incidit quis in O infidelitatem et quando remanet fidelis filius ecclesie, dicitur quod tripliciter dicitur quis esse de ecclesia, sicut tripliciter dicitur esse ecclesia preter ecclesiam nuncupativam. Aliqua enim est convocacio fidelium secundum quid vel ad tempus vel nude secundum

13. B in marg.: Nota. A B in marg.: Quid est fides. 15. A $A_1$: foret quelibet. 26. A in marg.: Questio. 29. B in marg.: Solucio. A B in marg.: Nota quod tripliciter dicitur quis de ecclesia sicut tripliciter dicitur (A: capitur) ecclesia.

24. Not in Clementinis, but in Decr. Greg. IX, lib. I, tit. I, cap. I.
31. Cf. Johannis Wyclif, De Civili Dominio pag. 288.

O 185ᵉ presentem iusticiam, et taliter sunt presciti de ecclesia
pro tempore quo sunt in gracia. Illa autem ecclesia
non est corpus Christi nec ecclesia sancta catholica
2 nec pars eius. Secundo modo sumitur ecclesia mixtim
pro predestinatis et prescitis dum sunt in gracia secun-
dum presentem iusticiam; et ista ecclesia communicat
in parte sed non in toto cum ecclesia sancta Dei.
Et ista ecclesia vocatur mixtim granum et palea, frumen-
tum et zizannia, nec non et regnum celorum de
quinque fatuis virginibus et quinque prudentibus
(ut patet in parabolis evangelicis); et istam ecclesiam
vocavit Tyconius erronee *corpus domini bipartitum*
(ut patet III° De Doctrina Christiana XXXII°); non
enim sunt presciti corpus domini vel pars eius. Sed
3 tercio modo sumitur ecclesia pro convocacione pre-
destinatorum, sive sint in gracia secundum presentem
iusticiam sive non. Et isto modo ecclesia est articulus
fidei, de quo loquitur Apostolus Ephes. VI°. Et sic
nullus prescitus est de sancta ecclesia, licet sit in illa.

*b)* all who are in present righteousness,

*c)* all the predestinate. In this last sense the Church is an article of belief.

Correspondenter potest intelligi tripliciter personam
1 esse de ecclesia. Primo modo nude secundum pre-
sentem iusticiam, ut presciti sunt de ecclesia primo
2 modo dicta; secundo modo predestinati sive presciti
dum sunt ad tempus in gracia sunt de ecclesia se-
cundo modo dicta, differenter tamen et equivoce
presciti et predestinati, ut patet ex varietate tituli pre-
destinacionis et presciencie et ex diversitate corporis
3 Christi et corporis dyaboli. Sed tercio modo omnes
predestinati, et solum tales sunt de sancta matre
ecclesia, differenter tamen quando sunt in mortali
cum sola predestinacionis gracia et quando cum illa
sunt in gracia secundum presentem iusticiam; tunc

A man may be in or out of the Church, according to the sense in which the word is used.

4. A $A_1$: modo deest. 12. B: erronie. 20. B in marg.: Tripliciter aliquis est de ecclesia.

18. Ephesians V. 30—32.

enim sunt continuati corpori Christi secundum humi- 185[c] O dum fluens et secundum humidum naturale.

*In the first two senses the foreknown may be members of the Church,*

Istis premissis dicitur quod omnis prescitus nunquam est de ecclesia tercio modo dicta; est autem de ecclesia primo et secundo modo dicta, quando splendet in eo lumen gracie et pro quocunque mortali veniente est extra triplicem ecclesiam, licet habuerit tantam fidem infusam, ut montes transferat; nam fides omnino informis, sive infusa sive adquisita, non sufficit constituere personam, ut sit de ecclesia, quia cum illa fide * stat hominem dampnari perpetuo; fides 185

*but in the third sense all the predestinate are members, and only they.*

autem cum gracia predestinacionis constituit hominem membrum ecclesie sive sit in gracia secundum presentem iusticiam, sive ad tempus iniustus fuerit vel eciam infidelis. Generacio enim qua talis fit filius salvat eum, ne possit cum datis paribus peccare peccato finalis impenitencie ut prescitus, et sic nemo potest desinere esse membrum sancte ecclesie tercio modo dicte quia tunc desineret esse predestinatus; incipit autem esse membrum illius ecclesie secundum disparem racionem, nunc quando incipit esse et nunc quando incipit esse iustus (ut notat Augustinus super Johannis Omelia XLIX[a]). De prima autem ecclesia nunc cadunt et nunc incorporantur presciti, secundum quod accenditur vel extinguitur in eis scintilla gracie; de secunda vero ecclesia cadunt predestinati casu secundum quid, sed presciti quandoque cadunt simpliciter, illa autem ecclesia desinet esse ad diem iudicii, cum tunc desinet esse commixtio grani cum palea.

*4. My opponent says*

Ad quartum argumentum respondetur quadrupli- 4 P citer pro declaracione huius quod nec apostoli nec

3. A in marg.: Nota. 10. B: sufficit — dampnari deest. 11. A in marg.: Fides cum gracia predestinacionis constituunt hominem membrum ecclesie. 13. A in marg.: Nota quod diversimode aliqui cadunt de ecclesia (Above 185[d] without mark of reference). 13. B: sit deest. 30. A in marg.: Quarta responsio.

30. Cf. p. 113, l. 27.

P 185d alii fideles erant de ecclesia, antequam fides fuit a sanctis patribus in conciliis generalibus declarata. Et suppono quamlibet istarum responsionum validam, cum aliter nimis superflue globarentur. Prima responsio et secundum partem validissimam dicit quod ante mortem Christi fuit doctrina fidei nostre per Christum et suos apostolos sufficienter divulgata et declarata per sanctos patres (supple per Christum et apostolos) ante mortem Christi in conciliis generalibus celebratis, et quod ista concilia ante mortem Christi habita inter Christum et apostolos cum suis discipulis de hiis que pertinent ad fidem fuerunt generalia. Patet per descripcionem concilii generalis positam in glosa Johannis XVIIa dist. cap. *Generalia*, ubi dicitur quod *illud est generale concilium quod a papa vel eius legato aut locum eius tenente cum omnibus episcopis celebratur*. Cum ergo Matthei X° dicitur quod Christus convocavit discipulos suos et, exponens eis fidem, dedit eis privilegia et multiplices potestates, videtur quod ipse celebravit tunc concilium generale; et idem patet Matthei XV° et Marci VI° et sepe ante mortem Christi, ubi loquitur discipulos convocasse. Istud autem dictum est in parte catholicum, cum tota trinitas eterno consilio decrevit decursum ecclesie consuluitque patriarchis, prophetis et capiti ecclesie domino Jesu Christo, secundum quem cursum procederet sancta mater ecclesia. Verumptamen non oportet omnes episcopos ad tale concilium congregari, nec facit per se multitudo personarum consulencium ad generalitatem concilii, cum generalissimum quia principium omnibus aliis sit concilium increatum. Verumptamen in conciliis apostolorum et aliis conciliis generalibus quoad multitudinem episcoporum quatuor apo-

that there were general councils in which Christ conferred with his apostles.

5. A $A_1$: validissima. 12. A in marg.: Nota de concilis generalibus. 16. A in marg.: Quid est concilium generale? B in marg.: Generale concilium quid sit nota. 22. B: ubi legitur.

stolorum concilia tenuerunt primatum, et post quatuor 185[d] **P** concilia principalia, de quibus XVI[a] dist. *Omnibus,* et quatuor fuerunt sollempnes sinodi (ut patet XVI. dist. *Omnibus*). Omnibus tamen istis hoc imperfeccionis fuit quod unusquisque tamquam ignarus consulendo quesivit ab alio. Non sic autem in concilio increato nec in concilio quod Christus cum apostolis celebravit; ipse enim omnisciens non consuluit eos in sibi ambiguis sed per se diffinivit et auctorizavit quid foret ecclesie faciendum; quod pape non potest competere. Ideo concilia posterius solempnizata non possunt nisi equivoce dici concilia vel generalia aut decreta, inter illa tamen quatuor concilia apostolorum racionabiliter habent preeminenciam * dignitatis. 186[a]

**Q** Sed videamus fel commixtum cum mellis dulcedine. In morte (inquit) Christi cepit esse ecclesia, a qua morte sacramenta sumpserunt efficaciam. Patet ex dictis in prima responsione et secunda quomodo error iste nedum tolleret honorem sancte matris ecclesie ex sua antiquitate fundata in fide scripture, sed innuit interempcionem meriti matris nostre et tollit fidem patrum veteris testamenti dehonorando sanctam matrem ecclesiam. Item manifeste responsio obviat sibi ipsi, quia ante mortem Christi fuit ita quod est multitudo omnium christianorum habencium ex integro rectam et eandem fidem per Christum et suos apostolos promulgatam et a sanctis patribus in conciliis generalibus declaratam, ut declaratur in responsione. Ideo ante mortem Christi fuit ita quod est ecclesia. Non enim incepit ecclesia in triduo, quando dicitur

This is true but the error lies in asserting that the Church began at the death of Christ.

The Church cannot have begun in the three days.

2. B in marg.: Quatuor consilia apostolorum et quatuor fuerunt solempnes sinodi, ut patet XVI. dist. Omnibus. 2. B: XV. 10. B: potest deest. 15. A in marg.: Contra hoc quod dicitur quod ecclesia incepit post mortem Christi. 19. B: honorem deest. 20. 21. A $A_1$: sed innuitur.

2. Dist. XV vel XVI. Omnibus non extat. Cf. pp. 388, and 398.

Q 186a Christum non esse, nec sapit incarcerantibus presens tempus quod a morte Christi sacramenta sumpserunt suam originem, sicut patet querendo que sacramenta et quando sumpserunt a dicta morte originem. Nec valet alia responsio qua dicitur quod descripcio predicta ecclesie non compeciit ecclesie in sancto triduo, tum quia tunc descripcio non valeret que tam cito deficeret in floribus ecclesie primitive, tum secundo quia iuxta declarata descripcio ecclesie compeciit christianis ante mortem Christi et per idem in sancto triduo. Non ergo deserenda est tam cito dicta descripcio, cum in fine adicitur quod stabit non obstantibus meis obiectibus in eternum. Sed revera fingere descripcionem per quam excluderetur a racione ecclesie tam sanctum apostolorum collegium cum suo abbate pro toto tempore sue viacionis videtur presumpcio, cum presciti dicuntur esse de sancta matre ecclesia et in principio mundi ante creacionem hominis sicut et lapsis ambobus parentibus fuit ecclesia (ut patet Encheridion LXIVo).

My opponent says that his definition does not apply to the Church in the three days.

This is an early desertion of a definition which, he declares, will stand for ever.

**5** Ulterius respondendo ad quintam raciunculum dicitur quod sicut continue manet eadem species hominum non obstante quod individua variarentur, sic manet continue eadem universalis ecclesia non obstante quod membra alia generentur et alia corrumpantur. Sic (inquit) manebit idem homo in numero non obstante quod partes equales alie generentur et alie corrumpantur. Quare rogo non sic erit de corpore Christi mistico quod est ecclesia? Et revera illud est bene dictum dummodo consequenter. Oportet enim ecclesiam catholicam esse unam personam sponsam et non formaliter speciem vel universale quod sit multorum singularium, sed

5. My opponent urges that the whole may continue while the parts vary.

1. incarcerantibus; ita codd. 17. B in marg.: Ante lapsum primorum parentum erat ecclesia. 20. A in marg.: Quinta responsio. 20. LXIVo; recte LVII. 23. B: individua — quod deest. 30. A in marg.: Ecclesia quid est? B in marg.: Ecclesia est una persona successiva.

21. Cf. pag. 114, l. 13.

est una persona successiva a principio mundi usque 186[a] Q
ad diem iudicii, et post habebit illa persona omnia eius membra, simul perpetuo beata et illius per-

*The Church does not consist of successive parts,*

sone nunc una pars est militans et nunc alia, sed sicut nulla pars est reliqua, sic tota illa ecclesia non est pars eius aliqua sed una totalis et gloriosa incommunicabilis persona. · Non enim capit ingenium humanum quod iste pauce persone militantes quas falsarius vocat universalem ecclesiam sint alie persone coniunctim vel divisim, ymmo ad alietatem cuiuscunque simplicis persone sequitur alietas multitudinis que ipsam personam caruerit a multitudine que ipsam personam tamquam partem habuerit. Ideo illa ecclesia catholica que durat a principio usque in finem mundi non est persone vel multitudo fidelium que nunc est

*since it loses none, but goes on increasing till it has gathered in all the elect.*

secundum se totam, sed illa multitudo est pars illius
ecclesie catholice * que est in magno tempore et 186[b]
semper post diem iudicii, sed in nullo instanti temporis est per totum ante novissimum electum nec in aliqua parte talis temporis, et talis ecclesia augeri potest sed non minui, non quod eadem multitudo predestinatorum in numero sit nunc plures homines et nunc pauciores, sed quod idem commune ad sanctam totalem ecclesiam militantem sit nunc maius et nunc minus, sicut loquitur scriptura Act. VI° de crescente numero discipulorum. Sicut ergo idem tempus in numero non maioratur vel minoratur, sic nec eadem ecclesia in numero nisi accipiendo ecclesiam communiter pro capite et quacunque multitudine totali membrorum suorum. Sic enim maioratur ecclesia, ut homo stante unitate capitis ut anime. Sed ista veritas necessitat ad ponendum quod omnia que fuerunt vel erunt sunt pro suo tempore causancia unum integrum, cuius pars est pro parte temporis totalis

18. B: sed in illo instanti. 19. 20. B: vero in aliqua. 23. A $A_1$: secundum quod idem.

Q 186b ipsum integrum mensurantis. Et sic concedi potest quod ista nunc sunt, demonstrando omnia que fuerunt vel erunt, intelligendo parcialiter collective. Sed coloracius quoad logicam concedi potest quod hoc totum existens ista est nunc sed non ista, quia tunc infinita instancia forent simul in eodem instanti (de qua logica patet alibi).

---

## CAP. XVIII.

A 6 Ulterius restat approbando veritatem et reprobando
falsitatem transcurrere per responsiones ad alias quin-
1 que raciunculas que supersunt. Prima autem responsio
dicit, primo quod omnes presciti renati baptismate
2 sunt membra sancte ecclesie catholice; secundo dicit
quod nulli predestinati errantes a recta fide sunt
3 membra sancte matris ecclesie, et tercio dicit quod
nec Petrus nec Paulus nec David nec aliquis alius
pro tempore pro quo deviat a recta fide est pars
1 ecclesie catholice. Ista est venenosa triplicitas: prima
tamen suadetur est sentencia sancti Thome super III°
Sentenciarum dist. XIIIa, q. IIa, dicentis *quod, sicut in corpore naturali membra uniuntur et sunt unum per colligacionem quandam nervorum et iuncturarum, ut fiant unum continuacione, sic* (inquit) *in corpore Christi mistico omnes qui colligati sunt ad invicem per fidem rectam sunt unum in corpore ecclesie;* et sic infidelis non pertinet ad unionem corporis ecclesie quod est unum simpliciter, nec paganorum, hereticorum et separatorum ab ecclesia est Christus proprie

6. Our opponent says *a)* the fore-known when baptized are members of the Church, *b)* the predestinate erring from the faith are not members, *c)* as neither were the Saints, while in error.

2. B: ista autem sunt. 11. A in marg.: Prima responsio. An presciti qui habent fidem sint de ecclesia et predestinati in mortali sint tunc extra ecclesiam. 19. A in marg.: Sanctus Thomas.

11. Cf. p. 114, l. 23. 20. Sancti Thomae Aq. Comment. in tercium libr. Sent. dist XIII, q. II, Solutio. Opp. tom. IX, pag. 156.

He alleges the authority of St. Thomas, but St. Thomas was using "Church" in our second sense (see p. 409).

caput nisi in potencia. Ista autem verba non faciunt [186b A] pro supradicta sentencia, cum solum predestinati colligati sunt per fidem rectam, eo quod omnes alii continue peccato indelebili peccant mortaliter, et sic sunt perpetuo heretici qui soli simpliciter separantur a corpore Christi mistico. Sed quod dicitur sanctum Thomam in solucione ad tercium argumentum plane dicere quod presciti existentes in gracia sunt vera membra ecclesie, sicut manus abscindenda est membrum, quousque fuerit actualiter abscisa, dicitur quod hoc debet intelligi de ecclesia secundo modo dicta, ut includit granum et paleam; que ecclesia secundum Augustinum III° De Doctrina Christiana XXXII° *non est corpus domini nec eciam corpus domini bipertitum,* et sic presciti baptizati habent secundum presentem iusticiam incorporacionem in illa mixta ecclesia et quandam adnascenciam * cum vera ecclesia, sicut habet [186c] stercus in venis miseraicis, sed nunquam sunt pars corporis Christi; et ista est sentencia Augustini epistola XXXII[a] ad Bonifacium.

Authorities to show that the predestinate are members even when in error.

Quantum ad secundum errorem, patet quod capit [B] instanciam de omnibus predestinatis a fide errantibus qui quamvis a fide ad tempus devient, Deus tamen ex eleccione predestinacionis eos semper eque diligit. Et hinc dicit Christus Johannis X, 16: *Alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili et vocem meam audient.* Super quo textu notat Augustinus super Johan. Omelia XLV[a] quomodo Christus dicit se habere oves de gentibus adhuc convertendis; *hec,* inquit, *secun-*

5. A: seperantur. 13. A in marg.: Augustinus. 16. A in marg.: Nota quomodo presciti sunt in ecclesia et tamen nunquam sunt pars ecclesie. 18. $A_1$: meseraicis. 23. A in marg.: Predestinatus carens fide est de ecclesia. 28. In codd.: Omelia XLIX; A in marg.: Augustinus.

13. vid. sup. pag. 4. 20. Not epistola XXXII, but XCVIII (alias XXIII). Opp. II, pag. 263. 23. Cf. Wyclif, De Civili Dominio I, cap. II, p. 15. 28. Aug. Opp. tom. III, pars II, pag. 600.

B 186 *dum predestinationem dicta sunt.* Ideo (ut dixi superius) ponit Ricardus de Sancto Victore tres gradus membrorum ecclesie. Quamvis autem predestinati deficiunt a fide et gracia secundum presentem iusticiam, habent tamen fidem infusam secundum graciam predestinacionis. Si ergo secundum doctorem prescitus existens in mortali secundum fidem infusam sit membrum sancte matris ecclesie, licet omne peccatum mortale concommunicetur infidelitas, multo magis omnis predestinatus foret membrum sancte matris ecclesie.

My opponent says *a)* there is a difference in nature between the Church militant and triumphant; *b)* they differ infinitely in essencial perfection; *c)* they do not form one Church.

1 Ad aliam raciunculam primo dicitur quod non est
eadem racio ecclesie militantis et ecclesie triumphantis;
2 secundo dicitur quod ecclesia triumphans infinitum
distat in perfeccione essenciali ab ecclesia militante;
3 tercio dicitur quod nullo modo est una ecclesia ex
hiis, cum tantum differunt sicut substancia et accidens que non sunt unum aliquo modo. Et ista dicitur esse sentencia Augustini, Epistola XXXII[a], ad Bonifacium, ubi distinguens inter ecclesiam militantem et triumphantem ponit ecclesiam triumphantem esse sine macula vel ruga, triumphans autem est immunis ab omni culpa. Isti tres errores sunt manifestiores prioribus, quia equus cecus continue profundius sese
1 precipitat. Nam quoad primum utraque est univoce
ecclesia, ideo oportet quod sit eadem generalis racio
2 utriusque. Quoad secundum patet, cum ecclesia
militans erit ecclesia triumphans, contradiccionem claudit quod infinitum distent in perfeccione essenciali; eedem enim persone que iam sunt ecclesia militans erunt ecclesia triumphans (ut patet ex fide).

But *a)* since both are the Church, they are alike in nature; *b)* those who now make up the militant will be the triumphant Church.

8. B: licet — ecclesie deest. 12. A in marg.: Secunda responsio. Tres errores. 24. B: profundus. 25. A in marg.: Contra illos tres errores.

2. Richardus, De Potestate ligandi et solvendi, pars II, cap. XX (ed. Migne pag. 1172). 12. Compare p. 114, l. 31. 19. Aug. Opp. tom. II, pag. 658.

*c)* the Saints testify that the body of Christ is made up of the Church militant, dormant, and triumphant.

Quoad tercium errorem patet ex testimonio sanctorum 3 B
et ecclesia quod est unum corpus Christi misticum 186[c]
compositum ex ecclesia militante, dormiente et triumphante, sicut allegatus est superius Augustinus, Enchiridion LXIV° cap., LXV° cap. et LXIX° cap., et in De Questionibus veteris et nove legis cap. XLVII°.

Non ergo tantum differunt sicut substancia et suum C
accidens, cum utraque ecclesia dicitur substancia eiusdem speciei specialissime, quia homo; ymmo secundum philosophos substancia et accidens sunt unum aliquo modo, quia unum per accidens, sicut oportet doctorem dicere de personis ecclesie et fide qua ille persone sunt formaliter ecclesia. Et quantum ad evidenciam captam ex testimonio Augustini, patet quod inducit ignoranciam arguentis. Nam verum est (ut sepe docet Augustinus ex fide scripture) quod ecclesia est maculata et rugosa dum militat, sed omnino sine mortali vel veniali dum triumphat. Sed omnino dementis foret ex istis arguere diversitatem specificam illarum ecclesiarum, vel quod non fit una ex illis, vel quod * una infinitum excedit 186[d]
aliam in perfeccione essenciali. Nam beatus viator et dampnatus sunt eiusdem speciei specialissime, componunt unum genus humanum et sunt pares in perfeccione essenciali; et tamen sunt illius condicionis quod inferior est plenus macula et rugosus, et secundus est omnino sine macula vel ruga. Accidens ergo non variat tantum unam substanciam ab alia. Nec valet dicere quod est dare unum aggregatum ex substancia et accidente, ut puta ex habitu fidei infuso et substancia aggregatis, tum quia negatur talis unitas in fundamento responsionis, tum eciam quia talis habitus fidei manens perpetuo migraret de subiecto in subiectum et reciperet peregrinas predicaciones formales alienas a natura universalium, unde in confirmacionem supradicte sentencie.

There are defects in the militant Church that are not in the triumphant, but this does not make a specific difference.

31. B: et fundamento. 35. Unde; nude (?).

D 186[d] Et contra istam sentenciam pertinenter notandus est Cardinalis in VI°, *De Eleccionibus*, cap. *Fundamenta*. Pertinenter dico, primo quia cardinalis, secundo quia papa et tota curia approbavit suam sentenciam in hac parte, et tercio ex affeccione nominis et cognominis, cum fuit Johannis Monachi. Scribit enim
1 primo describendo ecclesiam quod *est convocacio fidelium, quia omnes fideles ad se vocat, cum extra illam unicam non sit salus;* hec quandoque dicitur militans et quandoque triumphans: *Non,* inquit, *quia sunt due, sed una, habens diversas qualitates.* Intendit autem doctor quod non sunt due ecclesie catholice, sed una tantum, habens duas partes solum per accidens differentes. Ideo subdit: *prima est secundum Augustinum in tempore peregrinacionis, altera determinante mansionis, prima in labore, altera in requie, prima in via, altera in patria, prima cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat; et hinc prior ecclesia dicitur militans et secunda triumphans. Nam Job VII°, 1 scribitur: Milicia est vita hominis super terram, et Apostolus II[a] Thymotei II°, 3: Labora sicut bonus miles Christi Jesu. Oportet enim in via laborare certando contra carnem, mundum et demonem; sed homo superando fit victor et consummata victoria fugatis hostibus fit per Dei graciam triumphator.* Et allegat
2 pro modo loquendi leges multiplices. Secundo dicit quod *hec ecclesia militans est corpus Christi misticum in quo congregantur fideles.* Et inter illos eciam sunt

Description of the Church given by Cardinal John:

*a)* it is the assembly of all the faithful, and has two parts, militant and triumphant;

*b)* in the militant Church there are wicked, but in the triumphant only the good.

1. A in marg.: Cardinalis. Nota distinccionem inter ecclesiam militantem et triumphantem; et ecclesia militans quomodo est hic sponsa et in celis est uxor (Above 186[d] without mark of reference). 8. B in marg.: Nota quid est unica ecclesia catholica tantum. 15. B: in tempore peregrinacionis deest. 28. B: in marg.: Ecclesia militans est corpus Christi misticum.

2. Sexti Decret. lib. I, tit. VI, cap. XVII. 6. De Johannis Monachi († 1313) glossa in Sextum cf. Savigny l. c. VI. 103, 419. Jöcher. Gelehrtenlexicon II. 1933.

infideles, ut allegat per leges multiplices, sed ecclesia 186[d] D triumphans tantum habet bonos, quia in illa non est macula mortalis neque ruga venialis (ut patet De Penitencia, distinccione prima, capitulo *Ecclesia*), et huius corpus scilicet ecclesie militantis caput est Christus ut sponsus. Et hec ecclesia militans fiet triumphans post resurreccionem universaliter, et cotidie fit triumphans in membris particulariter, ita quod ecclesia militans est sponsa, sed ducta in domum sponsi universaliter vel in suis membris fit uxor. Unde Apoc. XXI°, 9, dixit angelus beato Johanni: *Veni et ostendam tibi sponsam, uxorem agni. Sic,* inquit, *reperio quod illa que est sponsa mariti ducta in domum efficietur uxor,* Digestis, De Ritu Nuptiarum, "*Minorem*". Et sicut hoc exemplo eadem mulier primo est sponsa et per qualitatem duccionis adiectam fit uxor, sic ecclesia militans vel anima fidelis hic sponsa Christi ducta in celestem Jerusalem uxor censebitur.

Istam celestem legem de articulo fidei a scriptura E sacra per sanctos doctores et doctores iuris canonici elaboratam addiscerent * legiste precipue et omnes catho- 187[a] lici. *Christus,* inquit doctor, *dicitur lapis angularis, duos parietes connectens adinvicem, quia ab Abel iusto in veteri testamento usque ad novissimum electum in fine seculi fideles connectit, constituendo ecclesiam, continue manens summus.*

Hence we see that the differences between militant and triumphant are not essential, but accidental,

Ex istis tercio patet destruccio erroris triplicis 3 supradicti. Nam dicte differencie inter ecclesiam militantem et triumphantem non sunt differencie substanciales, sed valde accidentales, quia aliter nulla ecclesia militans foret triumphans; quod est contra pre-

6. A in marg.: Conclusio. 11. In codd.: Apoc. XIX. 16. B: a directa fit. 17. B: fidelis huius. 22. A in marg.: Quomodo Christus est lapis angularis. 24. B: testamenti. 31. A in marg.: Ecclesia nunc militans postea erit triumphans.

4. Decr. II pars, causa XXIII, q. III, cap. LXX. 14. Digg. lib. XXIII, tit. II, De Ritu Nuptiarum 4.

E 187[a] dicta et contra totam speciem militantis ecclesie. Si enim ista multitudo erit ecclesia triumphans, et ista multitudo est ecclesia militans, infallibiliter sequitur quod ecclesia militans erit ecclesia triumphans. Ex quo patet quod non differrent perfeccione essenciali excessu infinito, sicut substancia et accidens, et, si nemo militans Deo post victoriam triumphabit, periret ab ecclesia animus militandi contra scripturam II[a] Tim. IV, 8: *De reliquo reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi in illa die iustus iudex;* non quod nulla ecclesia est triumphans vel beata ante diem iudicii, sicut fingunt heretici, sed ut dicit Cardinalis particulatim: *sicut spiritus transeunt ad gloriam, sic erunt ecclesia triumphans que quondam fuit militans.*

and as spirits pass to glory they become part of the Church triumphant.

F Ex quo secundo sequitur quod spiritus hominis est eadem persona cum homine, quia ecclesia que est modo militans, hoc est, multitudo personarum fidelium erit triumphans in nudo spiritu; aliter enim non diceret Apostolus ad Philippenses I°, 23: *Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo,* sicut diffuse et pulchre declarat Hugo, De Sacramentis, parte prima libri secundi, cap. XI°, in quo diffuse declarat quod Christus separata anima a carne et persona fuit et Deus et homo, ubi inter alia sic scribit: *Anima quippe in quantum spiritus est racionalis ex se et per se habet esse personam, et quando corpus ei sociatur, eadem cum ipsa persona esse incipit; in quantum enim corpus cum anima unitum est, una persona cum anima est, sed tamen personam esse anima ex se habet, in quantum est racionalis spiritus, corpus vero hoc habet ex anima, in quantum unitum*

The spirit is the same person as the man.

15. A in marg.: Spiritus hominis est eadem persona cum homine.
21. A in marg.: Hugo. B in marg.: Quod homo est anima sua.
26. et 29. in codd. persona; corr. e textu Hugonis l. c.

21. Hugonis de S. Victore, De Sacram. lib. II, p. I; cap. XI (ed. Migne pag. 409).

*est racionali spiritui.* Istam autem materiam diffuse 187[a] F exposui in quodam tractatu De Anima, ubi ostendi quod anima, corpus et compositum sunt tres res sed idem homo in numero. Et idem expresse dicit venerabilis Anselmus in De Incarnacione cap. VII° quod, *sicut in materia de trinitate multe persone sunt una substancia, sic in matèria de incarnacione multe substancie vel nature sunt una persona.* Et beatus Bernardus in Sermone De Nativitate qui sic incipit *Hodie scietis quia veniet dominus. Attende,* inquit, *quia sicut in illa singulari divinitate trinitas est in personis, unitas in substancia, sic in ista speciali conmixcione incarnacionis trinitas est in substanciis, in persona unitas, utrobique tamen sine scissione vel confusione substancie vel persone. Verbum enim et anima et caro in unam convenere personam, et hec tria unum et hec unum tria non confusione substancie sed unitate persone.*

8. My opponent grants that the Church is spread throughout the world, and cites Augustine.

Ad octavam raciunculam conceditur quod universalis ecclesia est diffusa per totum orbem terrarum, cum corpus Christi quod est ecclesia sit diffinitum loco, et allegatur Augustinus XVIII° De Civitate Dei, cap. L°, et XXII° De Civitate Dei, cap. XXVIII°. Hic miror quare de virtute sermonis ex auctoritate Augustini conceditur quod ecclesia est diffusa per totum orbem terrarum et tamen non conceduntur * alia que eque asserit Augustinus 187[b] de ipsa ecclesia; nam per maiorem partem orbis terrarum non est aliquis christianus, nullibi est ecclesia

3. B: tres nature sed. 5. A in marg.: Anselmus. 7. A $A_1$: vel substancie. 9. A in marg.: Bernhardus. 14. In codd.: personis; A in marg.: persona, ut habetur in textu. S. Bernhardi. 19. A in marg.: Tercia responsio. 25. A in marg.: Ecclesia est diffusa per totum orbem et per maiorem partem orbis non est ecclesia.

5. Anselmi, De Fide Trinitatis Opp. pag. 479 Bernhardi in vigilia Natalis Domini. Sermo III. Opp. l. c. pag. 41. 19. Compare p. 115, l. 1.

F 187b nisi ubi est aliquis christianus, ergo per maiorem partem orbis terrarum non est ecclesia.

G Et si dicitur quod est ibi secundum potestatem, sic revera quelibet persona sancte matris ecclesie est ubique, et sic concederet cum beato Augustino quod tam ecclesia militans quam triumphans est pars tocius ecclesie. Hoc enim persepe dicunt sancti doctores, licet mendacissime dicatur quod nullibi dicit aliquis doctor unam esse ecclesiam ex istis. Nam (ut sepe allegavi) Augustinus, Encheridion LXIV° cap. ponit illud et in De Questionibus veteris et nove legis cap. XLVII° sic scribit: *Non solum autem nos sed et superni cives ecclesie membra sunt.* Aliter enim ipsa non esset corpus vel sponsa Christi et persona manens continue una a principio mundi usque in eternum. Non enim est racio quare ex omnibus christianis quantumcunque localiter distantibus componitur unum corpus, quin per idem ex beatis et viantibus; nec potest colorari racio, quomodo ex tota multitudine fidei christianorum, licet fuit valde disparis speciei, resultat una fides que est formale quo constituitur ecclesia, quin a pari ex omnibus predestinatis sit una sponsa Christi. Sic enim ex beatis viantibus et dampnatis fit unum genus humanum, unde quod dicitur ecclesiam militantem non esse circumscriptive alicubi, falsum est, cum sit corpus habens unum locum circumscribentem, sicut habet unam fidem, et sic est corpus animatum racionale, nam est corpus sensibile exercens actus vitales, sicut multitudinis credencium erat cor unum et anima una, ut dicitur Act. IV°, 32. Ideo valde remota est dissimilitudo ad probandum quod non est animata, licet vivat, sicut spiritus vivunt, et non sunt animati. Si enim spiritus forent organici,

Why does he not admit with Augustine that militant are triumphant and one Church?

The militant Church is circumscribed as to place.

27. B in marg.: Ecclesia est corpus animatum racionale.

12. Aug Opp. tom. III, Append. pag. 60.

sensibiles et gressibiles, sicut sunt militantes ecclesie, 187[b] G tunc oporteret concedendo ipsos vivere consequenter concedere quod sunt animati, sed hoc concedit doctor de ecclesia. Dicit enim in responsione ad novam raciunculam quod ecclesia est aliquid, quia substancia, cum totum sit sue partes, et habet dicta ecclesia tam partes quantitativas quam qualitativas, nec fingetur habere partes qualitativas, si non animas, et per consequens, sicut ecclesia est vivens multis vitis, sic est animata multis animabus.

9. My opponent allows that the Church has substance and parts.

Ulterius quando negatur dyabolum caput esse H membrorum suorum, expresse contradicitur sanctis doctoribus, cum beatus Gregorius, Omelia XVI[a], super illud Matthei IV°, 1: *Ductus est Jesus in desertum a spiritu*, ita scribit: *Certe iniquorum omnium dyabolus caput est, et huius capitis membra sunt omnes iniqui. An non dyaboli membrum fuit Pylatus?* Sicut ergo est corpus iniquorum, sic est caput eorum, sicut multi qui censentur summi pontifices sunt capita particularium membrorum diaboli; nullus autem prescitus est caput sancte matris ecclesie nec alicuius membri eius, sed sicut Petrus gessit typum omnium predestinatorum pastorum ipsum sequencium post Christum, sic Scarioth * gessit typum omnium epi- 187[c] scoporum prescitorum ipsum sequencium post dyabolum, non quod ante istos non erant priores in sancta matre ecclesia quorum ipsi erant filii nati pro patribus, sed quod in tempore novi testamenti isti erant capitales post caput ecclesie et principem huius

In denying that the devil is head of his members, he goes against holy doctors.

Iscariot is the type of foreknown bishops, as Peter is of the predestinate.

4. A in marg.: Quarta responsio. 11. A in marg.: Diabolus est caput omnium suorum membrorum (B: omnium iniquorum). 13. A in marg.: Gregorius. 22. A in marg.: Sicut Petrus gessit typum omnium predestinatorum pastorum, sic Judas omnium prescitorum pastorum ipsum in avaricia sequencium. B in marg.: Petrus gessit typum pastorum predestinatorum et Scarioth pastorum iniquorum. 25. B: prescitorum deest.

4. Compare p. 115, l. 13. 13. XL Homiliarum in Evangelia lib. I. Homil. XVI, 1. Opp. tom. I, pag. 1492.

H 187 mundi. Differencia autem est inter istos capitaneos, quia boni siciunt precipue virtutes subditorum et lucra animarum suarum, mali autem econtra precipue siciunt temporalia subditorum. Unde Scarioth maximus symoniacus et proprietarius ferens loculos dixit, quasi continuando avariciam pontificum veteris testamenti: *Quid vultis mihi dare et ego eum vobis tradam,* Matthei XXVI°, 15. Nec dubium quin avaricia quam pontifices habebant circa lucrum templi fecit eos intendere mortem Christi; Johannis XI°, 47, 48, sic scribitur: *Collegerunt pontifices et pharisei consilium adversus Jesum et dicebant: Quid faciemus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum et venient Romani et tollent locum nostrum et gentem.*

Augustine remarks that it was avarice that led the High Priests to conspire against Christ;

I 1 Super quo Augustinus Omelia XLIX[a] notat primo quomodo invalescente avaricia sacerdotum tempore Christi fuit officium venale nedum pluribus existentibus sacerdotibus simul, ut elicit de Zacharia, Luce I, sed eodem anno per circumvencionem avaram versati fuerunt summi pontifices, et ista avaricia excecavit et excitavit eos ad blaspheme conspirandum in mortem domini. *Plus,* inquit Augustinus, *perditi homines cogitabant quomodo nocerent ut perderent, quam quomodo sibi consulerent ne perirent;* ideo collegerunt consilium contra salutem anime sue, quia contra signa veritatis salutaris seviebant.
2 Secundo notat Augustinus quomodo timor perdicionis questus templi fuit causa precipua mortis Christi: *Temporalia,* inquit, *perdere timuerunt et vitam eternam non cogitaverunt et sic utrumque amiserunt.*

2. A: sciciunt. 4. A: sciciunt; correctum in marg.: siciunt. 8. A in marg.: Avaricia sacerdotum fecit mortem Cristi. 9. B: lucra. 15. A in marg.: Augustinus. 18. B in marg.: Nota bene quare pontifices et pharisei Christum fuerant persecuti. 20. B: variati fuerunt. 30. B: utraque.

15. 23. Aug. in Joh. Evang. tract. XLIX, 27. Opp. III, pars II, pag. 629.

*Hec autem timuerant ne, si omnes homines in Christum* 187[c] I
*crederent, nemo remaneret qui adversus Romanos civitatem et templum defenderet.* Conceperant enim Christum esse hostem templi et ministrorum eius, et per consequens inimicum ecclesie capitalem, eo quod tradiciones avaricie detexit (Matthei XV°), contra scelera eorum multiplex ve invexit (Matthei XXIII°), ymmo de templo eorum instrumenta avaricie dominanter evexit (Matthei XXI°, 12 et Johannis II°). Ideo accusarunt eum reportacione falsa de potestate ruine templi minata, quod potuit destruere templum illud et in tribus diebus reedificare illud (ut patet Matthei XXVI° ex dicto Christi Johannis II°, 19: *Solvite templum hoc et in tribus diebus excito illud).* Unde tamquam habentes hoc plus cordi inproperabant domino crucifixo: *Vach,* inquiunt, *qui destruit templum Dei et in tribus diebus reedificat illud,* Matthei XXVII°, 40. *Contra templum,* inquit Augustinus, *et contra suas paternas leges esse totam doctrinam Christi temere senciebant,* et ideo iusto Dei

and to bring about the ruin that they feared.

iudicio evenit eis finis quem prepostere sic timebant. Nam quadragesimo secundo anno post ascensionem domini per Tytum et Vespasianum tam gentem quam locum perpetuo deperdebant, et sic verificatum est de eis illud Matthei VIII°, 12: *Filii autem regni huius eicientur in tenebras exteriores.* Unde imposuerunt sibi horribiliorem * speciem heresis que est blasphemia, 187[d]
per quam coloracius possent eum extinguere. Johannis XIX°, 7 scribitur: *Nos legem habemus et secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* De lege autem occidendi blasphemum patet Levitici XXIV°, 16.

Et ex isto consolati sunt fideles equanimiter K
tolerare obprobria heresis a pseudocardinalibus et

9. A: Ideo accusarunt — potestate: addit. in ultima linea hujus paginae; et B illum textum in margine ponit. 10. B: de potestate deest. 15. B in marg.: de potestate. 22. A $A_1$: Vaspasianum. B: Vaspesianum. 26. A in marg.: Christo fuit imposita blasphemia et heresis, ut cicius extingueretur. 31. A in marg.: Contra avariciam cleri.

K 187[d] discipulis Scarioth ad hoc promoventibus propter defensionem veritatis evangelice, cum Christus propter persecucionem humiliter ita tulit. Et utinam pontifices templi, scribe et pharisei non haberent hodie cum Scarioth in ecclesia discipulos imitantes. Si enim sunt hodie seculares sacerdotes tamquam pontifices et religiosi possessionati tamquam pharisei qui secundum apparenciam religionis a populo sunt divisi et tercio doctores tradicionis humane tamquam scribe ac quarto profitentes evangelicam paupertatem cum Scarioth qui omnes nitantur impugnare evangelicam veritatem, non mirum si in ista quadriga diaboli Christi ecclesia perturbatur. Signum autem perversionis persone prime partis proprietarie foret, si plus fureret propter audicionem ablacionis suorum temporalium quam propter quantumcunque gravem lapsum ecclesie in peccatum; tunc enim plus afficeretur temporalibus quam honori Dei vel utilitati ecclesie verbi gracia. Si clerus Anglie magis timet amissionem dotacionis regie quam peccatum regni invadendo regnum Francie, non video quin philargiria sit seductus; utrumque nempe istorum potest bene fieri, sed indubie primum est propinquius potestati et facilitati humane, ut absque periculo anime fiat iuste. Quis (inquam) dubitat quin facilius foret regem et regnum ponere clerum nostrum in statu primevo qui foret isto statu perfeccior servando undique caritatem et evacuando pompam, rancorem ac avariciam quam exercitum Anglie invadendo Franciam, propter caritatem ad hostes, ipsos temporalibus spoliando et propter amorem eos generaliter occidendo. Et tamen ad hoc secundum consulimus ex isto colore quod potest fieri meritorie in casu possibili quoad Deum et possibilitatem primi

Avarice makes our clergy dread the loss of endowments more than the sin of a war with France.

5. A in marg.: Condicionalis. 14. B: urerent. 28. B in marg.: Inferius nota textum Jeronymi satis pugnantem pro ablacione temporalium. 30. B in marg.: Nota bene ambas columpnas.

tamquam venenum abnuimus contra fidem scripture 187d K et sanctorum testimonium. Nam beatus Jeronimus libro II° super Osee, exponens illud Osee IX°, 14: *Da eis ubera arencia,* ita scribit: *Si hiis que pro benediccione donavit male abutamur et in contrarium quam ab eo data sunt convertantur, expedit ut auferantur a nobis.*

An abuse of this kind can be best remedied by removing the thing abused.

Nec credo esse meliorem medicinam contra abusum L huiusmodi quam bonum abusum per eum cuius interest amoveri, nec dubium quin rex penes quem oportet residere capitale dominium (ut ostendit Hugo II° De Sacramentis, parte secunda, cap. VII°) habet precipuum interesse. Unde in desidiam regum monet Deus nunc gentem exteram ad predandum, nunc eventum aeris vel bestie ad vastandum (ut patet Joelis I°, 5). *Ululate,* inquit propheta, *omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro* vel (ut habent septuaginta) *ablatum est ab ore vestro.* Super quo Jeronimus: *Sepe quippe fit Dei providencia ut qui non cognoverant eum in prosperis cognoscent in adversis, et qui diviciis male abusi sunt ad vicia, ad virtutes penuria corrigantur.* Et talem abusum temporalium reor esse causam * bellorum et perturbacionis 188a tocius ecclesie militantis; quibus enim servus Christi abutitur irregulariter in hiis punitur; quod si animus cleri inordinate afficitur istis bonis, nemo in ecclesia magis nocet, eo quod sub colore religionis palliat perseverancius et forcius abusum temporalium et plus inficit residuum ecclesie (ut ostendit Crisostomus, Omelia XXXIa Operis Imperfecti). Unde Augustinus tractatu

2. A in marg.: De ablacione temporalium. 4. A in marg.: Jeronymus. 4. 5. In codd.: per benediccionem; Correxi e textu Hieronymi, Comment. in Oseam prophetam, lib. II, cap. IX; ibid. quod ab eo data; iterum correxi. 25. A in marg.: contra avariciam cleri bona correccio. 30. A in marg.: Augustinus.

29. Chrysostomus in Opere Imperfecto l. c. pag. CXXX.

L 188$^{a}$ quarto super Psalmo XXX: *Maxime illi persecuntur ecclesiam qui christiani nolunt bene vivere; per hos enim obprobrium habet ecclesia et ab hiis inimicicias sustinet; quando corripiuntur, quando male vivere non permittuntur, quando cum eis vel verbo agitur, ipsi mala in suis cordibus meditantur et erumpendi occasionem exquirunt.* Tales declarat beatus Gregorius, I° Pastoralium, esse sacerdotes malos. Et hec est racio quare Christus et sancti doctores invexerunt tam acute contra huiusmodi sacerdotes. Nam, ut ait Gregorius, Omelia XVII, *nullum puto fratres carissimi maius preiudicium tolerat Deus quam a sacerdotibus.* Ideo ad vindicandum illam Dei iniuriam debent christiani magis animose, aspere et unite consurgere, quia secundum Crisostomum, Omelia XVIII$^{a}$ Operis Imperfecti, *non est verus discipulus qui non imitatur magistrum nec est imago qui non est similis auctori.*

The friars, who profess poverty, neglect to preach the truth.

M Et quoad discipulos Scariothis consideremus, si sunt aliqui professores vite exproprietarie, quin vel impugnant vel sophisticant vel tacent indebite evangelicam veritatem. Omnes enim illi sunt cum Scarioth proditores veritatis evangelice que est Christus, ut declarat Crisostomus, Omelia XLIX$^{na}$ Operis Imperfecti et parcialiter ponitur in decretis XI$^{a}$, q. III$^{a}$: *Nolite,* inquit, *timere eos qui occidunt corpus, ne forte propter timorem mortis non libere dicatis quod audistis nec fiducialiter predicetis omnibus quod in aure soli audistis. Sic ergo ex hiis verbis ostenditur quod non*

1. B in marg. Nota que faciunt clerici, quando corripiuntur. 1. In codd.: Psalmo XX; recte: tractatu tertio, Ps. XXX, pars II, sermo III. 2. A $A_1$: per hoc. 11. A in marg.: Gregorius. 13. A in marg.: Qui non pronunciat veritatem est proditor eius et similiter qui ipsam non defendit. 15. A in marg: Crisostomus. In homilia XVIII hic locus non habetur; pocius XXVIII, vide Op. Imp. l. c. pag. CXIX. 22. B: qui est; Christus deest. 23. A in marg.: Crisostomus.

5. Aug. Opp. tom. IV, pars I, pag. 162. 8. cap. II. 11. Greg. XL. Hom. in Evang. lib. I. Hom. XVII, 14. l. c. p. 1503. 23. Dec. sec. pars, causa XI, q. III, cap. LXXXVI.

*solum ille est proditor veritatis qui transgrediens* 188a M *veritatem palam pro veritate loquitur mendacium, sed eciam ille qui non libere pronunciat veritatem quam libere pronunciare oportet aut qui non libere veritatem defendit quam libere defendere convenit, proditor est veritatis. Nam sicut sacerdos debitor est, ut veritatem quam audivit a Deo predicet, sic laicus debitor est, ut veritatem quam audivit a sacerdotibus probatam quidem in scripturis fiducialiter defendat. Quod si non fecerit, prodidit veritatem.* Ex istis dictis cum explanatis alibi et statu ecclesie patet quod nimis 1 multi sunt vicarii Scariothis, non solum qui pro ecclesia vel fama impugnant, sophisticant vel tacent evangelicam veritatem, nec solum qui portantes loculos furtive ut Scarioth ineque parciuntur patrimonium 2 Crucifixi cum fratribus bona pauperum dominative in uxoribus, in filiis, in pompa seculi consumendo, sed tercio qui propter desidiam aut timorem mortis 3 pro loco et tempore congruis obmutescunt.

We ought not to be silent for fear of offending the enemies of the gospel.

Nec valet ficcio qua dicimus inimicos evangelii N exasperatos esse ex veritatis preconio magis segnes, quia iuxta hunc fucum caput martirum et sui milites nunquam sic pro publicacione veritatis usque ad mortem meritorie * decertarent. Sed audi Augustinum super 188b Johannis Omelia XXVII exponentem illud Johannis VI°, 7: *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro,* dicentem: *Hoc factum ad nostram consolacionem quoniam aliquando contingit ut dicat quis verum et quod dicit non capiatur, sed quod scandalizentur qui audiunt et discedant. Penitet enim hominem quandoque dixisse quod verum est; dicit enim aput seipsum:*

8. B: probatam quid. 17. B: pompa simili. 20. A: dicius; in marg. correctum: dicimus. Hic verbum excidisse videtur. 25. A in marg.: Nota Augustinum bene. 25. Codd.: exponens.

25. Aug. in Joh. Evang. tract. XXVII. Opp. tom. III, pars. II, pag. 505.

N 188[b] *Non debui sic dixisse; sed ecce domino contigit: dixit et perdidit multos; solacium itaque in domino habeamus et tamen caute verba dicamus.* Non dicit *omnimode taceamus vel veritatem dicentibus resistamus,* quia revera sic prodere sermonem Dei, qui est veritas et lex Christi, foret ipsum prodere, cum sit idem. Unde videtur quod nostri pretensi de parte dextera sponse Christi qui sic produnt veritatem in membris suis habent racionem maioritatis peccati super ambos proditores Christi tam novi quam veteris testamenti. Nam plura beneficia tam corporalia quam spiritualia a Christo receperant, maiorem veritatis noticiam tam ex lege Christi quam ex factis suis habuerant. Et ideo racione maioris ingratitudinis et peccandi sciencie videtur, si fuerint in maiori gracia secundum presentem iusticiam, quod maiorem culpam incurrant; et istam materiam tangit beatus Gregorius, Omelia XVIII[a] super illud Johannis VIII°, 46: *Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Multi,* inquit, *sunt hodie qui Judeorum duriciam detestantur, quia predicacionem domini audire noluerant et tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operacionem. Precepta Dei audiunt, miracula cognoscunt, sed converti a pravitatibus suis renuunt.*

10. My opponent allows the Scriptural names of the Church but says they are used figuratively.

O Ad decimam raciunculam respondetur, concedendo quod ecclesia est virgo. Et allegantur ad hoc decreta ecclesie, et sic dicitur iuvenescere, senescere, et multa alia predicata suscipit quorum racionem oportet distinguere; alia, inquit, dicuntur proprie de ecclesia, ut quod habet temporalia, privilegia et regulam vivendi, alia autem dicuntur de ecclesia improprie, methaforice et

8. A $A_1$: perdunt. 14. A $A_1$: peccandi scire. 17. A in marg.: Gregorius. 25. A in marg.: Quinta responsio. Ecclesia est virgo, mater, vetula et sponsa etc. 28. 29. A: distinguere.

18. Gregor. XL Homiliarum in evang. lib. I, Hom. XVIII, 5.
26. Compare p. 115. l. 23.

transsumptive, ut quod ecclesia sit virgo, vetula, sponsa 188ᵇ O et mater cum denominacionibus huiusmodi. Omnia ista dicuntur de ecclesia transsumptive, mistice et im-

Still they are used and are therefore applicable.

proprie. Inprimis suppono quod sequitur: Ecclesia est improprie virgo, mater, sponsa Christi etc., ergo ipsa est ecclesia, est virgo, mater et sponsa Christi. Patet tripliciter: Primo ex hoc quod doctor sepe concedit huius- 1
modi proposiciones simpliciter; secundo ex hoc quod 2
aliter non satisfaceret alicui tali proposicioni, dicendo utrum debet concedi simpliciter vel negari. Si enim iste terminus improprie sit terminus distrahens, tunc negaretur maior pars dictorum sanctorum de ecclesia et maior pars scripture sacre ac modi loquendi, que tamen bene concessa sunt. Scribit enim Augustinus in De Verbis Domini super Joh., Sermone L°, ecclesie: *Concessit Christus in spiritu quod mater eius habuit in corpore, ut et mater et virgo sit.* Et hoc est proprium Deo nostro, ut de corrupta possit facere virginem, sicut homo contra de virgine facit corruptam, dicente Jeronimo, libro primo, super illo Osee II°, 19: *Sponsabo te mihi in sempiternum et sponsabo te in iusticia et iudicio et misericordia et miseracionibus et sponsabo te mihi in fide.* Super quo sic loquitur sanctus doctor *: *O quanta clemencia Dei, meretrix* 188ᶜ
*que cum multis amatoribus fornicata est et ob hoc crimen bestiis tradita, postquam revertitur ad virum, nequaquam ei reconciliari dicitur sed desponderi. Et vide quid sit inter Dei coniunccionem et hominum; homo cum uxorem acceperit, de virgine mulierem facit, id est, non virginem; Deus autem meretricibus copulatus*

2. B: huius. Omnia. 7. B: concedit huius. 20. A in marg.: Jeronymus. 21. A in marg.: Christi desponsacio facit ex meretrice virginem. Vide supra. 24. B: S. Thomas. 28. coniunctos in codd. Correxi e textu Hieronymi.

15. Aug. Opp. tom. V, pag. 675. 24. Hieronymi Comment. in Oseam prophet. lib. I, cap. II. Opp. VI (ed. Migne) 881.

O 188ᵉ *eas mutat in virgines iuxta illud, quod adultere dicitur per Jeremiam: Non ut dominum me invocasti aut patrem aut principem virginitatis tue. Unde et Apostolus post fornicacionem et ydolorum cultum credentibus Corinthiis loquitur: Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Et post exponit Jeronimus quare Deus desponsacionem ecclesie tripliciter repeciit:
1 *Primo,* inquit, *despondit eam in Abraham sive in Egipto, ut uxorem habeat sempiternam.*
2 *Secundo in monte Synay, dans ei in sponsalibus legis*
3 *iusticiam. Et tercio veniente Dei filio domino Jesu Christo fuit desponsata in fide perfecta, dum videndo filium vidit et patrem, Johannis XIV°, 10, 11.*

My opponent uses terms that are not warranted by Scripture.

P Sic ergo sancti doctores concedentes ista simpliciter non sunt ausi asserere quod auctor scripture dicit ista improprie et false. Sed videtur mihi quod doctor loquitur improprie vocando ecclesiam vetulam vel post eius incepcionem dicendo ipsam iuvenescere. Non enim memini me legisse ista de sancta matre ecclesia, sed synagoga sathane, ecclesia malignancium et meretrix cuius dyabolus est caput, quam doctor dicit partem sancte matris ecclesie, potest racionabiliter dici vetula turpissima.

Ponit enim doctor quod prescitus eciam dum fuerit in mortali, si habuerit fidem infusam, est membrum sancte matris ecclesie, et indubie tunc est membrum sathane et dyabolus caput eius (ut dicit beatus Gregorius). Dicitur autem sancta mater ecclesia proprie senescere et florere virtutibus, cum Psalmo XCI°, 11, sic loquitur propheta: *Senectus mea in misericordia uberi;* nam in tercia desponsacione quando sponsa Christi est mulier antiqua et tamquam senex persecucionibus membrorum diaboli tribulata, habet uberiorem

1. adulteris in codd.: correxi e textu Hieron. 2. B: non dominum. 11. B: Sed tercio. 24. A in marg.: Opinio. 25. A in marg.: Quomodo ecclesia est vetula, vidua et virgo. 27. B: ut dum beatus. 31. A $A_1$: uberiori.

misericordiam quam in tempore sue adolescencie, et 188c P sic vere vocatur vidua propter elongacionem sponsi ab ea peregrinante ad patriam, dum Psalmo CXXXI°, 15, dicit sponsus: *Viduam eius benedicens benedicam.*

It would be a fitting work for the doctor to shew what language is figurative and what literal;

Ulterius foret opus doctole detegere quid proprie Q et quid improprie ac figurative conveniat sancte matri ecclesie, quia nimis suspectum verbum et carnale est dicere quod ecclesia proprie habet possessiones et privilegia Constantini, sed improprie est mater vel sponsa Christi. Primo (inquam) querendum esset quid proprie foret ecclesia, si aliquid; non superest quid foret nisi substancia, et ulterius descendendo (ut sepe tetigi) oporteret concedere quod ecclesia sit substancia corporea et sic corpus animatum racionabile, et sic proprie foret homo, et per consequens desponsanda. Confirmatur, ecclesia est proprie privilegiata et possessionata (ut dicitur); quod non foret nisi posset uti privilegiis et vesci possessionibus. Ergo ecclesia posset comedere * et actus humanos consimiles exercere, et 188d per consequens ecclesia foret substancia animata que generaret omnem hominem, et sic cum foret individuum eiusdem speciei specialissime cum omni homine univoce generans hominem, foret homo (ut sepe dicunt sancti). Et certum est quod improprie foret homo, cum haberet propriam individuacionem, propriam racionabilitatem et propriissimam perfeccionem humanam; nam nisi foret substancia, potens exercere actus racionales, ut actus promerendi, contemplandi et gaudendi, aliter indignius quam sacerdotes Baal comederet tantum cibum. Si dicitur quod ecclesia proprie nichil est sed est aliqua, tunc concedendum foret simpliciter quod ecclesia nichil est. Si enim illa simpliciter con- 1

e. g. as to whether the Church is a person.

If the Church is only figuratively something, it is literally nothing,

3. B: peregrinantem. 5. $A_1$: doctorem. 16. A $A_1$: et deest. 19. B: humanos sensibiles. 21. 22. B: foret iudicium eiusdem. 25. risibilitatem in codd. 30. A in marg.: Responsio quedam. Nota si ecclesia est proprie corpus et que predicata sibi proprie conveniant, vide modicum ante (Above 188d without mark of reference). 32. B: Si est illa.

Q 188[d] ceduntur de ecclesia que improprie sibi conveniunt, multo magis forent predicata de ecclesia simpliciter
2 concedenda que proprie sibi conveniunt. Si ergo proprie sit nichil, sequitur simpliciter quod sit nichil, et per consequens non est aliquid, et tunc non haberet partem qualitativam aut quantitativam, sicut concedetur, et per consequens nulla denominacio partis foret sibi proprie vere et proprie attributa.

*and so has no parts,*

R Ex quo sequitur quod ecclesia catholica non sit cesaree privilegiata nec seculariter possessionata, quia non secundum se totam (tum quia est indivisibilis, tum eciam quia multis de ecclesia non convenit hoc privilegium vel ista dotacio) nec eciam secundum partem que foret pars illius ecclesie, eo quod spiritus
3 beati qui sunt de illa ecclesia sunt indivisibiles; et sic ecclesia non haberet partem vel partes, et per consequens papa non foret proprie caput ecclesie, cum ipsa proprie semper foret acephala, quia gens sine capite. Caput enim non proprie dicitur nisi in comparacione ad corpus capitatum, sed ecclesia (ut dicitur) non proprie est corpus, quia sic proprie foret homo, ergo non est proprie capitata; et cum proprie est, sequitur quod sit proprie incapitata, et per con-
4 sequens est incapitata, et per idem quelibet abbathia sive religio non foret proprie antiqua vel iuvenis, nec ipsa nec aliqua pars eius haberet proprie possessiones, cum non sit proprie unum totum vel aliquid, nec quisquam foret in ecclesia vel de ecclesia. Non enim *in ecclesia,* quia sic foret pars datorum fidelium,
5 et sic omnes componerent aliquod unum corpus; nam si sufficit ad esse hominis vel alterius rei esse de aliquibus quod sit de numero illorum, tunc quidlibet foret de mundo et omnis prescitus vel predestinatus foret tam de prescitis quam predestinatis et quelibet

*and no head;*

*likewise no religious corporation could be or do anything;*

*nor could any one be in or of the Church.*

3. 4. B: Si ergo sit proprie, sequitur. 10. A $A_1$: cesarea; B: cesarie.
29. A $A_1$: doctorum fidelium.

multitudo de qualibet, et sic (ut sophiste arguunt) 188d R aliquis numerus non haberet partem vel partes ut numerus indivisibilium; aliquis autem est numerus qui habet partes et non partem, ut numerus rerum divisibilium non communicancium, aliquis vero est numerus qui habet partes et partem, ut Petrus et caput suum. Deliramenta sunt ista sophismata et modo loquendi philosophorum contraria de populo, exercitu et aliis artificialibus, sed specialiter sunt contraria scripture et sanctis doctoribus. Oportet ergo omnem talem multitudinem habere partes (sicut patet ad sensum).

A multitude has parts as our sense tells us.

Nam videndo silvam, populum vel arenam videtur 6 aliquid distincte secundum pyramidem radialem cuius basis terminatur ad multitudinem, et constat quod in casu non sic videtur una simplex pars talis multitudinis *, 189a sicut nec videtur punctus vel linea. Ideo relinquitur quod talis multitudo divisibiliter videatur, sicut habet operaciones proprias et est obiectum multorum actuum.

It is impossible to believe that a convent is an indivisible unity (like the quidity of man); it would have to be an object and not an object

Et confirmacio huius est quod continuacio non est nisi 7 S accidens, non faciens substanciam esse aliquid, et per idem sequitur quod vocata religio vel ritus humani non faciunt personas esse substanciam postquam erant non substancia, nec capit sensus dispositi quod conventus tam sensibilis, tam edax et tam multipliciter operativus sit indivisibiliter multiplicatus, ut quiditas hominis, nec negabitur quin talis conventus sit ecclesia particularis; et si sit 8 nichil, tunc mutari potest per hominem ab aliquo in non aliquod et econtra. Et est obiectum sensus subiectumque accidentis, et tamen non est res obiecta vel subiecta, quod est contra grammaticam. Foret eciam 9

and could have neither sin nor grace.

omnino sine peccato vel gracia, quia nullum tale vel accidens sibi inesset et a pari nulla pars vel denominacio sibi inesset, et tunc ecclesia ex tribus hominibus et tribus angelis in nulla proporcione se

16. B: nec linea. 19. A in marg.: Nota. 21. B in marg.: Nota quod continuacio non facit aliquod corpus esse unum. 24. B: quam edax 24. A $A_1$: sit — conventus deest.

S 189a haberet ad aliquam partem sui, quia sic una medietas foret indivisibilis et alia medietas quantitativa foret equalis suo toti, si debeat dici totum; et sic illud totum haberet quatuor medietates inequales, ut ecclesia ex quatuor hominibus inequalibus haberet duos minores homines et quatuor medietates quantitativas illorum quatuor hominum pro suis medietatibus, et sic in quacunque proporcione volueris una medietas est maior reliqua. Et mirum videtur quod pars, medietas, mundus et maior pars rerum artificialium sit nichil, nam scriptura ita Johannis V° dicit *spiritum, aquam et sanguinem esse unum*, et communiter patet idem de aliis aggregatis que dicuntur unum. Nam predicato per se inferiori predicatur per se superius, ut si ecclesia sit persona, tunc est racionalis nature individua substancia.

Thus we should be brought to the wonderful conclusion that almost all things are nothing.

T Redeundo ergo ad propositum notandum est fideli quod diligenter caveat ab heresi ista recenti qua dicitur quod ante mortem Christi non fuit sancta mater ecclesia nec quod ex militante et triumphante est una totalis ecclesia constituta sed quod presciti et membra dyaboli sunt partes sancte matris ecclesie, domus Dei et speciale habitaculum trinitatis, quia (ut sepe assumpsi) Augustinus in Encheridion LVI° exponens fidem ecclesie super ista particula *Sanctam ecclesiam catholicam* ita scribit: *Rectus itaque confessionis ordo poscebat ut trinitati subiungeretur ecclesia tamquam habitatori domus sua et Deo templum suum et conditori civitas sua; que tota hic accipienda est non solum ex parte que peregrinatur in terris a solis ortu usque ad occasum laudans nomen domini et post captivitatem vetustatis cantans canticum*

The faithful must beware of the heresy that there was no Church until the death of Christ.

13. 14. B: predicatur. 17. A in marg.: Nota bene. 19. A in marg.: Longe ante Christi mortem fuit sancta ecclesia de qua non sunt presciti (Below 189a without mark of reference). 24. A in marg.: Augustinus. 24. In codd. LXIV. 26. In codd.: Rectus itaque et conformis ordo. Correxi e textu August. Enchirid. cap. LVI. Opp. tom. VI, pag. 217. 29. In codd : creatori. Correxi e textu Aug.

*novum, verum eciam ex illa que in celis semper ex* 189[a] T *quo condita est cohesit domino nec ullum malum sui casus est experta; hec ecclesia in sanctis angelis beata persistit et sue parti peregrinanti sicut oportet opitulatur, quia utraque una erit eternitatis consorcio et nunc una est vinculo caritatis.* Iste sanctus episcopus condidit ecclesie libellum quem vocavit *Manuale* a ad finem quod fideles recte intelligant fidem suam, ubi quoad primum articulum notat quomodo immediate post eternitatem trinitatis increate, hoc est, in mundi principio secuta est sancta mater ecclesia in qua sit trinitatis* 189[b] habitacio et expresse duas partes illius totalis ecclesie b scilicet celestem et terrenam commemorat. Unde, ut spes nostra in ista fide catholica confirmetur, ordinatur in ympno ecclesie quod postquam nulla nostra in Christo accepit cesivam in celo, et angelus conservus hominum prohibuit se adorari a Johanne, Apocalypsis penultimo, ut sic caveant fideles peregrinantes a domino:

Augustine teaches that the Church is from the beginning of the world and that it consists of two parts, heavenly and earthly.

*Triumphat ille splendide*
*Et dignus amplitudine*
*Soli polique patriam*
*Unam facit rempublicam,*

quasi diceret: Caput ecclesie Christus, Deus noster est dignus ex merito passionis sue habere civitatem tam amplam, que sit totalis ecclesia facta ex ecclesia militante in solo et triumphante in polo.

Quamvis enim pro instanti quo factus est primus V homo fuit illa ecclesia constituta, tamen novo modo post ascensionem fuit pars eius inferior super partem eius superiorem in celestibus collocata. Partem autem eius inferiorem intelligo totam naturam humanam que secundum partem suam que est Christi humanitas

4. In codd.: perstitit. 15. nulla; recte: natura 27. A: factus est factus.

19. A verse from the hymn "Chorus novae Hierusalem" in the Sarum Breviary, at Vespers on Sunday after Easter (Matthew).

V 189b taliter exaltatur; et ad destruendum istos errores in fide laborarent episcopi quorum principale officium foret fidem illam docere atque defendere nec non et errores in fide ista deviancium postposita solicitudine eorum que questum sapiunt declarare. Nam propter cecacionem temporalium oblita est fere ecclesia angelorum, et cum Encheridion LXI° sic scribit sanctus doctor Augustinus: *Hec autem que in sanctis angelis et virtutibus Dei est ecclesia, tunc nobis sicuti est innotescet, cum ei coniuncti fuerimus in fine ad habendam beatitudinem sempiternam; ista vero que ab illa peregrinatur in terris eo nobis nocior est quod in illa sumus et quia hominum est quod et nos sumus.* Et quod nulli presciti sint membra illius ecclesie sic declarat: *Hec sanguine mediatoris nullum habentis peccatum ab omni est redempta peccato.* Sed constat quod peccatum finalis impenitencie quale est in omni prescito non potest redimi vel deleri, ut in assimili docet Augustinus in De Dono Perseverancie VI°: *Multi,* inquit, *finalem perseveranciam possunt non habere sed nullus amittere.* Unde, quia ecclesia sancta catholica autonomatice dicitur ecclesia, ideo aput auctores scripture et sanctos doctores ipsa specialiter intelligitur, quando ecclesia nominatur, ut Ephes. V°, 25—27°: *Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam et semetipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, mundans eam lavacro aque in verbo vite, ut exhiberet ipse gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata.* Ubi non dubium quin loquitur limitate de ecclesia que est universitas predestinatorum, nam illam redemit, illam glorificabit post diem iudicii, illa erit non habens

In Scripture etc. the Church means the predestinate.

7. A in marg.: Augustinus. Presciti non sunt de ecclesia, probatur per Augustinum. In codd. Encheridion LXIX. 12. A $A_1$: quo in illa. 14. A $A_1$: presciti sunt. 16. A in marg.: Nota. 19. In codd.: de bono perseverancie. 28. A $A_1$: atque rugam.

19. Aug. Opp. tom. X, pag. 826.

tunc maculam sive rugam, et illa est corpus Christi 189^b V
quod fovet et diligit; et nullo modo verificatur ista de numero prescitorum, quantumcunque magna sanctitate ad tempus appareat prepollere *. 189^c

Insufficient argument from the creation of Eve.

Nec vidi evidenciam unde crederetur quod ante X
mortem Christi non erat ecclesia, nisi forte per locum ab insufficienti similitudine, capta ex textu Apostoli Ephes. V°, 31: *Erunt,* inquit, *duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia.* Sicut enim ex latere primi Adam resoluti in soporem formata est Eva uxor sua (ut patet Gen. II°), sic ex latere secundi Adam dormientis in cruce formata ecclesia, uxor sua (ut patet Joh. XX°). Sed ante priorem formacionem non fuit Eva, ergo ante secundam formacionem non fuit ecclesia. Ista informis argucia induceret ex omnimoda similitudine in errores tocius fidei christiane, ut puta quod Christus non fuit mortuus, quod ecclesia habuit esse materiale ex sanguine et aqua effluxis de latere Christi, et quod Christus non formavit ecclesiam de suo latere, sed ipso soporato et ignorante solum passive contulit ad formacionem ecclesie. Et sic non foret Deus redemptor vel sponsus ecclesie.

Ideo oportet intelligere hoc sacramentum ad literam Y
iuxta sensum historicum expressum de primis parentibus, et supra hunc sensum oportet intelligere hoc sacramentaliter vel mistice de Christo et ecclesia secundum catholicam similitudinem a Christo et sanctis doctoribus expressatam. Christus enim secundum a
deitatem sicut ordinavit domum sponse sue mundum sensibilem, sic prius dignitate ordinavit sponsam ecclesiam sibi domum, sed utrumque factum est in principio mundi. Et sicut Deus immisit soporem in

5. A in marg.: Apparens argumentum pro incepcione ecclesie post mortem Christi. 9. B in marg.: Magnum sacramentum desponsacionis inter Christum et ecclesiam. 12. Codd.: Gen. III°. 23. A in marg.: Quomodo formata est ecclesia. 25. A $A_1$: expresse. 33. Codd.: sic Deus.

Y b Adam muliere formata ex eo sine priori contractu 189[c] mutuo ad assensum, sic primus Adam secundum deitatem ex eternis racionibus exemplaribus formavit in principio mundi eciam ecclesiam sine previa consideracione consensus meritorii, quia (ut dicit Augustinus Enchiridion LVI°) *ecclesia celestis semper ex quo condita est cohesit domino.* Nam tam angelus quam homo creabatur in gracia gratificante, posterius autem in plenitudine temporis formavit ecclesiam suam humanitus que per multa millia annorum fuit prius, dum dormiens in cruce mortuus fecit eam formosam ex principiis eam mundantibus, virtute quorum tota prior ecclesia, sicut et ecclesia sequens accepit vitam spiritualem et pulchritudinem vite naturali superadditam. Et sicut preter materiam coste Adam oportet multiplicari spiritualiter, quia miraculose nobis abscondite aliam materiam ex quibus constituitur mater Eva, sic principaliter mundiciam vel virtutem corporalem sanguinis et aque redempcionis humane oportet dare ampliorem spiritualem mundiciam et virtutem ex eis originatam que se extendit ad totam ecclesiam preteritam et futuram; sed procul undique hoc venenum pestiferum, ut credatur ante mortem Christi non fuisse ecclesiam, sed Christum cum suis apostolis fuisse viando solummodo synagogam.

The Church was from the first in grace, but received a new glory at the crucifixion.

---

## CAP. XIX.

A 189[d] * Supposito ex fide scripture elaborata a sanctis doctoribus quod solum predestinati sint membra sancte matris ecclesie, restat dubitandum ulterius si

Whether the foreknown hold orders and offices in the Church.

6. In codd.: Enchiridion LXIV. 10. A in marg.: Nota. 11. B: dormiens deest. 25. A: synagogam. Sequitur lingua Bohemica: Hospodyne mylostywy, racz hrzyechy stare y nowe odpustyty. Id est: Misericors domine, dimittere digneris nobis peccata vetera nec non recentiora. 29. A in marg.: Utrum presciti gerant ordines et officia ecclesie.

presciti gerant ordines et officia illius ecclesie. Et 189[d] A videtur ex dictis quod non; nam Deus summe sapiens non daret potestatem inhabili. Sed nullus talis habet potestatem huiusmodi si non per Deum, ergo nullus talis habet huiusmodi potestatem. Est autem inhabilis, quia in mortali peccato necessario dampnabili continue, ut suppono ex dictis XXVI° capitulo libri V[i]. Confirmatur ex Decreto, XI[a], q. III, ubi ex dicto beati Gregorii sic habetur: *Ipse ligandi atque solvendi potestate se privat qui hanc pro suis voluntatibus et non subditorum moribus exercet.* Si ergo pro leviori peccato habens potestatem ordinis ipsa privatur, multo magis pro graviori peccato ipse qui reciperet huiusmodi potestatem ab ea excluditur; culpandus itaque foret Christus, si ecclesie sue preficeret membrum diaboli tam inhabile et nocivum. Non ergo habet talis caracterem indelebilem, ut sit de exercitu christiano.

None such is a part or officer of the Church, but he has a duty of ministering within the Church.

Hic videtur mihi indubie quod nullus prescitus est pars vel gerens officium tamquam de sancta matre ecclesia; habet tamen intra illam ecclesiam ad sui dampnacionem et ecclesie utilitatem certa officia ministrandi, ut patet de Scarioth et multis eius vicariis, et ad tantum Deus eligit tales dans eis ad tale officium potestatem. Nam Johannis VI°, 71 scribitur: *Nonne ego duodecim vos elegi et unus ex vobis diabolus est?*

God uses the wicked for good.

Super quo Augustinus, Omelia XXV[a], dubitat quomodo Christus elegit dyabolum, et respondet quod B *electus est iste de quo nolente et nesciente magnum aliquid boni fieret. Hoc,* inquit, *est proprium Dei, iniquis contrarium quod, sicut iniqui male utuntur*

4. A in marg.: Responsio. 13. 14. Codd.: huius potestatem. 18. A in marg.: Responsio. 26. A in marg.: Augustinus. 29. A in marg.: Sicut mali bonis abuntuntur, sic boni malis bene utuntur.

8. Dec. sec. pars, causa XI, q. III, cap. LX. 26. Aug. In Joh. Evang. cap. VI, tract. XXVII. Opp. tom. III, pars II, pag. 505.

B $189^d$ *bonis Dei operibus, sic econtra Deus bene utitur malis operibus iniquorum.* Et ponendo multa exempla conclusionaliter sic concludit: *Omnibus ergo bonis Dei, ne per singula currere longum sit, male utitur malus.* Et hinc sepe dixi quod existens in mortali continue abutitur bonis Dei, et per consequens, quicquid sic fecerit peccat mortaliter; econtra de malis: *malis malorum,* inquit Augustinus, *bene utitur bonus. Et quid tam bonum, ut Deus, de quo Marci X°, 18 dicitur: Nemo bonus nisi solus Deus? Quanto ergo ille melior tanto melius utitur malis nostris. Quid Iuda peius inter apostolos cui loculi commissi sunt et dispensacio pauperum distributa? Sed quia ingratus tanto beneficio et honori accepit pecuniam, perdidit iusticiam: mortuus tradidit vitam; quem ut discipulus secutus, ut inimicus persecutus est; toto hoc malo Iude bene usus est dominus, cum prodicione eius dampnabili nos redemit.* Sic ergo habuit Iudas officium in ecclesia, non de illa, sicut stercus et apostemata habent officia in humano corpore, non de illo. *Modo,* inquit Augustinus, *corpus Christi mixtum est tamquam area; sed novit Deus qui sunt eius, sicut tu nosti quid trituras, quia ibi est latens massa, nec consumit trituracio quod purgatura est ventilacio.*

C Sed difficultas est utrum tales presciti habent caracterem ordinis, utrum sint sacerdotes episcopi vel prelati. Quoad primum est dissensio inter multos de quiditate caracteris. Aliqui enim dicunt quod est qualitas de secunda specie qualitatis sicut naturalis potencia. Alii autem dicunt quod non est per se in genere sed per reduccionem, sicut alie veritates consimiles extra genus, ita quod caracter sit deputacio

The difficulty is whether the foreknown have "stamp" (caracter) of orders.

7. 8. B: contra de bonis. 11. A $A_1$: ille deest. 14. A $A_1$: sed quod. 22. In textu Aug.: tamquam in area. 26. A in marg.: Utrum presciti habent caracterem ordinis (Below $189^d$ without mark of reference). 27. A: utrum sit. 33. A B in marg.: quid est caracter.

passiva creature racionalis ad serviendum Deo et C ecclesie secundum gradum ordinis dignitatis; nec * 190[a] contendo circa quiditatem talis caracteris, cum certus sum quod non sit res ut serta regis vel aliquod signum inpressum quod poterit per se esse.

Predestinate and foreknown have the stamp in different ways.

Tenendo ergo secundam viam de quiditate caracteris dico ulterius quod alius est necessario delebilis, ut caracter ecclesiasticus in prescitis, eo quod non ultra diem iudicii durabit in eis officium dignitatis. In predestinatis autem oportet esse caracterem omnino indelebilem, cum dignitas sequendi agnum mutuo illuminandi conbeatum et percipiendi fructum vivificum non posset deleri in eis, et de tanto habent caracterem ordinis vel caracterem baptismalem. Et patet quod predestinati et presciti secundum diversitatem officii equivoce habent caracterem. Et correspondenter dicitur quod equivoce habent ordinem, episcopatum vel aliam ecclesiasticam prelaciam, quia presciti ascribuntur ad tale officium solummodo temporale, non ut mereantur beatitudinem, sed ut mitigando penam per accidens prosint ecclesie. Et ita conceditur quod Scarioth et eius vicarii erant apostoli, presbiteri, episcopi et prelati, habentes proporcionaliter ad suum officium potestatem, et ad tantum aput Deum sunt habiles. Quod autem Iudas fuit apostolus, patet Matthei X°, ubi inter duodecim quos Christus elegerat computatur, et beatus Petrus testatur quod sortitus est sortem ministerii apostolatus et quod de illo scriptum est Psalmo CVIII°, 8: *Fiant dies eius pauci et episcopatum eius accipiat alter;* et sic cum singulum istorum sit nomen officii, patet quod non sequitur: Iudas est apostolus, episcopus vel sacerdos, ergo est membrum vel de sancta ecclesia.

4. serta sive sertum: corona ducalis, regalis sive imperialis. 6. A in marg.: Character ordinis est delebilis in prescitis, sed non sic in predestinatis. 6. B: secundam vitam. 16. B: caracterem — habent deest. 32. B: post quod.

O 190[a] Sufficit quod sit in illa tamquam palea temporaliter
ministrans finaliter comburenda.

*Various senses in which the "stamp" is spoken of.*

D Unde non dicimus quod ad serviendum Deo in
inferno perpetuo paciendo oportet servum indelebiliter
habere caracterem, nisi forte equivocetur de caractere
bestie quam meminit Johannis Apoc. XIX°, 20, ubi
dicitur: *Seduxit eos qui acceperunt caracterem bestie
et qui adoraverunt ymaginem eius.* Et de isto
1 caractere fit mencio Apocalypsis XIII° et XIV°. Carac-
terem autem transferimus in bonum pro scriptura
predestinacionis in libro vite (ut loquitur Christus
2 Luce X°, 20 et Apocalypsis XIII°, 8). Quandoque vero
accipitur caracter pro aggregato ex predestinacione et
limitacione per signum sacramentale, et sic secundum
limitacionem signi caracteris est varie respondendum.

*The "stamp" of the predestinate is a white stone with a new name: of the foreknown the mark of the beast; and there is the temporal "stamp" marking for a temporal office.*

1 Nam caracter predestinatorum et caracter prescitorum
qui sunt de synagoga sathane (ut loquitur scriptura
Apoc. II°) est indelebilis, quia primus est calculus
candidus vel nomen novum, quod nemo scit nisi qui
2 accipit (ut loquitur scriptura Apoc. II°, 9). Sed secun-
dus est nomen finalis impenitencie vel comitans carac-
3 ter bestie, caracter autem temporalis quando est
limitacio ad officium temporale; et in talibus terminis
magistralibus oportet responsalem quoad significa-
cionem et quiditatem in principio stabiliri. Caracter
enim communiter in malum sumitur in scriptura,
sed aliter loquimur hic de caractere agni quoad digni-
tatem activam ministerii ad quam assignantur prede-
stinati differenter a servis dyaboli in ordine vel bap-
tismo.

*Some offices in the Church are temporal.*

Unde videtur mihi quod nomina recitati officii
190[b] eciam in predestinatis exhinc merentibus beatitu*dinem
sunt quedam specialia, ut apostolatus et episcopatus.
Nam missio ad evangelizandum et superintendencia
solicita ad custodiendum videntur tantum pro statu

8. B: adoraverint. A in marg.: Duplex caracter. 34. Codd.: et deest.

some eternal.

vie officiariis sponsi competere. Sed sacerdocium 190[b] D videtur esse eternum, cum beati dant et docent sacra illuminando suos socios in eternum, et ad illud potest applicari illud Apoc. I°, 6: *Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes;* et sic predestinati qui digne presunt subiectis videntur mihi esse eis in beatitudine preferendi, et sic in celesti ierarchia eis in perpetuo sacerdocio sunt prelati, ut innuit beatus Gregorius, Omelia XVII[a] super illo Luce X°, 1: *Post hec* E *designavit dominus alios septuaginta*, et Crisostomus expressius, Omelia XXXIV[a] Operis Imperfecti: *Melior,* inquit, *est laicus qui in prima facie profitetur vitam secularem sed studet spiritualem, quam sacerdos profitens vitam spiritualem sed amplectitur vitam carnalem, et melior est laicus ante Deum penitenciam agens quam clericus permanens in peccatis. Laicus enim in die iudicii stolam sacerdotalem accipiet, dum eciam crismate omnes sic unguentur in sacerdocio; sacerdos autem peccator spoliatur sacerdocii dignitate quam habuit;* et tunc erit inter infideles et ypocritas (ut dicit veritas Matthei XXIV°, 51). Omnes eciam beati erunt virgines spiritualiter (ut patet Apocalypsis XIV°, 4). Et omnes erunt martyres modo suo, cum Luce XIV°, 27, dicitur: *Qui non baiulat crucem suam et venit post me, non potest meus esse discipulus.* Omnes (inquam) erunt sacerdotes in patria, quia dantes sacra beatitudinis accidentalia conbeatis. Et hinc Abel a quo cepit humana ecclesia in triumpho, fuit expresse virgo, martir et sacerdos, ut notat Augustinus in De

All the blessed will be virgins, martyrs and priests.

1. B: sacerdocium vestrum. 4. A in marg.: Quilibet sanctorum in patria erit sacerdos. 8. A in marg.: Gregorius. 10. A in marg.: Crisostomus. 12. B: laicis. 13. A in marg.: Laycus melior quam sacerdos. 29. A in marg.: Augustinus.

11. Opus Imperfectum l. c. pag. CXLV. 29. Aug. Opp. tom. III, App. pag. 5.

E 190b Mirabilibus Scripture Sacre, III° capitulo. *Tota,* inquit, *iusticia, hec est virginitas, sacerdocium et martirium. Que triplex iusticia in Abel primo fuit qui et munera Deo placita obtulit, prosapiam generis in seculo non dereliquit et martirii coronam sanguinis effusione*
1 *promeruit.* Quilibet ergo salvandus debet esse spiritualiter virgo in hoc quod declinans a malo sequitur
2 agnum sponsum ecclesie; debet secundo esse sacerdos,
3 offerens Deo fructum meriti, et debet tercio connectendo hec duo ad invicem in istis perseverare finaliter tamquam martir. Et ideo signanter notat Christus Matthei XXIII°, 35 quomodo ecclesia dicitur cepisse ab Abel iusto cui secundum Augustinum Jesus commisit primatum iusticie. *In hoc,* inquit, *quod non nominat Zachariam iustum, ut Abel iustum, hereditatem iusticie Abel tenere Zachariam ostendit, sicut in genealogia Christi scribitur primo et solitarie David fuisse regem, dum dicitur: Gesse autem genuit David regem; Salomoni autem et aliis non additur nomen regis, cum alii patres regnum iure hereditario tenuerunt.*

God fits the creature for the power given to him,

F Sed notanda est alia causa (quam dixi superius) quod Abel fuit primus veteranus ecclesie triumphantis qui spe felici spiritualis nectaris missus est in locum refrigerii expurgandus. Et patet ad formam argumenti quod Deus quidquid creature racionali dederit, eam
190c prius ad ipsum * habilitat; et quantum ad decretum beati Gregorii, patet quod intelligitur abutentem potestate sua ut sic privare se illa, quantum ad racionem sibi merendi, dum tamen maneat potestas secundum racionem aliis promerendi. Et sic Deus dedit potestatem Iude propter causam multiplicem; ipse autem non fuit inhabilis ad recipiendum illam potestatem, licet

but, it may be, only for the benefit of others.

1. In codd.: IV° cap. Correxi. 11. B: signanter nota. 15. B in marg.: Nota quomodo abutens sua potestate ea privatur. 24. B: qui sepe felici. 24. B: iussus est in locum. 28. A in marg.: Sacerdos quomodo se privat sacerdocio et quomodo manet sacerdos.

ex culpa propria fuerit inhabilis ad sibi merendum beatitudinem; nec Christus ordinavit eum sic demereri sed permisit ordinando eum in hoc per accidens sponse sue proficere. Unde talis mixcio atque prefeccio prodest ex gracia ordinantis sancte matri ecclesie eciam plus quam si solum membrum ecclesie in ipsa preficeret. Prodest enim strenuo militi ad exercitum quod habeat rebellantem. Nec contradico sed assencio quod sepe evenit, ut pontifex fingat vel putet se signare sacerdotem caractere, ubi propter inhabilitatem ad ordines vel negligenciam ordinarii manet laycus non signatus (de quo alibi). 190c F

The foreknown even when in actual sin minister the sacraments with profit to others.

Videtur autem mihi quod prescitus eciam in mortali peccato actuali ministrat fidelibus, licet sibi dampnabiliter, tamen subiectis utiliter sacramenta. Sic enim Balaam, Num. XXIII°, Cayphas, Joh. XI°, prophetarunt, et dyaboli sepe deiecti per Christum a personis quas obsederant confessi sunt publice dominum Jesum Christum. Et istam sentenciam diffinivit Salvator Matthei VII°, 22: *Multi,* inquit, *dicent mihi in illa die: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Quia nunquam novi vos,* ut patet de uno Marci IX° et Luce IX° quem apostoli increparunt, quia fecit miracula et non secutus fuit eos. Sed Christus approbavit quantum ad substanciam miraculi, ut non per se ex signis huiusmodi iudicemus filium Dei vel filium diaboli. Sic ergo sacerdotes mali iniuriantur sed non nocent piis fidelibus non demerentibus ministrando eis ecclesiastica sacramenta, ut patet in G

3. A $A_1$: promisit. 8. A in marg.: Episcopus non semper quando pretendit ordinare ordinat. B in marg.: Presciti ministrant sacramenta. 14. A in marg.: Nota conclusionem bonam: Sacerdos malus est sacerdos et ministrat. 17. 18. A $A_1$: prophetavit. 25. novi vos; sequencia excidisse videntur: discedite a me. 30. A in marg.: Nota.

G 190c decretis Iª, q. I, *Si fuerit*, ex testimonio Augustini, et XVª, questione ultima, cap. ultimo, et IIIº Decretalium, De Cohabitacione clericorum et mulierum, *Vestra*.

*All the litigation in ecclesiastical causes ought to cease.*

1 Ex istis videtur primo quod cessaret in clero omnis contencio circa temporalia que sub titulo cause ecclesiastice est tractata. Feci autem ad hoc raciones multiplices et allegavi ad hoc auctoritates scripture. Nam posita licencia taliter contendendi via paciendi iniurias foret securior, ergo generaliter sub pena peccati foret via illa eligenda; patet consequencia ex hoc quod via meritorior et facilior est generaliter eligenda, et ideo dicit Gregorius Omelia XVIIª: *Qui locum predicacionis suscipit mala inferre non debet sed tolerare, ut ex ipsa sua mansuetudine iram seviencium mitiget et peccatorum vulnera in aliis ipse affliccionibus vulneratus sanet.*

*The clergy should not act as judges.*

H 2 Item, iudex generaliter ignorat que sit voluntas Dei quoad partes contendentes, que occuparet temporalia vendicata; sed nullus iudex ecclesiasticus iudicare debet 190d pro parte * nisi pro qua scit Deum discernere, quia aliter foret Deo contrarius iudicando. Ergo nullus iudex ecclesiasticus iudicaret in foro cleri contencioso nisi forte quod utraque pars cessaret a lite, intendens circa officium a domino limitatum. Illi enim quibus Christus limitat non portare saculum neque peram, sed, propter preponderanciam spiritualis officii ad quod primo accelerant, neque calciamenta ferre neque hominem per viam salutare neque quomodolibet occupari unde gravius officium discipuli Christi prepediat (ut docetur Luce Xº, 4), valde alieni sunt, ut circa contenciones temporalium occupentur. Salu-

3. A in marg.: Clericus vel sacerdos non debet litigare pro temporalibus. Prima conclusio. 9. Codd.: elicienda. 13. A in marg.: Nota Gregorius. 14. A $A_1$: seviciencium. 16. A in marg.: Iudex ecclesiasticus non debet iudicare inter litigantes pro temporalibus.

1. Decr. II pars, causa I, q. I, cap. XXX et causa XV, q. VIII, c. V. 2. Decret. Greg. IX, lib. III, tit. II, c. VII. 12. Greg. XL Hom. lib. I, Hom. XVII, 4.

taciones enim per viam sunt nimis periculose et nimis 190d H a predicacione evangelii tardative.

*It is a mere pretence to say that the clergy need temporal possessions for their duties.*

Nec valet ficcio qua dicitur temporalia pro quibus contenditur esse Christi discipulo pro suo officio necessaria instrumenta, quia exequatur suum officium sine retrospeccione ad temporalia, et non est compossibile Deum sibi deficere in temporalibus necessariis non ad onus. Ideo dicit Apostolus Heb. ultimo: *Sint mores sine avaricia, contenti presentibus. Ipse enim dixit: Non te deseram neque derelinquam, ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.* Ideo dicit beatus Gregorius Omelia XVII[a]: *Predicatori tanta debet esse in Deo fiducia ut presentis vite sumptus quamvis non provideat, tamen hos non sibi deesse certissime sciat, ne dum mens eius occupetur ad temporalia, minus aliis provideat eterna.*

*None can rightly hold the patrimony of the Crucified but members of the Church,*

Item, eo ipso quo quis est non membrum sancte 3 I matris ecclesie est indignus habere patrimonium Crucifixi titulo vel iure viri ecclesiastici, sed omnino iudex ecclesiasticus cui non sit de hoc specialis revelacio ignorat si dicta persona contendens sit membrum sancte matris ecclesie, ergo ignorat si sit dignus habere patrimonium vendicatum. Assumptum patet eo quod nullius alterius ecclesie persona nisi persona sancte matris ecclesia habet titulo illius ecclesie colorem aliquid vendicandi, cum sit de civitate et corpore dyaboli, contrarius prime iusticie. Et maior patet ex hoc quod nullus iudex ecclesiasticus subducta revelacione predicta scit si alius sit predestinatus, et per consequens, si sit membrum sancte matris ecclesie. Cum ergo fundamentum tocius iuris contencionis foret incorporacio qua contendens foret de sancta matre ecclesia, quod nec contendens scit docere nec iudex

3. A in marg.: Ficcio. 10. B: te deest. 12. A in marg.: Gregorius. Nota qualem spem debet habere predicator ad Deum.

12. Greg. XL. Hom. lib. I, Hom. XVII, 5.

I 190[d] ex quacunque probacione humana discernere, videtur quod propter ambiguitatem offendendi in Dei iusticiam cessaret omnis talis contencio.

but the judge cannot know who is such.

Nam si fundamentum tituli foret mendacium, quomodo non foret omne iudicium innitens illi fundamento iniquum? Aliter enim sufficeret cuicunque layco vel mechanico habere pretensionem vel apparenciam iuris ad iuste vendicandum et obtinendum quamcunque possessionem ecclesiasticam vel civilem; ex quo absurdissima sequerentur. Cum ergo pars Antichristi non sufficit probare quod sit vir ecclesiasticus, et iudex 191[a] debet cavere omnino ne discrepet * a divino iudicio, cum nullum nisi illud sit iustum simpliciter, videtur quod debet cessare omnino tale iudicium; et qui nituntur generaliter excusare curias ecclesiasticas in talibus iudiciis a peccatis lavant lateres et proditorie inpinguant inimicos iusticie oleo peccatoris. Nam Christus cum suis apostolis renuit talia placita secularia atque iudicia, et sic omnes curati vel clerici non cecati possessione et lege cesarea, de quibus loquitur Gregorius Omelia XVII[a]: *Multi,* inquit, *cum regiminis iura suscipiunt, ad lacerandum subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent, et quibus prodesse debuerant nocent, et quia caritatis viscera non habent, domini appetunt videri, patres se esse minime recognoscunt, humilitatis locum in elacionem dominacionis immutant, et si quandoque extrinsecus blandiuntur, intrinsecus seviunt. De quibus veritas dicit: Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Et forte sicut in tempore sancti Gregorii, sic sunt hodie in ecclesia quidam tales, et

Since the ground of just judgments cannot be reached, it were better to give up such trials.

21. A in marg.: Gregorius. Contra malos rectores ecclesiasticos. In codd. Omelia nona supra; 9 s(1) = pro: IA(1) = XVII. 25. In codd.: patres esse minime. Correxi e textu Gregorii.

16. 'lavant lateres', id est, operam inanem adhibent; cf. Erasmi Adagia, Chil. I, 370. He says itis used by Terence in Phormio (186).

cum leges ecclesie licet sopite cum suis doctoribus 191[a] I illud dicunt concorditer, (ut patet III° Decretalium, cap. *Fraternitatem),* nec aliter possumus excusari de tanta occupacione temporalium differenter a Christo et suis apostolis, nisi quod sumus ministri eorum et procuratores pauperum quorum sunt bona que servamus non ut domini seculares, et tamen servare illam racionem in facto vel audire loqui de illa in verbo contempnimus ut venenum, sed tam sermone quam opere aspiramus ad dominium seculare.

A claimant may have forfeited his right to dues by not ministering,

Item, ad repellendum tale humanum iudicium con- 4 K fert quod iudex ut plurimum ignorat si exactor interim cecidit a iure suo propter omissionem spiritualis ministerii subditis rependendum, sed stante illa iniusticia iniuste ferretur pro tali iudicium: ergo temerarium foret dare pro tali iudicium. Minor patet pro eo quod continuatim creatorum spirituale ministerium est magis debitum quam aliquod debitum corporale, ergo illis subtrahentibus magis debitum iniuste exigerent minus debitum et sub condicione quod retribuant magis debitum. Ymmo videtur quod excedunt in malicia servum nequam qui post magnam misericordiam factam maioris debiti minus sibi debitum exegit crudeliter (ut patet Matthei XVIII°). Talis enim curatus exigit a subditis sibi indebitum et hoc horribiliter per censuras et quomodocunque clerici circa prelacias contenderint, demum temporalia exigunt a viduis, a subiectis. Unde et istam iniuriam tangit Decretum, XII[a], q. II. *Sepe fit,* ubi ex decreto septimi Tolnensis concilii sic habetur: *Si quis clericorum stipendium de rebus ecclesie cuiuscunque episcopi perceperit largi-*

3. A $A_1$: Firmitatem; vid. Decret. Greg. IX, lib. III, tit. XXVIII, cap. III. 11. 12. A in textu: constat; in marg. correxit: confert. $A_1$: constat; B: confert. 15. A: fereretur; $A_1$: feretur. 17. A $A_1$: creatoris. 19. A $A_1$: exigeret. 24. In codd. Matth. XVI. 29. A: Tolnensis; recte Toletanensis; vid. Decreti sec. part. c. XII, q. II, cap. LXXII. 31. In decr.: percipit.

K 191[a] *tate, sub precarie nomine debeat professionem scribere, ne per retencionem diuturnam preiudicium afferat ecclesie, et quicunque in usu perceperit debet utiliter laborare, ut nec res divini iuris videantur aliqua occasione negligi et ut subsidium ab ecclesia cui deserviunt percipere possint clerici. Quod si quis eorum contempserit facere, ipse se stipendio suo videbitur privare.*

191[b] Iura autem nature, * iura scripture et iura ecclesie contestantur quod ecclesiasticus omnino omittens laborare pertinenter ad suum officium non debet accipere a subditis quibus non proficit sed officit temporale stipendium, quia tunc deberent laici conducere apostatas ad eis nocendum.

In which case all laws shew that he should not be paid.

L Sed (ut sepe tetigi) contencio est quis exequeretur subtraccionem talem iustam, et videtur mihi non esse tantum sacramentum, quin illi qui stipendium ministrandi conferrent vacanti subtraherent, nec nocet fidelibus excommunicacio vel censura alia in hac parte (ut patet XI[a], q. III. *Quomodo sacerdos*). Sumitur precaria nunc stricte pro dono vel stipendio temporali ad preces hominis pro tempore limitato, et nunc large pro quacunque donacione gratuita, eciam perpetua quoad usufructum donatore reservante penes se dominium, et sic in primitiva ecclesia tota dotacio censebatur precaria, ne elemosinarius prescriberet contra patronum; in defectu vero officii non cadit prescripcio sicut nec fit prescripcio contra Deum.

The real question is who should withdraw the stipend? I say the patron.

Et ex istis patent errores multi: Quidam enim fingunt quod si secundum leges humanas testificatum

5. In decret.: negligi et subsidium. 6. deservit in codd. Correxi e decretali supra memorata. 21. A in marg.: Precaria accipitur dupliciter $<\begin{smallmatrix}1\\2\end{smallmatrix}$. 28. B: Sicut — prescripcio deest. 29. A B in marg.: Primus error.

20. Decr. sec. pars, caus. XI, q. III, cap. XLIV.

Some pretend we have only to consider human law.

fuerit quod tali debeatur datum beneficium, debet 191[b] L iudicari pro illo quomodocunque secundum mores secum fuerit quoad Deum, quia certum est quod Deus in superatis excipit contra illum nisi habuerit rectificacionem secundum veritatem iusticie. Ideo iura civilia que non per se attendunt ad habilitaciones virtutum ut plurimum sunt iniusta (ut dicit Augustinus, Epistola XXXVIII[a] ad Macedonium).

Others, that the claimant acts for the Church.

Patet secundo destruccio fuci sophistici quo fingunt contendentes se exequi pro iure suo atque ecclesie; nam per execucionem talem et omissionem divini consilii ac debiti ministerii ius quod prius habuerunt extinguitur, ymmo haberent ius et dominum ulterius faciendo opus evangeliste sine contencione huiusmodi.

Ecclesiastical judges make witnesses swear to things they cannot know.

Item, tales iudices communiter exigunt absolutum iuramentum in tali casu a testibus, cuius iuramenti veritatem cognoscunt testes ut plurimum ignorare; quod cum sit magnum periculum sicut iudicare sine sufficiencia probacionis, videtur quod debent omnino iudicium tale dimittere.

Once a man was curate because he did the work.

Nam sine ritu tali crevit et stetit mater nostra prospere, quando scilicet quilibet sacerdos vel curatus habuit ex evidencia sui ministerii suffragium temporale; tunc enim fuit cura diligencior, profectus ecclesie maior, concordia extensior, ministracio ac veneracio sacerdotis complecior et omnino progressus ecclesie legi Christi conformior. Ideo status iste et eius antecedencia, licet ritus introductos interimant, sunt racionabiliter admittenda. Quis rogo sacerdos vel laycus cognoscit si dictus sacerdos advena fuit rite in sacris ordinibus constitutus? Nam litere ordinum, quid propter variacionem impressionis sigilli, quid propter mutacionem nominis literati et quid propter latentem defectum in ordinante vel ordinato, non dant vel evidenciam topicam alteri qui

9. A in marg.: Secundus error. 14. B: contencione huius. 28. A: intimant. 29. B: si dutus.

L super testificacione ordinum dati presbiteri fuerit 191ᶜ requisitus? Sic enim facta apostolorum * ostenderant se esse sacerdotes, licet nesciamus quando et qua forma fuerint a domino ordinati.

M Confirmatur, si ordinans vel ordinatus vel uterque fuerit pro tempore ordinacionis simpliciter infidelis, aut ordinanti deest intencio cum verbis sacramenti ordinis que profert, tunc cum paribus non fit ordinacio legitima, sed hoc ex tibi dubio contigit de quocunque sacerdote cui debes testimonium prohibere: ergo ex tibi dubio non fuit legitime ordinatus. Assumptum videtur eo quod nemo accipit baptismum quod est sacramentum necessariissimum sine fide, ergo a pari nec alia minus necessaria sacramenta, et per idem videtur quod omnino infidelis non ministrat fidelibus sacramenta. Sic enim paganus, iudeus vel omnino hereticus deridendo et intendendo oppositum ministraret in casu fidelibus sacramenta, et per idem in casu avis, bestia vel res inanimata infundens aquam et formans vocem, quod videtur ridiculum et contra decreta ecclesie. Nam Iª, q. I scribitur sub auctoritate beati Gregorii: *Quicunque sacros ordines vendunt aut emunt sacerdotes esse non possunt. Unde scriptum est anathema danti et anathema accipienti, hoc est symoniaca heresis. Quomodo ergo, si anathema sunt et sancti non sunt, sanctificare alios possunt? Et cum in Christo corpore non sunt, quomodo corpus Christi tradere vel accipere possunt? Qui maledictus est benedicere quomodo potest?* Talia sunt multa decreta, ut IXª, q. I, et sepe alibi. Et quicquid doctores dixerint, ignoratur de alio utrum sit perpetuo infidelis excom-

Doubts as to the legitimacy of ordinations.

4. A $A_1$: fuerunt. 5. A in marg.: Confirmacio. 14. B: per illud. 18. B: per illud. 21. A in marg.: Nota. Dubitatur an qui pretenduntur esse sacerdotes sint sacerdotes cum motivis (Above 191ᶜ whitout mark of reference). 24. In decret. dandi . . . accipiendi.

21. Decr. sec. pars, causa I, q. I, cap. XII.

Unfitness may go so far as to prevent ministration or only so far that a man ministers to his own damnation.

municatus sive hereticus, et tunc secundum decretum 191[c] M IX[a], q. I. *Sed excommunicati,* non ministrat ecclesiastica sacramenta. Ideo patet quod est dare indisposicionem in ministro que vetaret confeccionem vel ministerium sacramenti, est dare aliam indisposicionem que ministrantem dampnificet et habili recipienti proficeret; qui gradus sunt Deo absconditi. Ex istis videtur quod, sicut laicus de 'quocunque sacerdote suo in casu dubitat utrum sit sacerdos de sancta matre ecclesie, sic est sibi evidens dubitare utrum sit sacerdos rite ordinatus secundum formam statutam in iam militante ecclesia vel sub aliquo gradu clericus secundum presentem iusticiam in ministerio temporali. Probatur ex hoc quod ignoratur error fidei in ordinante vel in ordinato, sicut ignoratur utrum sit perpetuo hereticus et infidelis, sicut est de quolibet prescito, et ita de infinitis illusionibus que possent contingere in verbis sacramentalibus in intencione consecrantis.

It does not affect the layman's faith that he cannot tell whether the priest is qualified;

Ulterius videtur quod fides non titubaret in laicis, N licet ignorent in particulari disposicionem sui presbiteri, nam nichil quod est supra potestatem eorum faceret in eis fidem deficere, sed certitudo talis circumstancie sacerdotis est supra potestatem eorum. Ideo non faceret in eis fidem deficere, nam sensus laici non iudicat de verbis vel intencione presbiteri consecrantis, nec est aliqua particula fidei catholice quod ipse rite consecrat; et sic de testificacione, de racione vel quocunque alio loco evidencie assignando, ita quod vita sacerdotis (ut mihi videtur) est maxima naturalis evidencia per quam crederetur in talibus * 191[d]

8. A in marg.: Secunda conclusio. 14. 15. B: inordinate. 20. A in marg.: Tercia conclusio. 20. B: tutubaret. 23. 24. A: circumstancia; hoc verbum rasura laesum, propter quod in $A_1$; talis circum — sacerdotis. 27. A in marg.: Conclusio.

2. Decr. sec. pars, causa IX, q. I, cap. III.

N 191[d] sacerdoti. Notandum tamen quod stultum est laicum de talibus nimium dubitare, dicente decreto I[a], q. I, sub auctoritate Gregorii: *Multi secularium hominum cum plus sacerdotum vitam quam suam discuciunt, magnum contempcionis divinorum sacramentorum crimen incurrunt*, quia sicut paulo ante recitatur ex dicto beati Augustini: *Omnia sacramenta cum obsunt indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne sumentibus sicut et verbum Dei. Unde dictum est: Que dicunt facite, que autem faciunt facere nolite.* Et infra sub auctoritate beati Ambrosii: *Cum scriptura testatur quod ad preces Jeroboam ignis descendit de celo et rursus precante Helia ignis missus est de celo qui sacramenta consumeret* (ut patet III° Regum XII° et XVIII°), *datur intelligi quod Deus non merita personarum considerat sed officia sacerdotum.* Requiritur tamen laicum habere aliquam evidenciam de presbitero citra suam fidem.

nor should he be too curious in such matters.

O Ulterius videtur quod sine sacramentis nostris sensibilibus de possibili servatur fides in nostra ecclesia, servata in nobis cum caritate fide catholica. Nam articuli fidei catholice sunt generales et non implicant quod iste sit sacerdos, quod hic sit corpus Christi et sic de aliis nisi de quanto veritas est substrata. Nec tenetur christianus nisi subintellecta tali condicione credere quidquam tale; opinionem tamen habet de ministerio diffamati presbiteri ultra consimile ministerium laicorum, sicut credibile est quod Christus sepe supplet defectum presbiteri, ordinando, conficiendo vel absolvendo, sine ipso rite ministerialiter concur-

Faith might possibly be preserved without sacraments;

Christ may supply the defect in the priest,

1. A in marg.: Notandum est laicum sine evidencia dubitare an porrigens sibi sacramentum sit sacerdos. 2. B: nimium dure. 13. B: peccante Helia. 18. B: citra supra fidem. 19. A in marg.: Quarta conclusio. Sine sacramentis nostris sensibilibus de possibili servatur fides.

2. 3. Decr. sec. pars, q. I., cap. LXXXIV. 7. ib. cap. LXXVIII. 12. ib. cap. LXXXIII.

while we have no reason to suppose he will do so with lay ministrations.

rente; nec sequitur ex isto quod debemus credere Christum sic concurrere in pretensione ministerii laycalis, nam nullum tale de communi cursu absolute credere debemus explicite sed vivere in fide filii Dei que est universalis sive catholica. Unde Encheridion LX°, *quando dyabolus corporis sensus fallit, mentem vero non movet a vera rectaque sciencia qua quisque vitam fidelem gerit, nullum est in religione periculum; vel cum se bonum fingens ea facit sive dicit que bonis angelis congruunt, eciamsi credatur bonus, non est error christiane fidei periculosus aut morbidus. Cum vero per hec aliena ad sua incipit ducere, tunc eum dinoscere nec ire post eum magna et necessaria vigilancia est.* Vult iste sanctus dicere quod multa sunt que fidelis neque tenetur plene et particulariter credere neque discredere, sed stat sine mortali cum formidine falsum credere, ut patet de opinantibus vel reputantibus multa bona et religiosa de membris dyaboli licet falsa; sed oportet cavere ne affectus per consensum ad vetitum seducatur. Omnis autem error in veritate videtur mihi sapere peccatum ad minimum veniale. Sed redeundo notandum est quod non sequitur ex isto quod haberetur quoad sacramentum eukaristie devocio laicorum, quia potest contingere quod efficacius et meritorius accipiat laicus corpus Christi, credendo in ipsum in celo et credendo generaliter sacramentum universalis ecclesie, quam datus laicus vel * sacerdos qui sub actibus sacramentalibus corporalibus accipit corpus Christi. Nam ritus talis non proficit nisi de quanto disponit ad accepcionem et manducacionem corporis Christi secundum animam in fide et caritate (de qua manducacione Joh. VI° loquitur Jesus noster). Non enim nego quin

[191d; 192a]

The sensible sacrament profits only so far as it helps to the spiritual acceptance of Christ.

5. A in marg.: Augustinus; in codd. Encheridion LXVIII, recte LX vid. Aug. Opp. tom. VI, pag. 218. 9. A $A_1$: vel si. 13. B: magna et multa. 20. A $A_1$: autem deest; 21. A $A_1$: in veritate deest. 22. A in marg.: Conclusio notanda. 23. B: habetur.

O 192[a] necesse sit nos in vita intendere signis sensibilibus in quibus stat modo suo christiana religio, cum debemus credere quod omnia sacramenta sensibilia rite ministrata habent efficaciam salutarem.

*Yet we must not neglect the sacraments.*

P Sed in isto stat periculum militantis ecclesie quod
1 iudaizando secundum sensum carnalem signa illa cum tradicionibus humanis plus suis signatis preponderet
2 vel eciam legem Dei plus attendat iudicio sensus corporei quam oculo mentis vel eciam lumini fidei. Et correspondenter ad istos motus anime opera consecuntur, unde ad elidendum istum errorem Christus ordinavit nos in fide vivere et membra matris nostre particulariter ignorare, ne quis presumat se extollere vel exigendo temporalia gentiliter a lege scripture recedere, sciendo quod nulla solempnitas vel tradicio humana facit hominem caput vel membrum sancte matris ecclesie aut Christi vicarium nisi specialis Christi gracia et imitacio Christi in moribus. Ulterius videtur quod non licet pure clerico in causa et persona propria fratres suos corporaliter pro temporalibus ecclesie expugnare. Patet sic: Clero minus elongatum a vita apostolica est omnino illicitum, et magis elongatum est magis illicitum, sed iuxta conclusionem primam clerum contendere in foro ecclesiastico pro patrimonio Christi est omnino illicitum, ergo multo magis ipsum bellando pro temporalibus invadere fratrem suum, nam cum sit a vita et doctrina Christi magis extraneum, foret sacerdoti Christi magis illicitum. Ille ergo qui pateretur iniurias, antequam cum fratre suo contenderet, pateretur iniurias, antequam spoliando bona nature fratrem suum invaderet. Unde magnus videtur defectus in nostris doctoribus qui dimissa scola Christi in sequendo ipsum et paciendo iniurias

*The danger is that more attention is paid to the signs than to the things signified.*

*No cleric may fight for temporalities.*

5. A in marg.: Periculum. 9. B: lumini deest. 14. A in marg.: Conclusio. 18. A in marg.: Quinta conclusio. Non licet pure clerico invadere fratrem suum propter temporalia nec licet sibi ut pro illis pugnet. 21. Codd.: expungnare. ibid.: Clero cui. 26. In codd: talibus; Correxi.

*False teaching on this point is common.*

consulunt nedum laicis sed pontificibus ad pugnandum, 192a P palliantes per sompnia et scripta apocrifa quomodo pugne tales eciam in Romano pontifice per signa que vocant miracula sunt laudate (ut tetigi XVII° cap. libri quarti). Rogamus itaque in verbis ut habeamus Christi et sue paciencie documenta, sed tamquam ypocrite adversamur in factis, nitendo totis viribus quomodo habeamus de factis hostibus temporales victorias et fastuosa ac huic vite voluptuosa delectamenta, et ad hoc applicamus triplicem sapienciam huius mundi, de qua Jacobi III°, 15 dicitur quod est *terrena, animalis et dyabolica.* Necessarius ergo foret cogitare cogitaciones pacis, rogare et predicare que ad pacem sunt, quam adducere fucos sophisticos ad palliandum quod nedum mundi principibus sed eciam summis pontificibus licitum est bellare. Ad tantum

*It is even said that temporal possessions are as needful now as was the power of miracles at first.*

enim cecati sunt eciam professores scripture quod dicunt tam necessariam esse clero hodie possessionem temporalium, quam * necessaria fuit in primitiva 192b ecclesia potestas faciendi miracula, et intelligunt necessarium pro utili (ut oportet), quia aliter concederent quod tam necessaria ecclesie foret sua predicacio, ymmo sua decepcio sicut fuit Christi passio, cum sit sub eodem gradu contingens necessitas utrobique.

Primo ergo videtur quod cesar dedisset principa- Q liter naturalia bona clero tam utilia sicut Christus, et iterum tam perfecta fuisset temporalis possessio, sicut carismata supernaturalia concessa a Christo, quia si potestas quam Christus concessit suis apostolis fuit cesareo dono perfeccior, fuit ecclesie Christi necessarior, quod fuit patulum ex fructu et cremento

3. A: pungne. 16. A in marg.: Conclusio falsa. 21. B: quod aliter. 26. A in marg.: Nota contra possessionem et dominium ecclesie, quod sic necessarium nunc reputatur, sicut in primitiva ecclesia potestas faciendi miracula (Above 192b without mark of reference). 26. 27. B: dedisset preter naturalia.

Q 192b ecclesie. Et iterum proporcionaliter ut membrum ecclesie habet plus de talibus possessionibus foret perfeccior et ecclesie necessarior, et sic fratres et viri contemplativi forent sub non gradu necessitatis ecclesie et persone mundo divites maxime necessarie, quia nullius possessio est necessarior ecclesie quam est ipse. Sed quid plus repugnaret scripture sacre vel sacris legibus de status minoritate? Ideo consulerem fratribus quod omnino resisterent isti sentencie, quia nedum derogaret perfeccioni sue retrahendo seculares, ne accipiant ordinem evangelice paupertatis, sed animaret divites seculi ne faciliter imperciantur eis elemosinas corporales. Possent enim seculares dicere (ut audivi quosdam instructos ex ista sentencia): Tu dicis quod tam necessaria est modo possessio temporalium quam necessaria fuit in primitiva ecclesia potestas faciendi miracula, sed possessio temporalium est ecclesie utilior et congruencior in secularibus quam in clero. Ideo quam necessaria fuit in clero potestas faciendi miracula in primitiva ecclesia, tam necessaria est hodie in secularibus possessio terrena. Sed nemo in primitiva ecclesia diminueret de potestate sua faciendi miracula propter communionem cum fratribus, ergo nec secularis debet communicare cum fratribus de possessione temporalium, ne diminuatur perfeccio sibi necessaria; et sic frater qui ad hoc hortatur vel consulit, deficit a caritate, nitens dampnificare gracia questus temporalium fratrem suum. Sed quis temptaret taliter membrum Christi?

Friars should oppose such teaching,

or it may be turned against them.

R Si dicitur quod propter dispersionem temporalium accresceret elemosinanti donum spirituale perfeccius,
1 hoc repugnat sentencie propter duo: Primo quia tunc foret expediens cuicunque clerico possessionato plus

4. $A_1$ corrigere vult: sub uno genere. 8. A in marg.: Consilium. 11. 12. B: si animaret. 22. diminueret in codd.: An diminueretur? 24. B: ideo nec. 25. B: ne deest. 30. A B in marg.: Responsio quedam.

de possessione sua egenis tribuere et sic usque ad non 192b R gradum, et sic renunciando cunctis que possidet sequi Christum in evangelica paupertate. Secundo, quia tam 2 necessaria est clero modo temporalium possessio, sicut fuit alia potestas concessa a Christo ad faciendum miracula, sed notum est quod propter nullas corporales elemosinas dat Deus meliora carismata quam fuit potestas faciendi miracula; ergo propter tales elemosinas non recipiet distribuens carismata pociora. Ymmo cum necessarior sit modo temporalium possessio quam potestas faciendi miracula, et quelibet partis possessionis particio perderet illam possessionem, cum sit res inanimata, videtur sequi ex principio quod fatuum foret clero possessionato possessionem suam perdere. Nec valet egenti allegare possessionato quod de superfluo vel principaliter necessario debet tribuere *, quia (ut sequitur ex principio sapiencie 192c dyabolice) nichil est clerico possessionato superfluum, sed de quanto plus possidet, de tanto quod possidet est sibi magis necessarium, quia complet unam possessionem magnam necessariorem ecclesie.

I say that possession was more needed in the primitive Church than now.

Ideo detestando hoc porisma de scola dyaboli dico quod necessarior fuit in clero dominacio temporalium in primitiva ecclesia militante quam est modo. Patet ex hoc quod tunc fuit utilior et meritorior et per consequens necessarior. Tunc enim fuit pure evangelica civili dominio impermixta. Ulterius dico secundo quod potestas faciendi miracula fuit necessarior ecclesie, quam unquam fuit temporalium possessio quodammodo infinite, quia potestas illa est natura superior, sicut virtus excedit civile dominium. Unde Symon magus non fuit tam fatuus quin libenter voluerit commutasse pecuniam pro potestate faciendi miracula,

Simon Magus was wiser than these teachers,

3. 4. B: tam multa est. 12. A in marg.: Responsio quedam. 16. B: vel principio. 22. A B in marg.: Responsio propria. Potestas faciendi miracula semper fuit utilior ecclesie quam bona temporalia. 27. A $A_1$: impermixti. A in marg.: Conclusio. 32. A $A_1$: voluit.

R 192[e] ymmo affeccione commodi hoc censuit fore lucrum; patet Act. VIII°. Multo magis fidelis sciens quod potestas faciendi miracula plus lucrefaciendo pacificaret ecclesiam quam quelibet divicie temporales. Et ex istis patet tercio quod seminans illud dogma in populo non foret ut sic utilis procurator vel minister pauperum sed egenis Christi ex doctrina sibi contraria subdolus inimicus. Nam gracia et caritas sunt precipua potestas faciendi miracula, quia illa sunt per se bona per que docetur homo mundum et peccata relinquere et Deum diligere; quod est opus excellentissimum viatoris. Ideo si illud porisma per impossibile foret verum, tunc sicut nemo tenetur alienare a se caritatem vel spiritum sanctum, sic nemo teneretur temporalia pauperibus impertiri.

whose teaching if received would stop all alms to the poor.

S Suppono autem de logica quod sicut confundit, ut si temporalia sint tam necessaria sicut aliqua potestas faciendi miracula, tunc nulla talis potestas est necessarior; quod est falsum de potestate quam Joh. I°, 12 exprimit: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Illa enim est infinitum melior quam possessio temporalis, nam ex illa potestate legitur Evangelistam mutasse silvestres frondes in aurum et litoria saxa in gemmas. Ex quo patet quod illa potestas fuit infinitum validior quam illa possessio et plus fecit ad profectum ecclesie. Aliter enim Christus infinitum potencior cesare, habens discipulos prudenciores ad ministrandum bona fortune, foret notabiliter increpandus quod non dotasset ecclesiam plus quam cesar. Hoc enim propter minorem mundi avariciam fuisset tunc melius, et per consequens ex dictis tam bonum sicut potestas quam Christus habuit.

Sexto videtur quod nullus clericus contenderet circa maioritatem sui ad subditos in ecclesiastica ierarchia,

4. A in marg.: Conclusio. 6. B: utilis procreator. 14. A: sicut nemo. 24. B: valior. 32. Sexta conclusio. Nullus clericus debet contendere pro maioritate ad subditos in ecclesiastica ierarchia.

There should be no contention for high place in the Church,

nam homine habente revelacionem ad hoc non con- 192c S tenderet circa illud, sed sentiret humiliter de se ipso, si non habeat revelacionem de hoc; cum tunc ignorat si sit de sancta matre ecclesia, in vanum contenderet si sit maior de illa ecclesia, cum deest sibi probacio si sit de illa ecclesia (ut tactum est in conclusione prima). Maioritas autem in ecclesia et non de illa foret contendenti inutilis et ecclesie tamquam impertinens sive contrarium * contemptibilis. Et ex 192d a istis videtur quod nimis magna demencia foret urgere ecclesiam ut credat quemlibet Romanum pontificem esse caput sue ecclesie, nam iuxta dicta quilibet talis posset esse episcopus in ecclesia sine hoc quod sit de illa. Sicut ergo non est de fide quod omnis Romanus pontifex sit predestinatus, sic non est de substancia fidei quod sit caput vel membrum sancte matris ecclesie. Et patet quod non sequitur perire in laicis b fides de recto sacramentali ministerio sacerdotis, quia sufficit fideli credere fidem catholicam et quod Deus propter nullum errorem spiritualis prepositi dampnificat subditum nisi suum demeritum sit in causa. Non ergo debet subditus desperare de peccato prepositi, quia, quantumcunque malus sacerdos fuerit, dummodo subditus in Christum crediderit, salvus erit, et dampnabile ministerium sacramenti sui curati sibi proderit, ut ostendit decretum sub auctoritate Augustini, in De Consecracione, dist. IV: *Quomodo ipsum*, inquit, *caracterem multi lupi eciam lupis infigunt qui videntur esse intus, verumptamen ad illam ovem que ex multis una est non pertinent.*

since we cannot tell whether even the highest are members.

Nec sequitur ex isto confusio policie ecclesie, quia c T ecclesia militans operibus sui curati debet credere, et

7. Codd.: Minoritas. 9. B: impertis. 9. A in marg.: Non tenemur credere Romanum pontificem esse caput nostre ecclesie. 16. B: vel deest. 24. A in marg.: Augustinus.

27. Decreti III pars, De Consecr. dist. IV, cap. XLI.

T 192[d] non nudo nomini vel prefecture in facie ecclesie, quia talis foret evidencia nimis fallax. Obediendum est tamen tali pretenso preposito salva semper obediencia legi Christi; et in ista cecitate tantum turbatur ecclesia quod quidam plus credunt signis mortis factis in vestigio mortuorum defunctorum quam operibus vivacibus superstitum quantumcunque conformiter legi Christi vivencium. Et credo quod illusio diaboli in talibus signis excecat populum; post illum ergo in quo claruit viva vite sanctitas probabiliter credi potest ad ostendendum eius sanctitatem signorum claritas, sed adhuc non tam evidenter sicut in uno opere fructuoso.

Excessive trust in miracles.

Unde talis culpanda cecitas, inordinatus ac cupidus cultus circa reliquias faciunt in penam peccati populum multum falli. Unde in multis patriis cupido pecunie facit in multis ecclesiis quod pars persone empte, ut canonizetur pro confessore vel martire, plus honoretur peregrinacione, sumptuosa oblacione et sepulcri ornacione auro et lapidibus preciosis quam corpus matris Dei, apostolorum Petri et Pauli vel alterius notorie beati. Et evidencia talium stat in isto quod talia possunt fieri vere ac meritorie, et prelati quibus hoc est incognitum approbant quod sit ita; nullum tale factum reprobo et pauca vel nulla approbo, quia peregrinantes, reliquias adorantes et pecunias congregantes nedum possent occupari utilius hoc dimisso, sed ex factis in lege Christi et scriptura videtur sequi quod omnes sic colentes debent protunc melius occupari et per consequens peccant graviter melius omittendo. Dimitto peccata que contingunt altrinsecus in hoc facto et quomodo ipsum est factum pharisaicum patrum veteris testamenti, sed non ex lege

Evil of relic worship.

5. B: quod quidem. 6. B: mortuorum deest. 14. A in marg.: Nota de peregrinacione. 19. A in marg.: Nota de colentibus reliquias sanctorum (Below 192[d] without mark of reference).

nova efficaciter nobis fundatum, sed ut plurimum T
ambiguum * et vel ex parte colencium vel ex parte 193a
occupancium reliquias viciatum. Sicut enim in lege
veteri Judeis declinantibus a cultu insensibilium invaluerunt signa generacionis adultere, sic in nova lege
torpente affeccione celestium oportet tradiciones humanas et ritus ceremoniarum sensibilium dimissa
religione et affeccione insensibilium prevalere, et ad
hoc movent tres hostes anime.

*The devil has always drawn men to hypocrisy by means of sensible signs.*

Nam necesse est dyabolum illusionibus signorum V
sensibilium seducere ypocritas sub specie sanctitatis, quia peccata facta in populo hoc requirunt, et dyabolus videt quod populus ad seduccionem illam est pronior. Sic enim legitur I$^{o}$ Regum XXVIII$^{vo}$ quod Saul consuluit phitonissam que arte diaboli suscitavit sibi dyabolum pretendentem effigiem Samuel, qui dyabolus multas veritates commiscuit, ut Saulem in desperacionem induceret et caucius in aliis erroribus seduceret post et ante. Declarat autem Augustinus libro II$^{o}$ De Mirabilibus Sacre Scripture, cap. X$^{o}$, quod
fuit dyabolus, non spiritus Samuelis, primo quia 1
mulier tam malifica non haberet arte diaboli potestatem ad imperandum tam sancte anime; secundo quia 2
tyrannus Saul non meruit tantam illustracionem et ministracionem a bono spiritu inquietato per duos
homines tam indignos, et tercio quia dicit ille spiritus: 3
*Cras tu et filii tui mecum eritis.* Saul autem et filii eius creduntur fuisse reprobi et sic cum diabolo et non cum spiritu Samuelis. Ista movent hunc sanctum

10. A in marg.: Diabolus sepe seducit homines per corpora mortuorum et de Samuele, an ipse fuisset suscitatus (Above 193a without mark of reference). 16. A $A_1$: pretendem. 20. B in marg.: Nota secundum Augustinum quod phitonissa suscitavit diabolum Sauli. 21. A in marg.: Samuel; ibid: Augustinus.

21. Aug. Opp. tom. III, pars II, pag. 18 Appendicis. 27. I. Reg. XXVIII, 19.

V 193a ad credendum hoc totum factum fuisse illusione diaboli, et credo quod nemo faciet evidenciam quin licet fidelibus opinari quod feretrum pape bellantis translatum fuit in ecclesiam arte dyaboli. Nec sequitur ex sentencia Augustini quod scriptura I° Regum XXVIII^vo sit falsa, quia dicit quod nomen Samuelis signat translative dyabolum figurantem; sic enim dicitur I Johannis V°, 8 quod *spiritus, aqua et sanguis unum sunt* in officio, designando trinitatem divine essencie, et in communi modo loquendi pretendens personam alterius vocatur nomine illius cuius vicem pretendit. Sic enim Johannes dicitur Helyas, et angelus vicarius Dei loquitur in lege veteri in persona Dei cuius sentenciam representat. Redeundo ergo ad propositum, patet quod necesse est sacerdotes Christi dimittere ritus gentiles de maioritate civili et omnino attendere quomodo copiosius atque humilius fructuose servient in ecclesia sancta Dei scientes ex fide quod secundum hoc laus et maioritas sunt a Deo. Ideo secundum Crisostomum sicut membra humani corporis nobiliora non impugnant minus nobilia sed iuvando se reciproce complent sua officia, sic debet esse de membris sancte matris ecclesie: unusquisque sine pompa maioritatis vel eius solicitudine debet iuvando et amando quemlibet operari in sua vocacione subducta contenciosa adversacione.

Christ's priests should care only to do service to the Church.

X Septimo videtur quod nullus prescitus recipit rite baptismum quo deleatur simpliciter suum originale peccatum; patet ex dictis XXVII° capitulo libri V^i. Nam omnis prescitus manet perpetuo in defectu finalis perseverancie, quod est peccatum gravissimum et indelebile, et per consequens non tollitur simpliciter per baptismum. Verumptamen sicut aliqua est gracia pre-

Baptism does not altogether destroy original sin in the foreknown.

7. B in marg.: Nota de papa bellatore. 19. B: Ideo deest. A in marg: Crisostomus. 27. A in marg.: Septima conclusio. Nullus prescitus recipit rite baptismum quo deleretur peccatum originale. 28. A $A_1$: quomodo deleatur.

destinacionis et aliqua gracia secundum presentem iusti- **X** ciam, sic aliquod est peccatum presciencie * vel finalis $193^b$ impenitencie, et aliquod peccatum secundum presentem iniusticiam, et quia termini videntur multis extranei et preter significacionem verbalem, ideo alias illos exposui, declarans quomodo ista dicuntur gracie et peccata equivoce et quomodo ista sunt alternatim sibi opposita. Nam omnis prescitus habet perpetuum et originalem defectum, ille tamen ad tempus in malicia sua suspenditur per graciam secundum presentem iusticiam, ut graciam baptismalem et alias, et ideo dixi quod peccatum originale non deletur simpliciter.

The profit of present righteousness to the foreknown is that they lessen their punishment,

Et si queratur quid meretur prescitus existens in gracia secundum presentem iusticiam, dicitur quod aput rectiloquos et non equivocantes nunquam meretur beatitudinem, quia nunquam est dignus beatitudine, sed meretur perpetuam mitigacionem pene eterne cum aliis bonis temporalibus; et sic Deus redemit prescitum non ad beatitudinem sed ad pene eterne miticiam, sicut redemit omnes dampnatos. Et correspondenter prescitus absolvitur a peccato, non ut omnino non perpetuo puniatur sed ne tam graviter perpetuo puniatur. Et sic (ut dicit Lincolniensis) peccata redemit non actus sed defectus quorum malicia per temporalem graciam est suspensa.

and gain a qualified right to temporal goods.

Et sic presciti, sive seculares sive clerici, quantumcunque iuste videantur prefici bonis Dei, hoc est, dumtaxat secundum quid dum sunt in gracia temporali et iniuste simpliciter dum carent omnino momentanea caritate. Ex quo patet quod iudices tam seculares quam ecclesiastici deficiunt persepe in suis iudiciis a regulis

2. A $A_1$: sicut aliquod. 2. A in margine: Nota quid meretur prescitus per temporalem iniusticiam (Above $193^b$ without mark of reference). 5. preter; in codd.: $p^2$. 11. alias, scil. gracias. 13. A in marg.: Questio / Solucio > Nota. 23. A in marg.: Lincolniensis. 24. B: peccata redeunt. 30. A in marg.: Conclusio. De iudiciis sepe dubiis iudicancium.

Judges decide wrongly from not knowing who is predestinate.

X 193[b] et iudiciis prime iusticie. Si enim secundum leges hominum iudex iudicans seculare dominium vel ecclesiasticum officium pro procreato extra matrimonium quem vocat filium populi et illegitimum, quantumcunque predestinatus et habilis fuerit quoad Deum, multo magis iudex iudicans pro prescito quem Deus decrevit inhabilem iniuste iudicat, quia contrarie iusticie legis Dei. Nec valet ficta excusacio qua dicitur quod iudex facit suam diligenciam iudicando secundum suam noticiam, et nisi forent talia iudicia, maius malum contingeret. Nam quoad primum constat quod in talibus ambiguis, utrum iniusta fuerint, debet homo dubium illud dimittere et partem securam eligere. Hoc enim docuerunt Christus et sui apostoli tam scripto quam opere. Et quantum ad secundam partem, patet quod non est peccandum vel venialiter propter aliquod bonum signabile acquirendum vel malum culpe aut pene persone vel perpetuo precavendum.

Augustine said that civil laws are mostly unjust.

Y Et ex istis patet veritas conclusionis beati Augustini Epistola XXXVII[a] ad Bonifacium quod leges hominum quas sanctus vocat iura civilia communiter sunt iniuste. Nam supposito quod Petrus sit predestinatus, carnaliter illegitimus, vendicans hereditatem vel ecclesiasticum officium, et supposito quod Paulus prescitus sit legitimus, vendicans illud idem beneficium, Petrus tamen habilis et Paulus inhabilis quoad Deum, et sint duo iudices quorum primus iudicet pro Paulo secundum leges hominum allegatas et testificaciones legalis 193[c] testimonii plane * depositas et iudicet secundus iudex pro Petro ex revelacione qua noscit Deum iudicare Petrum habilem ad datum beneficium et Paulum in-

8. A in marg.: Ficcio. 19. A in marg.: Augustinus. 19. B: quod veritas; beati deest. Non in Aug. Ep. CLXXXV. Opp. tom. II, pag. 643 seqq. sed pocius in epistola ad Macedonium hanc sentenciam invenies: Quaedam inter eos iura constituuntur quae appellantur civilia, non quod hinc fiat, ut bene utentes sint. . .« Opp. tom. II, pag. 534. 22. A in marg.: Casus.

habilem, et patet quod secundus iudex iudicat iustum 193c Y iudicium, et per consequens primus iudicando sibi contrarie iudicat secundum faciem et iniustum iudicium; et talis perplexitas est communiter in humano iudicio. Et patet possibilitas casus ex sentencia Augustini super Johannis, Sermone XI°, super illud Johannis III°, 1: *Erat homo ex phariseis,* ubi notat scripturam Exodi III°, quare Deus signanter dicit: *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, cum Noe, Job, Moyses et alii multi erant patres veteres nominandi,* et respondet quod *in istis tribus patriarchis qui erant principia generis Hebreorum, Israelitarum et Judeorum figuratum est genus populi christiani.* Nam illi tres habuerunt prolem de liberis et ancillis secundum divisionem quadruplicem; et sic est in populo christiano.

Fourfold division of Christians.

Nam sicut Abraham genuit ex Sara libera Isaac bonum, sic ex Agar ancilla figurans malos (ut notat Apostolus Galatis IV°, 30) peperit Ysmahelem. Iterum Rebeca uxor Isaac nedum peperit Jacob bonum sed Esau malum tam nomine quam figura, et Jacob de liberis et ancillis peperit duodecim patriarchas. Sic ergo habemus bonos procreatos ex bonis, ut Ysaac de Sara, malos de malis, ut Ysmael de Agar ancilla, malos de bonis, ut Esau de Rebeca, bonos de malis, ut sunt filii Jacob quibus datur hereditas de ancillis. Correspondenter (ut dixi superius) inter christianos quicunque servaverint semen fidei patris nostri Jesu, de quantumcunque malis processerint quoad carnem, de quantumcunque malis sacramenta et legem Dei receperint, si perseveranciam finalem servaverint, sunt finaliter premiandi.

1. A $A_1$: patet deest. 6. Johannis; scil. evangelium. 9. Isaac; et Deus Jacob deest in codd. 17. A $A_1$: sic deest. 18. In codd. Gal. III. A in marg.: Nota nativitatem bonorum ex malis et econtra.

6. Aug. In Joh. Ev. cap. III, tract. XI, Opp. tom. III, pars II, pag. 378.

Y 193[c] Ex quibus patet quod natale vicium sanari potest per viam morum tam quoad celeste beneficium quam terrenum, nec dubium quin dimisso affectu primatus vel data prepositura amovibili iuxta testimonium digni operis vel indigni foret melius in ecclesia quam est modo. Leges ergo secundum quas iudicatur contra magis habilem quoad Deum pro minus habili vel indigno sunt omnino iniuste vel, si non sic iudicatur secundum leges illas nec ille sufficiant habilitatem hominis ad talia edocere, stultum foret legibus illis in iudiciis cecis intendere et evidenciam operis quam Deus dedit relinquere.

Prelates should be removable for bad behaviour.

---

## CAP. XX.

A Fructus huius longe contencionis de nostra sancta
matre ecclesia foret sequens noticia scripture sacre,
et per consequens dileccio sponsi et sponse inducens
laborantes in ista fide fideliter in domum domini ad
regulandum, ita quod illi applicetur illud Apoc.
ultimo: *Spiritus et sponsa dicunt: Veni.* Quamvis
autem quilibet liber scripture requirit pro eius sensu
noticiam istius articuli fidei de ecclesia sancta catholica, specialiter tamen liber Apocalypsis, canticum
ecclesie Proverbiorum XXXI° et Cantica canticorum.
1 Quando enim partes ecclesie turbantur erga plurima,
vocantur adolescentule non habentes ubera, quarum
Salomon dicit non esse numerum propter volubilem
193[d] affeccionem animi circa multa; * sed quando Martha
2 dimissa vita activa induit figuram Marie, intendens
incomplete tamen uni necessario contemplando, in-

This discussion should lead to knowledge of Scripture, especially the Apocalypse, the Song of the Church (Prov. XXXI) and the Canticles.

1. A in marg.: Conclusio. 10. B: legibus vel in. 12. relinquere; A. Seq. glossa Bohemica: Jako czynye nassy pravilegiste. Id est: ut faciunt nostri iuris legiste. 17. 18. B: ad regnandum. 19. In codd.: Sponsus et sponsa dicunt. Correxi e textu Apoc. XXII, 17. 20. A: quilibet librum.

ducta in thalamum, secundum numerum octogenarium 193[d] A
dicitur concubina; sed tercio plus accedens ad unita- 3
tem que est omnia in omnibus notatur sub nomine regine et sub numero sexagenario post miliciam triumphalem; sed quarto quando cessabit omnis 4
exaccio, area tocius ecclesie plene purgata a palea per ventilabrum finalis iudicii, non derelicta in corpore tocius ecclesie macula sive ruga, tunc dicitur una columba adepto fine unitatis caritative, secundum quam tota ecclesia est Christus. Patet ista sentencia Canticorum VI° et sparsim alibi in processu. Intendo ergo illam partem mediam scilicet canticum *de muliere forti* succincte transcurrere et difficultates profundas tam expositorias quam scolasticas superioribus meis relinquere. Video tamen (licet obscure) quomodo omnis difficultas logica, philosophica vel methaphisica includitur in scriptura de sancta matre ecclesia, ymmo (ut habundancius loquar) si quid subtilitatis repertum est a nobis in aliqua istarum arcium, eius sentenciam innuit nobis spiritus sanctus in cantico sapientissimi Salomonis de sancta matre ecclesia, Proverbiorum XXXI°, 10, *Mulierem fortem quis inveniet;* quod potest dividi in tres partes, in quarum prima narratur ecclesie sancte coniugium, in secunda describitur eius officium et in tercia concluditur eius preconium.

A short exposition of the Song of the virtuous woman.

It is in three parts:
*a)* telling of the marriage of the Church
*b)* of its office
*c)* of its praise.

Primo autem supponitur esse unum primum con- B
iugium quod sit metrum omnium aliorum inter fortissimum virorum et mulierem sibi proporcionalem faciendum, nam secundum philosophos in omni genere est reperibile tale primum. In genere ergo coniugii supposita incarnacione verbi (quod est Deus fortis et potens in prelio) oportet invenire sibi coniugem bene fortem. Ideo primo de illa queritur: *Mulierem fortem*

1. A in marg.: De adolescentulis, concubinis et reginis Salomonis (Above 193[d] without mark of reference). 2. B: si tercio. 22. A in marg.: Exposicio illius: *Mulierem fortem quis inveniet.* 26. A in marg.: Supposicio. B: omne unum. 31. B: quod est dominus.

B 193[d] *quis inveniet,* ubi secundum sanctos doctores con-
corditer oportet per mulierem fortem intelligere
sanctam matrem ecclesiam, quia quamvis *sexaginta
sint regine et octoginta concubine adolescentularumque
non est numerus* (ut dicitur Canticorum VI°, 7), tamen
ex omnibus illis constat *una columba* (ut dicitur ibi-
dem). Quis ergo inveniet dignam coniugem tanto
sponso? Et videtur quod nullus hominum nisi ipse,
nam in constitucione primi carnalis coniugii primus
coniux concurrebat materialiter ad causandum suam
coniugem (ut patet Genesis III°): ergo multo magis
in illo coniugio celesti oportet coniugem concurrere in
causa triplici ad causandum suam coniugem ex natura
1 angelica et humana. Primo ergo opere creacionis
secundum raciones exemplares in verbo, secundo vero
2 opere ministracionis secundum raciones seminales in
3 genere humano, et tercio opere recreacionis in Christo
facto circulariter ista duo inventa est mulier ista
fortis. Nam secundum illam partem lapsa in devium
erravit, sicut ovis que periit in vepribus peccatorum,
et (ut dicitur Matthei XVIII°, 12) pastor et sponsus
dimissis nonaginta novem ovibus in pascuis semper
virentibus in celo perditam ovem invenit et humeris
suis labore et penalitate debita reportavit. Nec moveat
quod beatus Augustinus in tractatu huius cantici
194[a] dicit quod *hec mulier est * civitas supra montem
posita quam difficile est nescire.* Videmus enim modo
per fidem secundum quam tamquam lucem secundam
illuminat mundum, faciens nos luscos tenebra igno-
rancie obfuscatos videre eam specular iter et obscure,
sic quod ignoramus quoad noticiam distinctam partes
ecclesie, sicut videns civitatem longinque, confuse et

Verse 10. By the virtuous woman we understand the Church.

Christ has part in the making of his spouse, as Adam of Eve.

14. A in marg.: Nota de coniugio (superscriptum: matrimonio) Christi et sponsa ecclesie (Below 193[d] without mark of reference).

25. Aug. Sermo XXXVII de Prov. cap. XXXI, Opp. tom. V, pag. 181.

indistincte videt domos eius et alia ornamenta. Nec 194a B
sufficeremus sic cernere, nisi dicta mulier a sponso
prius in racionibus exemplaribus et visceribus misericordie sit inventa. Unde post conclusionem propositam
supponendo quod ille invenit hanc mulierem qui
secundum divinitatem est immensus, a cuius oculis
nichil potest esse absconditum et secundum humanitatem ascendit super omnes celos, subditur inventorem
illum quoad naturam et quoad tempus respectu patrum veterum esse procul, sicut et mulier illa procul
erat localiter a Iudeis, partim in celo secundum angelos et partim in terra secundum gentes pro tempore
gracie convertendas, sicut procul erat a Deo per culpam, cum non sit possibile quicquam esse a Deo
distancius quam peccatum. Inventa itaque muliere
forti copulanda in primo coniugio videndum est 1
secundo de suis passionibus, utrum sit apta nubere 2
tanto sponso; et respondet litera consequenter quod

The Church is fit to espouse Christ because of the predestination of her members,

*de ultimis finibus precium eius.* Quod videtur sic
posse intelligi: causa finalis quare ecclesia est valida,
ut Christo matrimonialiter coniungatur, sunt predestinaciones suorum membrorum. Nam causa celestis
particularis coniugii est opus meritorium viatoris, et
causa operis meritorii est gracia infusa, et causa gracie
infuse est predestinacio que quasi ultimus finis citra
Deum dignificat ecclesiam ad illud coniugium, quia
(ut dicitur Johannis I°, 16), *de eius plenitudine nos
omnes accepimus graciam pro gracia.* Nam ex caritate eterna dedit nobis caritatem subiectivam secundum
quam cum opere meritorio simus digni vel (ut habet
litera Augustini) *preciosiorem preciosis lapidibus
que eiuscemodi est;* cum quo verbo innuit eiusmodi

7. A in marg.: Solus Christus potuit talem mulierem fortem invenire, que est sua sponsa (Above 194a without mark of reference).

31. Aug. l. c. cap. III.

B 194a mulierem in mente habere dileccionem usque ad finem; que Canticorum VIII°, 6 *fortis ut mors* dicitur.

C Ex quo sequitur quod mulier habens membra dileccione sic forcia sit sponsa racione consumate fortitudinis preciosa, quia usque ad finem diligit sponsum suum. Alii autem lapides scilicet caritates horales finaliter excidentes (ut fuit in Donato et aliis prescitis) non sunt tanti precii, ut subiecta sua sponso ecclesie coniungantur; vel tercio intelligitur non contrarie supradictis quod de ultimis finibus celorum et seculorum est precium, unde est dignitas huius sponse; vel quarto de divinitate ac humanitate in Christo qui sunt ultimi fines circuli intelligibilis est precium huius mulieris, ut patet ex fide, quia sicut verbum creat, ita dignificat sponsam suam. Et de ipso dicitur Psalmo XVIII°, 7: *A summo celo egressio eius*, et in ultima etate seculi consummata est gracia unionis virtute cuius originatur tota dignitas huius coniugii; I[a] Cor. X°, 11 scribitur: *Nos sumus in quos fines seculorum devenerunt.* Inventa ergo coniuge et inventa eius dignitate ex precio vel valore, cum sponsus sit totum per se dignificans opus suum non restat quid tardaret illud

which makes her love to the end.

B 194b coniugium. Ideo innuitur tercio affidacio celestis, dum subditur: *Confidit in ea cor viri sui. Plane,* inquit Augustinus, *confidit et ut confidamus in eum edocuit. Prescius predestinacionis proprie confidit qui falli non poterit.* Mulier autem cum filiis suis potest in ipsum confidere, eo quod mentiri non poterit nec sponse vel membris suis deficere, sed totus timor huius affidacionis stat in nostra desidia quod per nos non sit precium vel dos huius coniugii consummata.

Verse 11. The husband's trust in his spouse.

5. A in marg.: Nota de passionibus ecclesie, an posset nubere Christo 6. B: licet caritates. 8. 9. A $A_1$: sponsa ecclesia. B: sponso ecclesia. 15. B: Eciam de. 18. B: erigitur tota. 19. Nos sumus deest in textu apostoli citato. 22. 23. B: dictum coniugium. 26. B: prescitus. Aug.: Prescius confidit, falli non potest qui confidit. 30. desidia; A: desideria.

Quarto infertur quod uxor tanti domini cuius sunt omnia et ipsa cum eo una persona (ut docetur Matthei XIX°, 5), erit sicut vitis habundans in lateribus domus sue, ideo subditur quod *spoliis non indigebit. Non,* inquit Augustinus, *quia non querit spolia, cum diffusa per mundum eius trophea accipit tamquam sua,* quia Sapiencie X°, 19 scribitur: *Iusti tulerunt spolia impiorum.* Et hinc nimirum dicit sponsa, Psalmo CXVIII°, 162: *Letabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.* Et sic ista quadruplex proposicio declarat in parte predictum coniugium. 194b D

The office of the Church.

Verse 12. All the works of the predestinate are profitable to the Church.

Quoad secundam partem cantici in qua declaratur mulieris huius officium primo in generali premittitur quod sponsa tam grata, tam fida et tam fertiliter dotata a viro *reddet ei bonum et non malum omnibus diebus vite sue. Operatur,* inquit Augustinus, *viro suo bona eterna continue,* quia (ut mihi videtur) omnes predestinati semper prosunt ecclesie sine dampnacionis sue demerito vel ecclesie detrimento. In hoc enim differt peccatum predestinati a peccato presciti quod primum est necessario remissibile et secundum dampnabile. Primum per accidens prodest ecclesie et peccanti (ut patet de peccato Petri) et secundum licet per accidens faciat ad bonum ecclesie, tamen continue sibi nocet, quia sicut quicquid predestinatus hic fecerit tendit ad sui salvacionem, sic quicquid prescitus hic fecerit tendit ad sui dampnacionem. Quod autem quidam dicunt peccatum predestinati dampnabile, equivocatur in nomine *dampnabile* sumpto large vel proprie. Large dicitur *dampnabile* culpandum quod perpetuo dampnaretur, si non foret Christi gracia

1. B: Quarto infert. 2. A $A_1$: una deest. 5. In codd.: quia querit. Corr. e textu Aug., ubi sic habetur: Non quia non querit spolia, ideo non indigebit, sed quia multis abundabit ... 12. A in marg.: Secunda pars. 15. A $A_1$: a deest. 17. continue; Aug.: in omni tempore. 20. A in marg.: Differencie inter peccatum presciti et predestinati. 22. B: Peccatum per accidens. 23. B: et secundum — tamen deest. 29. A $A_1$: equivocatur — dampnabile deest.

D 2 preservatum, et sic omnis peccator foret dampnabilis.
194[b] Sed proprie solum illud dicitur dampnabile ad quod est Dei ordinacio, ut dampnetur, et sic nunquam hec mulier vel aliquod eius membrum fecit malum dampnabile sponso suo. Et (ut notat Augustinus) hec mulier fecit non sibi principaliter, sed sponso bonum quodcunque fecerit tamquam viro et capiti modo quo loquitur Apostolus IIª, Cor. V°, 15: *Qui vivit iam non sibi vivat, sed ei qui mortuus est pro omnibus et resurrexit,* sic quod ecclesia et quodlibet eius membrum quicquid operatum fuerit hoc facit, ut ei placeat cui se probavit. Omnes enim alii querunt que sua sunt, non que domini Jesu Christi.

E Et hec est racio (ut dixi superius), quare Christus non usus est proprietate civili in se nec in suis apostolis. Nec moveat quod nemo debet bonum reddere huic viro propter hoc quod omnis homo est servus sibi inutilis, cum fecerit omnia que rector iste precepit, ut dicitur Luce XVII°, 10; et Psalmo XV°, 2 dicitur: *Dixi domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Verum est quod Christus in persona propria non eget modo humanitus neque divinitus, sed nos egemus ut faciamus omnia nostra opera primo sibi, hoc est ad honorem suum et utilitatem sui corporis in quo eget.

Verse 13 specifies the work of the Church, in giving a law both for our outward and inward life.

Habita solicitudine generali huius matrisfamilias, spe-
194[c] cificat secundo opus * suum, cum subditur: *Quesivit lanam et linum et operata est consilio manuum suarum.* Secundum Augustinum lana est habitus collectus ex campo scripture ad regulandum vitam laudabilem corporalem et linum est habitus ad conversacionem spiritualem ducendam. Sic enim in ordine vestimentorum nostrorum corporalium interiora sunt linea, sed vestimenta exteriora sunt lanea. Correspondenter in vestibus anime que secundum fidem scripture sunt virtutes:

28. B: opata est.

*quidquid carne operamur, est a dextra sensibile: quidquid spiritu, in secreto.* Oportet ergo hanc feminam cum sua familia indui hoc geminum vestimentum. *Operari* 194 E

Both laws require observance.

*autem carne et non spiritu quamvis bonum videatur, utile tamen non est. Operari vero spiritu et non carne pigrorum est; nam dans elemosinam pro laude hominum nudam vestem videtur indui, sicut dicens sibi sufficere in consciencia sua Deum colere, nec quod debet ad ecclesiam ire vel ceteris christianis actibus sensibilibus immisceri. Talis,* inquit Augustinus, *nudam vestem lineam vult habere.* Non sic docet hec mulier, sed instituit simul secundum praxim et theoricam operari, nam ad hoc colligere debemus hos habitus, ut consilio manuum operemur. Virtus enim secundum philosophos est propter opera, et hinc felicitas consistit in actu vel opere, et melior est virtute. Omnem autem virtutem moralem oportet prudenciam regulari, et ideo signanter dicitur quod hec mater *operata est consilio manuum suarum.*

Verse 14. The Church is like a ship.

Unde ad denotandum varietatem operacionum huius 3 F
matrone subiungit tercio: *Facta est quasi navis institoris de longe portans panem suum.* Notum est ex tractantibus de archa Noe et navicula Petri quomodo ecclesia similatur navi in qua divicie et diversa mercimonia congerunter habetque intra se mercantes tam venditores quam eciam institores, et cum per totam habitabilem nostram saltem potestative diffunditur, ymmo per purgatorium atque celos, patet quod de longe portat panem quo pascitur. Navis autem nedum in figura tendit ad similitudinem matrone sed ligna levigata ad imitacionem ligni crucis composita evehunt navigantem in seculo, ne procellis undarum

1. B: carne deest. ibid: ad extra. 4. Aug. l. c. Et sequencia ex illo texto (mutatis aliquot verbis) deprompta sunt. 16. 17. B: moralem et potenciam oportet enim et ideo. 26. B: habitatem. 31. in codd.: eveunt.

1. Aug. Quidquid carne operamur, in promptu est: quidquid spiritu, in secreto.

F 194[c] et aliis maris periculis submergatur. Mercimonia et divicie huius navis sunt omnia genera virtutum et merita quibus bona patrie comparantur; sic pascitur anima viatrix per effluxum longinquum a triumphante ecclesia, sed anima purganda recipit panem ab ecclesia militante. *Divicie,* inquit Augustinus, *in quibus pascitur et mercatur ecclesia sunt largiflue laudes sponsi, de quibus Psalmo CXIIº dicitur: A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini.* Non enim pascitur nec solicitatur membrum ecclesie nisi in laude domini.

Verse 15. The Church gives the "prey" of converted peoples, and distributes "a portion" of the law of God.

G 4 Sed quia nec navis dicta nec sui incole debent ab operibus ociari, ideo quarto subiungitur huius matrone provida prudencia operando. *De nocte,* inquit, *surrexit deditque predam domesticis suis et cibaria ancillis suis.* Nox secundum Augustinum est tempus quo tortores dyaboli persequuntur christicolas, in qua involuti peccatorum tenebris videntur nocere fidelibus, sed eis surgentibus ad vitam plus prosperam nocent
194[d] realiter sibi ipsis. * Unde quia in talibus tribulacionibus claruit et profecit ecclesia, sicut granum trituracione separatum a palea, ideo signanter dicit sapiens quod *de nocte surrexit. Aporiamur,* inquit apostolus, *et non defecimus,* IIª Corinth. IVº, 8 et Ysaie XXVIº, 9: *Anima mea desideravit te in nocte,* et Job XXXVIº, 20: *Ne protrahas noctem ut ascendant populi.* Dedit autem predam domesticis suis, quando viris evangelicis domesticis fidei dedit ex vi communionis sanctorum populum conversum ad Christum, quem dyabolus ante captivavit, et dedit cibaria ancillis suis, quando christianis inferioribus esurientibus et sicientibus iusticiam dedit pastum legis domini et potum in complemento iusticie delectandi. Et sic de matre nostra verificata est doctrina matrone Anne, Tobie Xº,

6. Aug. mutatis verbis. 8. In codd.: CXXII.

22. 23. "Aporiamur sed non destituimur." Vulgate.

ubi docta est a parentibus honorare soceros, diligere 194[d] G maritum, regere familiam, gubernare domum et se ipsam irreprehensibilem exhibere. Nec moveat quod filii ecclesie sunt ancille, cum vir tocius ecclesie sit eius dominus; quod figuratum est in Sara Genesis XVIII°, 12, vocante Abraham *dominum suum* (ut notat beatus Petrus I[a] Petri III°, 6). *Non timeat,* inquit Augustinus, *condicionem,* sed speret miseracionem, quia revera si Deo servire sit regnare, ancilla domini est regina. Et hinc vere ac meritorie profitetur Psalmista Psalmo CXV°, 16: *Ego,* inquit, *servus tuus et filius ancille tue.* Oportet enim membra ecclesie precipue cavere ocium et servire continue, quia aliter non datur eis spirituale cibarium. Unde II[a] Thessal. III°, 10 dicit Apostolus: *Qui non laborat non manducet.*

Verse 16. The field that she buys is the Kingdom of Heaven.

Sed quia matrona prudens considerans quod cibaria 5 H vie non sufficiunt homini in eternum, ideo quinto subditur: *Consideravit agrum et emit illum, de fructu manuum suarum plantavit vineam.* Ager ille secundum Augustinum est regnum celorum in quo sunt fructus semper virentes, ut patet Apoc. ultimo, et Psalmo XLIX°, 11 dicitur: *Pulchritudo agri mecum est.* Illam autem patriam fidelis discursu fidei infuse considerat, et ex fide scripture pro levi tribulacionis momentanee ipsum sperat, et sic illud quod non videtur modo sensibiliter pondus eterne glorie operatur in nobis et voluntariam persecucionis pacienciam propter iusticiam que secundum vocem veritatis Matthei VI° est precium huius agri. Unde quid propter exemplum martirum et iustorum sancte vivencium et quid propter virtutes theologicas infusas desuper mater nostra in spe boni futuri plantavit vineam, hoc est, superiorem cleri ecclesiam que residuum agri letificet? Et hoc merito tocius ecclesie quod est fructus

1. In codd.: socios. 16. A $A_1$: matrona — ideo deest. 25. B: sic idem. 29. In codd.: Matth. V. 32. A: boni fuci?

H 194[d] sue potencie promerendi. Et utinam non propter ocium sive demeritum vinea ista transeat in ortum olerum. Unde quia ager iste in racione colendi et possidendi requirit laborem sollicitum et ordinatum,
6 ideo sexto subditur de muliere forti predicta quod *accinxit fortitudine lumbos suos et roboravit brachium suum.* Nam ancilla apparate serviens tanto sponso nedum stringit carnales concupiscencias zona precepti dominici, sed cuncta opera sua facit ad regulam inter habundanciam et defectum, ne spiritualiter adulteretur cum viro alio, sic quod ad omne opus agendum in
195[a] agro dominico * sit parata; et ad ista requiritur fortitudo resistendi et prevalendi cunctis spiritualibus inimicis. Et videtur posse intelligi in predicacione secundum causam per agrum predictum ipsum caput ecclesie, cuius participacione omnes predestinati sunt regnum celorum; qui licet sint secundum naturam sensibiles, racio tamen qua sunt ecclesia et in potencia beatificabiles est insensibilis. Ad reducendum potenciam istam ad actum requiritur labor assiduus, et illud exercicium fortificat potenciam operandi; et ideo signanter dicitur quod roboravit brachium suum, nec est ista exercitacio nimium tediosa.

Verse 17. The Church requires strength to contend with spiritual enemies.

I 7 Ideo septimo subditur: *Gustavit et vidit quia bona est negociacio eius; non extinguetur in nocte lucerna eius. Quibus,* inquit Augustinus, *est palatum quo gustatur* sic indulcoratum terrestribus, ut videatur laborem pro beatitudine esse amarum eis, non est celum carum. Rectificat autem gustum anime consciencia bona, que si pungitur peccato amara videntur omnia quibus anima nutriretur. Que ergo dulciter

Verse 18. The taste is purified by a good conscience.

2. B: vinea est. 10. B: super habundanciam. Et sequencia in sermone XXXVII Augustini de Proverb. cap. XXXI mutatis aliquot verbis invenies. 15. Codd.: per dictum. 19. B: verificabiles. 30. A $A_1$: pungit.

5. Cf. Aug. l. c. pag. 185.

delectatur in domino, non solum exponit exercicio 195ᵃ I
laudis divine sua omnia sed se ipsam; talis enim
interim gustat in actibus quam suavis est dominus,
quousque infima dulcedo timentibus Deum abscondita
sit illapsa. Nec potest obici quod hec mulier non
vidit quomodo operandum sit propter noctis tene-
bras in qua viat, quia lucerna ardebit continue, dum
semper habet oculum et affeccionem, sperando in
domino, verbo domini consolacionem scripture et
continuacionem beneficencie tamquam oleum continue
largiente, et ex ista luce cum oleo devocionis exhilarata.

Verse 19 tells of the Church's sedulous industry.

Unde octavo subiungitur: *Manum suam misit ad* 8 K
*forcia et digiti eius apprehenderunt fusum;* ubi ista
bona matrona lanifica per manum et digitum specificat
expressius quam supra applicacionem potencie et
prudencie ad sedule operandum. Nam manus et digiti
sunt propiores quam brachium actui operandi; et
potest opus huius femine dici forte, quia collectim
procedit ex viribus universalis ecclesie resistente toto
corpore dyaboli cum eius omnibus instrumentis. Sed
quantum ad sensum habendum de fuso dicit magnus
doctor Augustinus quod non tacebit caritati nostre
quod magister suus inspirando donaverit. Primo ergo 1
supponit quod christianus scit bene quid fecerit in
preteritum, sed ignorat quid aut qualiter faciet in
futurum. Secundo supponitur quod *pius christianus* 2
*de futuro opere bono timet, de preterito gaudet, et*
*ut perseveret in bonis operibus caute vigilat, ne forte*
*negligens futurorum perdat preteritum, et sic habet*
*firmam conscienciam* de facto et non de fiendo. Tercio 3
supponit quod in arte nendi lanifici involutum in colo
nondum artificiatum est in forma fili, sed ab illo ad
fusum trahitur, non econtra.

2. In codd.: se ipsum. 7. B: inde qua viat. 10. A $A_1$: oleum deest. 12. In codd.: Ut octavo. A: Litera K in loco infer. 23. A in marg.: Triplex supposicio. 24. B: supponit quod pius fecerit.

L 9 Ex istis elicitur quod sancta mater ecclesia dum 195$^{a}$ subtili operacione apprehendit opus suum preteritum ad sensum scripture, apprehendit digitis suis fusum, quia rem anteriorem posteriorat, ut contingit de nentibus; est tamen conneccio, quia in opere preterito debent firmari brachia, debet securari consciencia et fundari spes 195$^{b}$ ad futura premia * capienda: *Quidquid,* inquit, *operaris tota firmitas animi sit ad fusum, quia quod pendet in colo ad fusum trahicitur,* non econtra. Et secundum istam leccionem non sollicitaret fidelis nec aspiraret ad grandem statum seculi in futurum, sed instanter trahiceret opus meritorium in preteritum, confidens quod ut sic erit humilior ad futurum. Et istam sollicitudinem ad colum prohibet sponsus Matthei VI$^{o}$ capitulo. Jactemus ergo thesaurum meriti in memoriam sponsi nostri qui pendens in cruce noluit memoriam passionis in preteritum intranslate relinquere, quamvis Judei false dixerint: *Si rex Israel est, descendat nunc de cruce et credimus ei* Matthei XXVII$^{o}$, 40.

Verse 20. Her readiness to help those in need.

Et hinc conclusio sequitur pertinenter: *Manum suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperem.* Nam dicens beneficencie et communionis non oblivisci ex proposicione septima et sciens quod solum firma spes premii est de perfecta operacione plene preterita ex proposicione proxima dat operam pro ulteriori elemosina facienda. *Sperans,* inquit Augustinus, *in domino sibi dicit: Da domine, quia dedi, dimitte, quia dimisi, fac mecum misericordiam, quia feci.* Nam Jacobi II$^{a}$, 12 scribitur: *Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Habens,* inquit, *plenum sacellum apotecam vel orreum nendo salubriter a colo transferat ad fusum.* Et multo magis operandum est instanter opus misericordie spirituale et notum ex textu quomodo ecclesia egenciori

1. A: Litera L deest. 18. B: dixerunt. 20. A in marg. Conclusio. 34. B: Nota.

dat largius de eo quod indiget sed potestatem defensionis exercet in paupere. 195^b^ L

Verse 21. She is not afraid of persecution.

Ex istis decimo sequitur quod vir talis matrone *non timebit domui sue a frigoribus nivis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Quomodo,* inquit Augustinus, *timeret dominus de suis domesticis qui sunt membra talis matrone, cum Romanorum VIII°, 30 scribitur: Quos predestinavit ipsos vocavit et quos vocavit ipsos et iustificavit et quos iustificavit ipsos et glorificavit.* Igitur nec Christus nec ecclesia timebit membris suis ex persecucione nivea in qua *refrigescit caritas multorum* (ut dicitur Matthei XXIV°, 12), cum omnes de domo ecclesie vestiti sunt duplicibus. Hoc vestimentum est preciosissimum, cum sit realiter ipse sponsus. Unde ad Galatos III°, 27 dicitur: *Omnes qui in Christo baptizati estis Christum induistis.* Illi ergo qui et predestinantur et virtuose superaddite operantur, digne laudantes Christum divinitus atque humanitus, sunt vestiti duplicibus. Heretici autem presciti qui baptizati sunt, habentes temporaneam graciam baptismalem, et post nude confitentur in Christo unam simplicem naturam (ut puta, solum divinitatem vel solum humanitatem, ut Fotiniani et Manichei) vestiti sunt tamquam servi ecclesie simplici vestimento, ne fingant se velle perseverare finaliter, si habuerint vestimentum. Sed mali secundum Augustinum vestiti sunt tantum forma sacramenti, boni vero opere et imitacione finali. 10 M

Verse 22. She is splendidly clothed, having put on Christ.

Unde pro declaracione ulteriori huius secte ecclesie undecimo subditur *: *Stragulatam vestem fecit sibi, byssus et purpura vestimentum eius. Non,* inquit Augustinus, *decebat matronam tanti viri nudam incedere vel pannosam,* sed ornatam undique preciosis. Cum enim membra que Christus induit ex clero et 195^c^ 11

3. B: decimo deest. 23. A: Fetiniani. 32. A $A_1$: decebat deest.
34. A: mebra.

M 195c laicis tamquam vestimento qualificato varie sint contexta et matrona ista vestimentum hoc varium in se contexuit, patet quod stragulatam vestem fecit sibi, et cum de utroque membro sint alii virginitate candidi sicut byssus, alii autem vernantes martirio tamquam purpura, Christus autem amictus sit utroque istorum luminum sicut vestimento, patet quod ipsa induens Christum habet byssum et purpuram vestimenta, sicut et habet de candida anima Christi et eius natura corporea rubricata.

**12** Ex istis sequitur duodecimo quod *nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terre;* oportet enim tam ex parte bonorum quam malorum quod iste cursus finem habeat, et per consequens, oportet (ut dicitur Isaie III°, 14) quod *vir veniat ad iudicium cum senioribus populi sui.* Unde et Matthei XXV°, 31 dicitur: *Cum venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue et congregabuntur ante eum omnes gentes.* Locus autem iudicii potest propter patenciam et introitum in civitatem duplicem dici porte. Tunc patebit Christi nobilitas primo in forma duplici quoad se ipsum, secundo in totali sua ecclesia sine macula vel ruga quoad suam familiam, et tercio in expulsione servi dampnabilis inhonesti, quia eius nobilitas non sinit cohabitacionem malefici talis perpetuam nec tantam iniuriam impunitam. Sed cognoscamus quod dictus paterfamilias posuit excrescenciam de corpore sue coniugis in cuiuslibet hominis

**13** libera potestate. Ideo terciodecimo subinfertur: *Syndonem fecit et vendidit et cingulum tradidit Chananeo.* Syndonem intelligo doctrinam evangelicam qua tamquam lineo vestimento purissimo et subtilissimo animus induatur. Vendidit autem spirituali vendicione,

Verse 23. Christ will sit in the gate at the day of judgment.

Verse 24. The linen garment is evangelical teaching.

1. A $A_1$: sunt. 4. A $A_1$: sunt. 6. B: amicus. 12. B: quando dederit. 28. 29. excrescenciam. A: exc$^{sam}$; B: existentibus. 34. B: autem — ad deest.

cum Luce XIX°, 23 dicitur: *Huius coniugis pecuniam* 195[c] M *suam dedit ad usuram,* et sic vendicio ista est satis gratuita, de qua dicitur Isaie LV°, 1: *Venite et emite absque argento et absque ulla commutacione vinum et lac.* In usura autem spirituali gratis precium est datum et donans querit fructum, et sic super excrescenciam, ut compossideat ad utilitatem datarii et honorem sui, ymmo (ut recitat Augustinus) cum evangelizans habeat temporalem mercedem pro sua evangelizacione, videtur quod sit racio dati mutui et accepti. Nam I Corinth. IX°, 11 dicit apostolus: *Si nos vobis spiritualia seminavimus, non est magnum si carnalia vestra metamus.* Sed non est contractus civilis, cum evangelizans principaliter querit salutem populi et non sua, ideo debentur stipendia evangelizantibus non pro commutacione civiliter possessorum. Oportet ergo quod recipientes hanc syndonem dent se ipsos, quia melius est ut pro frumento spirituali vendamus nos in servos perpetuos Joseph nostro quam pro fame spirituali sub dyabolo pereamus; cum enim das te carni, mundo * sive dyabolo, 195[d] tantum precium das pro voluptate transitoria et peccato quantum dares pro beatitudine et pro Deo. Ideo cum istis attento tedio patet quod in dampnatis est stulta mercacio.

She gives the girdle in preaching to the heathen.

Cingulum autem tradidit, quando precepta evangelica N gentibus predicavit; nam Cananei erant infideles ad literam et alienigene Israel et postquam sponsus dixit suis apostolis: *Ite, docete omnes gentes,* Luce ultimo, dicit apostolus Ephesiorum II°, 19: *Iam non estis hospites et advene, sed estis cives sanctorum et domestici Dei,* quod prefiguravit mulier Cananea de

20. 21. B: pereamus — tantum deest. 23. A $A_1$: et deest. 30. B: Iam non et advene sed; A $A_1$: et advene deest.

1. Verba Lucae: Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens cum usuris utique exegissem illam?

N 195[d] finibus suis egressa Matthei XV°. Nam ex predicacione
fidei gentibus exeuntes de gentilitatis errore accincti
sunt ad precepta domini adimplenda. Et quia hoc
14 redundat ad profectum ecclesie, ideo decimo quarto
subinfertur: *Fortitudo et decor indumentum eius, et*
*ridebit in die novissimo.* Nam ex insercione gentilium
induit ecclesia copiosius dominum Jesum Christum.
Fortitudo secundum Augustinum signat constanciam
passionis sanguinee et decor florem castitatis virginee
iuxta dictum superius: *Bissus et purpura indumentum*
*eius.* Nam hec due virtutes invaluerunt ultra Judeam
in ecclesia gencium conversarum, et exhinc nimirum
habebit hec matrona iubileum in die iudicii; nec
miremur quid scriptura tam crebro precipit nos in-
duere Isaac nostrum, quia notum est quod indumenta
anime sunt virtutes, Christus autem Dei virtus et Dei
sapiencia et forma exemplaris extrinseca efficiens et
finis sine cuius illapsi informacione non est creatura
aliqua virtuosa. Habitus autem qui sunt qualitates
et forme intrinsece non sunt nisi consuetudines et
promptitudines ad agendum. Unde Christus illapsus
membro suo tamquam sibi accidente dicitur et ipsum
induere et contexens virtutibus sapiencia perornare.

Verse 25. She gains in glory by the grafting in of the Gentiles.

O 15 Unde sequitur decimo quinto: *Os suum aperuit*
*sapiencie et lex clemencie in lingua eius.* Virtus enim
que est sapiencia patris illapsa ecclesie fecit eam
ebullire sapiencia tam secundum actus quam habitus
virtutis que sunt eius vestigia, et in lingua eius ordinate
ponitur lex laudandi in suo ordine domini et quod-
libet opus suum. *Prestet nobis,* inquit Augustinus,
*in illa constitutis, ipsam laudantibus, illi coherentibus,*
*cum illa et in illa* tamquam matre gloriam suam
*expectantibus, ut et nos in timore aperiamus os*
*nostrum attente et caute et sollicite.* Nam I[a] Corinth.
II°, 3 scribit Apostolus: *Cum timore et tremore multo*

Verse 26. The Church is full of the wisdom of the Father,

13. Codd.: iubilium. 19. In codd.: que sunt. 34. B: accincte et caute.

*fui aput vos.* Et sequitur: *Os nostrum patet ad* 195d O
*vos o Corinthi. Ordinem,* inquit, *posuit lingue sue, laudans creatorem et quamlibet creaturam* in suo ordine, vel pulcrius hoc ordine quo homo amat quidlibet non ut aliud sed vere in ordine bonitatis quo Deus ipsum posuit. Tunc enim vere ipsum diligit ut se ipsum; unde signanter mater nostra Canticorum IIº, 4 de sponso testatur: *Ordinavit,* inquit, *in me caritatem.* Sed quia ad illud requiritur noticia philosophica qua ordines bonitatum rerum secundum

Verse 27. and is not given to idleness.

sapienciam cognoscuntur, ideo sexto decimo et ultimo 16
ita subdit: *Consideravit semitas domus sue et panem ociosum non comedit.* Qui enim vigilanter considerat viam per quam sanctam matrem ecclesiam oportet in Deum ascendere, contemplando ipsum ordinate in suis effectibus, ocio culpabili non vacabit, cum oportet eum studiose vigilare ad fores sapiencie increate. Et in istis sedecim stat officium matris nostre.

3. Praise of the matron.

Quoad terciam partem Cantici * qua declamatur huius 196a P
matrone preconium, primo sic subditur: *Surrexerunt*

Verse 28. Her praise is attested by all the elect and by Christ.

*filii eius et beatissimam predicaverunt et vir eius laudavit eam.* Testimonium infallibile laudis huius 1
domine capitur ascendendo a testibus expertis qui surrexerunt a miseriis huius vie usque ad testimonium viri sui. Ipse enim est veritas increata, Johannis XIVº; multi enim surrexerunt a purgatorio et a limbo qui communicarunt nobis noticiam de beatitudine et gloria ecclesie triumphantis, et veritas testatur in facto sue transfiguracionis et in verbis sue predicacionis laudem sponse Matthei XXV, 34: *Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum;* et sequitur verbum laudis: *Esurivi enim et dedistis mihi manducare;*

1. Codd.: apud vos. 13. Recte: ociosa. 17. A: ad fortes. 19. A in marg.: Tercia pars. 31. percipite; in textu Matthaei: possidete.

2. II. Cor. VI, 11.

P 196a *et modo,* inquit Augustinus, *in paupertate vivimus et cum morimur in paupertate dormimus, sed surgemus et vere ditabimur.* Unde quia pars beatitudinis est
2 verorum bonorum possessio, ideo secundo subditur in preconium huius matris: *Multe filie congregaverunt divicias, tu supergressa es universas.* Nam omnia temporalia transeunt et decipiunt quoscunque qui ea preponderanter diligunt. Ideo Matthei VI°, 19 dicitur: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo et tinea demolitur et ubi fures effodiunt et furantur, sed thesaurizate vobis thesauros in celo;* et sequitur: *Ubi est enim thesaurus tuus, ibi et cor tuum.* Filie autem vocantur secundum Augustinum heretici presciti, ut finaliter ab ecclesia dividantur. Inter has filias splendet ecclesia sicut lilium inter spinas: *Tales,* inquit, *spine habent florem sine fructu;* nam existentes ad tempus in ecclesia percipiunt fallaciter fidem et ecclesiastica sacramenta, eo quod eis deficit caritas consummata.

Verse 29. The many daughters are the foreknown who are outwardly members of the Church.

Q Unde quia tales persepe habundant mundana gloria
3 et fama seculi propter eius divicias, ideo tercio subditur: *Fallax gracia et vana pulchritudo: mulier timens dominum ipsa laudabitur.* Nam gracia laudis humane, mundane glorie vel carnalis concupiscencie declinant homines a Deo ad hostem triplicem. Ideo necesse est ut ista sit fallax gracia, quia abducit a sponso, qui est plenus gracie et veritatis. Vana eciam est pulchritudo quecunque sensibilis, cum non sit pulchritudo nisi propter proporcionalem numerum insensibilem increatum, in quo est primo per se et proprie pulchritudo (ut patet cap. *Multe*). Ideo signanter dicitur vanitas talis pulchritudo sensibilis et potissime temporalis. Unde rectus et per se ordo iniciandi materiam vere laudis est timor domini; ex hoc

Verse 30. Outward grace is of no avail.

1. B: eciam modo. 2. In codd.: dormivimus; correxi e textu Aug. 6. A: universa. 26. B: Una eciam. 30. In codd.: ut patet 6. Multe.

1. Aug. l. c. pag. 191. 29. Decr. sec. pars, causa I, q. I, cap. XXXVIII.

enim quod caste filialiter timetur sponsus, operatur 196ᵃ Q
mulier predicta totum bonum narratum secundum
dictum ordinem sponso suo, et certum est quod talis
bona operacio non potest finaliter a laude deficere.

Verse 31. Her labour in life shall be rewarded by rest in heaven.

Unde quia talem vitam laboriosam imperfectam
oportet habere finaliter complementum, ideo quarto 4
et ultimo sic infertur: *Date ei de fructu manuum
suarum: et laudent eam in portis opera sua.* Quia
nunquam in cursu vie in qua oportuit matrem nostram
de nocte consurgere, pannum texere, egentes pascere
et cetera opera misericordie secundum vitam activam
perficere, non potest esse talis successiva continuacio
in eternum, ideo precipit sponsus pro die finalis
iudicii ut filii ecclesie reciproce dent sibi in quiete * per- 196ᵇ
petua de fructu operum; quod est premium beatificum
meritorum. Nam Luce VI°, 38 scribitur: *Mensuram
bonam et confectam et coagitatam et supereffluentem
dabunt in sinum vestrum.* Beati enim dant beatitu- 1
dinem essencialem in via iniciative ex vi communionis
reciproce promerendo, et dant beatitudinem accidentalem
in patria obiective de sua gloria reciproce congau-
dendo, et sic finaliter laus erit unicuique a Deo
secundum numerum meritorum; proporcionaliter enim 2
ut predestinatus ex maiori gracia plus proficit ecclesie,
habebit in portis nedum in die iudicii sed toti mundo
perpetuo patulo gloriam ampliorem. Sicut enim opera
dampnatorum erunt in die iudicii et post patulo toti
mundo ad sui confusionem, sic opera beatorum erunt
perpetuo mundo patencia ad sui glorificacionem. Et
patet in parte sentencia huius Cantici continentis viginti
duas proposiciones secundum numerum literarum
alphabeti ebraici, cuius primus binarius hic in quatuor
est divisus. Inter alia interlocutoria aspersi quod in
preceptis neutris christiane fidei legimus tale.

2. secundum. In codd. sensum. 16. B in marg.: Nota quod beati (in cod.: bene) dant duplicem beatitudinem. 23. Codd.: meritorium. 33. A $A_1$: Inter alia — legimus tale deest. 34. B: legius.

## CAP. XXI.

A 196b Fortuna non tantum arridet mihi ut valeam facere aliquod argumentum quod visum est in oculis doctoris valere in materia de rectificacione elemosine occupate a clero per dominos temporales, sed breviter quodcunque argumentum quod feceram dicit generaliter deficere tam in materia quam in forma. Sed revera sic dicere non est solvere, quia sic pica posset solvere quelibet argumenta. Quesivi autem si rex Anglie potest auferre licite atque legitime temporalia a clero suo legio delinquente, et dimissa forma illius questionis vecorditer insoluta, convertit more matrone respondentis querenti *quantum distat Lincolnia* quod sacculum plenum prunis. Rex (inquit) non potest auferre simpliciter aliqua temporalia a clero suo legio delinquente, et quia sensus quem habet de signo isto simpliciter est multis incognitus, ideo specificat eius sensum. Solum (inquit) aufert simpliciter qui auctoritate propria aufert; et quia oportet dicere quod rex habet auctoritatem propriam ad hoc datam sibi a Romano pontifice vel a Deo, ideo oportet ipsum dicere quod solum ille auctoritate propria facit qui non capit illam ab alio. Auctoritas enim que subiectatur appropriate in rege est auctoritas propria, quia aliter nihil sufficeret facere auctoritate propria. Sic (inquit) ille aufert simpliciter bona ab ecclesia qui aufert ab ea omnia bona sua. Rogo videamus primo quam remote dimittitur questio insoluta et videamus secundo quam infundabiliter et extranee fingitur signacio huic signo simpliciter. Nam iuxta hunc sensum nichil potest facere quicquam simpliciter nisi Deus, sed solum secundum quid. Sed cum non sequitur: Creatura facit opus solum secundum quid, ergo facit illud, sed

My opponent says all my arguments fail in matter and form, but he will not meet them.

He says that the King cannot "simply" take away goods from a delinquent clergy; and by "simply" he means: *a)* the authority must be original;

*b)* the taking must be complete.

*a)* According to this only God can do anything simply,

14. B: plenum pravis. 21. A in marg.: De ablacione temporalium. 21. B: tens oportet. 26. A $A_1$: qui auferret. 31. 32. A $A_1$: sed bonum secundum.

and no one can have made gifts to the Church.

sequitur evidenter oppositum propter fallaciam secun- 196ᵇ A
dum quid, et simpliciter videtur quod non est possibile creaturam facere quicquam bonum vel malum, et per consequens, nullus dominus temporalis dedit ecclesie dominium temporale, et per idem non habet quodvis dominium, quia solum daretur sibi, ut haberet illud secundum quid. Nec valet fingere quod iste terminus simpliciter habet sensum predictum, ubi doctor limitaverit, et alibi habet sensum alium, quia non valeret significacio huismodi solum fundabilis ex tali * auctore. 196ᶜ

β) Godt ook Christ from the disciples, but not altogether.

Item, iuxta fidem scripture ante ascensionem fuit 2 B
verum quod auferetur ab apostolis Christus qui est sponsus ecclesie (ut patet Marci II°, 20); ex quo oportet consequenter concedere quod Deus pater abstulit simpliciter ab apostolis Christum suum, quia auctoritate propria. Quod videtur nimis extraneum, cum solum ad tempus abstulit eis Christum et solum secundum humanitatem vel partes eius, cum mansit cum apostolis perpetuo non ablatus secundum divinitatem que est tota personalitas sua; ideo secundum modos loquendi philosophorum talis foret ablacio secundum quid, licet fuit vera ablacio. Item, iuxta, 3

Even God can take nothing from man since he must take everything and destroy man.

istam descripcionem nec homo nec Deus posset auferre simpliciter aliquod bonum ab homine; homo non, quia tunc auctoritate propria et non auctoritate Dei sic faceret, quod esse non potest, sicut nemo potest habere auctoritatem ad peccandum. Deus autem si auferret ab homine omnia bona sua, tunc illa ablacione annichilaret ablatarium, quia remanente eo oporteret remanere aliquod bonum suum. Quomodo ergo bonitatem essencialem posset Deus auferre a bono? Per illam Deus ergo non posset auferre bona ab ecclesia

6. B: vel haberet. 9. 10. B: valeret signacio. 10. A: ex tali ex auctore; A: ex tali exactore. 11. A in marg.: De ablacione temporalium (Below 196ᵇ without mark of reference). 16. A in marg.: De illa diccione simpliciter quomodo debet intelligi (Above 196ᶜ without mark of reference). 19. 20. B: secundum deitatem.

B 196c vel alia creatura; et revera fingere talem significacionem infundabilem ad cecandum regem et regnum quod non possunt quicquam auferre a subditis, foret nimis supina stulticia, nam ignorancia est percepta. Sic enim dicerent domini quod non auferunt simpliciter sed secundum quid, proporcionaliter ut dederunt, nec foret alicubi periculum, quia illa bona non fuerunt sua sed solum secundum quid. Melius ergo fuisset descripsisse veritatem catholicam et defensionem pertinacem, ut declaretur si poterit quod non verificatur de rege et regno descripcio predicta de heresi, sed ad tedium scole fugitur per ambages. Melius tamen foret studere logicam et dicere quomodo debet intelligi iste articulus fidei catholice *ecclesiam sanctam catholicam,* tunc enim non dicerentur tot sentencie heretice et sibi ipsis contrarie, ut puta, quod ecclesia que ante mortem Christi fuit synagoga cepit post mortem Christi. Ista enim non est logica huius mundi quod ante mortem Christi non fuit ecclesia et sic de multis aliis erroribus. O quam gloriosa foret conclusio quod nemo potest quicquam auferre a clerico nisi iuste, nemo enim potest quicquam auferre a clerico nisi auferat illud simpliciter, sed nemo potest quidquam auferre simpliciter nisi iuste, ergo conclusio. Si enim quis aufert aliquid auctoritate propria, cum nemo potest habere auctoritatem ad peccandum, sequitur quod nemo potest auferre quidquam auctoritate propria nisi iuste.

Rulers may take away "secundum quid", as the goods were given;

indeed we may come to the logical conclusion, that all taking from the clergy is right.

C Sed ulterius multiplicando inconveniencia dicitur quod clericus sciens patronum suum esse dampnatum debet orare pro eo, ut mitiget eius penam, et allegantur ad hoc dicta doctorum Prepositivi, Altissidorensis,

My opponent says that a priest may pray for a patron whom he knows to be damned.

1. B: signacionem. 24. A $A_1$: quis deest. 31. In codd.: prepositivi Altisiodorensis.

31. Praepositivus, natione Lombardus, cancellarius universitatis Parisiensis anno 1207. cf. Fabricii Biblioth. med. et inf. aetatis VI, 315. Altissidorensis, cognomen nonnullorum decretistarum et theologorum. cf. Franklin Dictionnaire l. c. p. 51.

Hostiensis in Summa, et specialiter doctoris Bonaventure super IV° Sentenciarum, et ita (ut prius dogmatizatum est) quod privilegia et possessiones ecclesie debent in casu defendi per mendacia, ita modo dicitur quod debet eorum possessio continuari per suffragia dyabolica. Constat quidem ex fide evangelii quod Iudas est dyabolus, et per idem quilibet perpetuo dampnatus. Sicut ergo suffragia specialiter facta pro mortuis sunt suffragia mortuorum, sic suffragia facta specialiter pro dyabolis sunt suffragia dyabolorum. Unde * percipiatis quomodo mendax allegacio induxit ad interpellandum pro dyabolo dampnato speciali suffragio. 196c C 196d

This would be praying for a devil.

Rogo notetis quomodo allegatur doctor Bonaventura super IV° Sentenciarum procurasse effectualiter pro hac parte; scribit enim super distinccionem XLVI[am] libri quarti sub hac forma: *Videtur,* inquit, *quod per suffragia aliqua mitigacio fiat dampnatis* et faciendo quinque raciones pro parte illa recitat tres responsiones quas reprobat. Prima dicit quod *suffragia ecclesie prosunt dampnatis, non tamen omnibus, quia non valde malis,* et istam dicit fuisse *magistri Prepositivi. Sed ista dimissio pene est solum ad tempus* (ut quidam dicunt quod omni die Pasche habent omnes dampnati remissionem pene). Secundi dicunt quod *fit remissio simpliciter non secundum proporcionem arismetricam sed geometricam* (ut dicitur de indulgenciis), ita quod non quelibet operacio eque meritoria eque diminuit de pena eterna, sed quelibet operacio ecclesie eque meritoria diminuit proporcionaliter de pena quam invenit, ut si meritum ecclesie, ut quatuor diminuit centesimam partem a 1 b D 2

He alleges the authority of Bonaventura, who is against him.

11. A in marg.: Suffragia pro mortuis si et quomodo prosunt (Above 196[d] without mark of reference). 13. B: Beneventure. 16. A in marg.: Quadruplex opinio. 21. In Codd.: istum.

16. Verba Bonaventurae; cf. Bonaventura, Liber IV Sententiarum, dist. XLVI, Art. I, q. I (Opp. [Ed. Venet. 1754] IV, 1019, 1020).

D 196[d] qualitativam pene, tunc quodcunque meritum domini diminuit proporcionaliter centesimam partem pene quam invenit, et ita superest semper divitibus occasio impetrandi indulgencias, tam pro vivis quam mortuis, tam existentibus in purgatorio quam dampnatis. Tercia opinio dicit quod *suffragia ecclesie non prosunt dampnatis vel ad liberacionem totalis pene nec ad ablacionem partis pene diminuendo vel mitigando*, puniens ne tantum puniatur, *sed fortificando punitum ut melius et tollerabilius sustineat.* Sed reprobatis hiis tribus opinionibus sequitur doctoris sentencia in hec verba: *Ideo,* inquit, *est aliorum opinio communior et verior quod suffragia dampnatis non prosunt, nec ecclesia intendit orare pro eis.* Et si sophista instet quod quelibet istarum opinionum est tunc vera, patet quod doctor intelligit quod quelibet aliarum est vera secundum partem, vel negative non est vera. Ista vero eis contradictoria est vera totaliter. Et consequenter respondet ad quinque argumenta facta in oppositum: Primum est ex dicto beati Augustini, Enchiridion CX°, dicentis quod *quibus mortuis prosunt suffragia ecclesie vel prosunt ut plena fiat remissio vel ut tolleracior fiat eis dampnacio.* Ex quo videtur quod pena dampnati poterit mitigari. *Dicendum,* inquit, *quod non intelligitur de dampnacione facta in inferno, ubi nulla est redempcio, sed in purgatorio, ubi dupliciter illis prosunt: vel statim liberando, ut eos qui parum habent de cremabili vel mitigando quoad eos qui gravius peccaverunt.* Et eandem responsionem tenet sanctus Thomas super

Damnation is used in two senses and may be only to pain in purgatory.

8. A $A_1$: diminuende vel mitigande. 21. In codd.: Euch. CXII. 25. A in marg.: Responsio. 28. A: ut eis. A in marg.: Dampnacio capitur dupliciter.

21. Aug. Enchir. cap. CX. Opp. tom. VI, pag. 238. Cf. Bonaventura l. c. Opp. IV, 1019. 25. Bonaventura l. c. Opp. IV, pag. 1021.

IVº, distinccione XLVIª, questione prima. *Dampnacio,* 1 D
inquit, *quandoque large accipitur pro deputacione ad* 196d
*penam quancunque, ut Luce XXIIIº,* 40 *dicit beatus:*
*Latro, tu in eadem dampnacione es; quandoque vero* 2
*accipitur stricte pro deputacione ad penam perpetuam,*
*ut Matthei XXVº,* 46: *Ibunt hii in supplicium eternum;* et ista significacio est famosior. Et istam responsionem tenet Ostiensis in Summa sua, libro quinto, De Penitenciis et Remissionibus, secundum quod anime defunctorum, et exponitur dictum Augustini, XIIIª, q. IIª *Tempus.* Glossa autem que dicit quod papa dispensat contra Deum male exponit contrarie Hostiensi.

Argument from a saying of Augustine's;

Secundo arguit doctor ex alio dicto * beati Augu- 2 E
stini dicentis de pena Arrii quod non est determinata, 197a
quia augetur secundum quod peccatores suo errore multiplicantur, sed Deus pronior est ad miserendum quam ad puniendum. Ergo si in statu dampnacionis potest eorum pena augeri, potest et minui. *Dicendum,* inquit, *quod non est simile, quia remissio debet fundari in fundamento caritatis, sed Arrius continue habet*
*malam voluntatem sed non caritatem.* Tercio arguit 3
sic: Impossibile est multorum preces non exaudiri, sed ecclesia orat pro omnibus fidelibus qui moriuntur; de quibus constat multos dampnari. Ergo si ecclesia non frustra orat, oportet omnes fideles salvari. *Dicendum,* inquit, *quod si constaret ecclesie aliquem esse dampnatum, non oraret pro eo.* Et quantum ad formam ac materiam ulteriorem istius argumenti
patet inferius. Quarto arguit doctor sic: *Plus placet* 4
*Deo pena quam quis sustinet voluntarius quam alia*

from the Church's praying for all the departed.

7. B: ista signacio. 18. A in marg.: Responsio. Argumenta quod omnes salvabuntur et soluciones (Above 197a without mark of reference). 26. A in marg.: Responsio. 30. A: quis tinet.

1. Thomae in IV. librum Sentenciarum dist. XLVI, q. II. Opp. tom. X (Edit. Paris. 1660), pag. 707. 10. Decr. sec. pars, causa XIII, q. II, cap. XXIII. 18. 26. Bonaventura l. c. pag. 1021.

E 197[a] *quam quis sustinet invitus, sed dampnatus penam sustinet invitus.* Sed vir iustus in casu penam sustinet voluntarius pro dampnato, ergo vir iustus superstes plus solvit Deo pro dampnato voluntarie paciendo, quam dampnatus sufficeret solvere pro se ipso. Ergo si Dei iusticie satisfactum est pro eo quod minus placet, Dei misericordia acquiretur pro eo quod magis placet. *Dicendum,* inquit, *quod verum est, cum Deus remunerat virum iustum qui pie et condicionaliter orat pro defuncto dampnato.* Sed (ut dicam posterius) talis orat realiter pro se ipso et solum pro capacibus. Ideo dicit doctor, eo quod pena voluntaria non potest assumi nec acceptari pro eo qui non
5 habet caritatem. Quinto arguit doctor sic: *Talis iustus punit se meritorie pro dampnato, ergo Deus acceptat hanc penam pro illo.* Sed Deus non bis punit in id ipsum, ergo oportet quod dampnatus habeat mitigacionem pene. Patet ex significacione proximi argumenti quod iustus punit se pro merito suo atque ecclesie et non pro salvacione talis dampnati.

4. Voluntary atonement is better than involuntary; so the suffrages of the pious atone more than the pains of hell.

5. God accepts the atonement.

Answer: The profit is to the Church, not to the damned.

F Sed ulterius querit doctor utrum fiat mitigacio pene dampnatorum ex pietate misericordie divine. Et
1 arguit primo quod sic per illud Psalmi LXXVI, 10: *Numquid obliviscetur misereri Deus aut continebit*
2 *in ira sua misericordias suas?* Secundo per hoc quod peccans mortaliter offendit Deum a quo est omne bonum, ergo meretur amittere omne bonum; cum ergo Deus non adnichilat eum, videtur quod Deus
3 misericorditer punit eum. Tercio per hoc quod, eo ipso quo quis peccat offendit in ordinem, et per consequens meretur statim ordinari ad penam, cum ergo Deus expectat eius conversionem et non statim

The doctor argues that God's mercy extends to the damned.

1. A: quis tinet. 8. A in marg.: Responsio. 18. B: signacione. 19. A in marg.: Responsio. 21. A in marg.: Questio bona.

8. Bonaventura l. c. pag. 1021. 21. Bonaventura l. c. 25. Et sequencia ibidem in secunda quaestione (pagg. 1021, 1022) mutatis aliquot verbis invenies.

dampnat eum, videtur quod pietas Dei se extendit 197ª F
ad dampnabilem. Quarto per hoc quod peccans 4
offendit in infinitum bonum, ergo meretur infinitam
penam, quam cum Deus non infligit, sequitur quod
Deus misericorditer punit quemlibet peccatorem. Sed
doctor respondet concedendo consequens: *Dicendum,* 1
inquit, *quod mitigacio pene dampnatorum dupliciter*
*potest intelligi, aut quantum ad taxacionem et inflic-*
*cionem pene; et sic indubie est pene mitigacio in*
*inferno, quia illa mitigacio non est nisi mitis et*
*misericors perpetue pene deputacio. Sed secundo modo* 2
*potest intelligi mitigacio post pene taxacionem et*
*infliccionem, et hoc modo nulla cadit mitigacio a divina*
*misericordia.* Et rogo scolam * hic vigilanter attendere 197ᵇ
si non sit fictum mendacium adducendo testimonium
huius doctoris in aliquo, cum tam manifeste con-
trariatur dicenti quod ecclesia debet orare pro damp-
natis in inferno, ut pena eorum fiat remissior. Unde
sanctus Thomas (ubi supra) recitando tres opiniones
erroneas imponit terciam Altissidorensi dicenti quod
dampnati non suffragantur per diminucionem vel
interrupcionem pene, sed per confortacionem pacientis,
sicut si homo portaret grave onus et facies sua per-
funderetur aqua, confortaretur, licet onus in nullo
sit levius. *Est,* inquit sanctus, *predicta opinio presump-*
*tuosa, ut puta, sanctorum dictis contraria et vana,*
*nulla auctoritate fulcita et nihilominus irracionabilis,*
*quia dampnati in inferno sunt extra vinculum caritatis,*
*secundum quam opera vivorum continuantur defunctis.*

God's mercy works in fixing their punishment, not in lessening it afterwards.

St. Thomas also declares the damned to be beyond our aid.

Et post respondet ad quintuplex argumentum per G
quod probaretur ficta sentencia, et patet primum
commentum mendacii et repugnancia testium adduc-

4. B: sequitur Deus. 5. A B in marg.: Mitigacio pene dampnatorum dupliciter accipitur. 7. A in marg.: Responsio. 20. In codd.: Altissiodorensi.

6. Bonaventura l. c. pag. 1021, 1022.

G 197b torum. Si (inquam) liceret de testibus mendacibus colare commentum in quo erraverint, patet quod sentencia summe heretica posset colligi nedum ex sentencia dyaboli et membrorum suorum, sed ex sentencia doctorum catholicorum. Dyabolus enim ex arte mendacii inmiscet sepe cum mendaciis veritatem, igitur quando rite capitur unus doctor in testem, supponi debet quod non sit contrarius illi in eodem libro et eadem materia cuius sentenciam testaretur, etsi arguatur quod ego sim in eadem dampnacione, cum allego pro una supposicione quam supposui totum mundum, et constat quod mundus est mendax et proditor. Talia autem argumenta non sunt digna ut remittantur in vicum scolarum examinanda sophistis, sicut conclusio supradicta que ponit quod eadem ecclesia in numero que ante mortem Christi fuit synagoga incepit post mortem Christi, sed brasiatricibus Oxoniensibus mittenda est ista argucia examini concludens ex particularibus particulare eis impertinens, sicut replicacio qua dictum est quod non valet fingere hoc vel illud mitti debet grammaticis. *Ego,* inquit, *valeo hoc fingere (nam sicut sunt multi mundi, sic valet)* est equivocum iuxta grammaticos sic loquentes: *Qui valet ille potest, et qui valet hic validus est;* impersonale nunc personale notatur. Quid ergo totum genus hominum iudicare potest de istis arguciis?

My opponent's arguments are frivolous.

H Secundum commentum mendacii est de caractere ordinis quod solum sacerdotibus imprimatur, et allegatur in testimonium huius ficticie Bonaventura super dist. XXIVa, quarti Sentenciarum; et per illud mendacium dicit se tollere supposicionem quam supposui

He alleges the authority of Bonaventura as to the "stamp" of priesthood.

18. In codd.: Oxon̄. 21. In codd.: in quia. 24. A $A_1$: validus sit; B: validus fit. 27. A in marg.: Secundum commentum.

27. Comp. cap. XIX, p. 441. 30. Cp. Bonaventura Lib. IV. Sent. dist. XXIV, pars II, Art. I, q. I. Opp. IV, pag. 650.

describendo clericum. Ostenditur autem illud men- 197b H
dacium ex veritate scripture doctorum.

But Bonaventura rejects two forms of his theory as to orders,

Querit autem primo utrum in omnibus ordinibus
caracter imprimitur et, probando quod sic, per quadru-
plex argumentum recitat duas opiniones quas reprobat;
quarum prima dicit quod *caracter in solo ordine* 1
*sacerdotali imprimitur, in ordinibus autem inferioribus*
*solum fit disposicio ad sacerdotalem caracterem,* sed
hoc dicit esse falsum. Cum *in ordinibus sacris in-*
*ferioribus fiat segregacio perpetua clericorum a laycis,*
ideo manifestum est quod limitacio in illis ordinibus
est vel requirit clericalem caracterem. Secunda opinio * 197a 2
quam reprobat est quod *caracter imprimitur in omni-*
*bus ordinibus sacris, sed non in inferioribus, quia*
*isti et non alii possunt laicis commisceri; sed cum*
*nullus ordo sit iterabilis et quilibet habeat aliquid de*
*racione sacramenti, videtur quod in quolibet sit ali-*
*quid quod habeat racionem rei et signi perpetui; hoc*

and favours a contrary view.

*autem caracterem dicimus. Ideo est tercia opinio pro-* 3
*babilior quod in omnibus ordinibus caracter imprimitur*
*sicut raciones ostendunt expresse. Cum enim caracter*
*sit signaculum expressum, distinctivum et perpetuum*
*et Christo configurativum, et hoc est in omnibus ordini-*
*bus, non dubitandum est in omnibus caracterem*
*imprimi.*

Bonaventura's opinions shown by quotations.

Et consequenter respondet ad obiectum quadruplicem.
Ad primum quo sic arguitur: *Caracter est signaculum* 1
*spirituale, ergo in illis solis imprimitur in quibus*
*datur aliqua potestas nova et spiritualis, sed potestas*
*omnium ordinum inferior est corporalis, ut aperire*
*ostium vel custodire, prophetias dicere, candelabra*

5. A in marg.: Duplex opinio. 6. A in marg.: De caractere ordinis (Below 197b without mark of reference). 9. A in marg.: Bonaventura. 22. Codd.: distinctum . . . configuratum. 26. A B in marg.: Quadruplex argumentum.

6. Seqq. e Bonaventurae libro IV. Sent. deprompta sunt. Cf. l. c. 651.

H 197c *deferre, ergo in istis nullo modo imprimitur caracter. Dicendum,* inquit, *quod omnibus ordinibus datur potestas vel spiritualis de se vel ad spiritualem ordinans. Unde potestas hostiarii est ad admittendum homines ad divinum sacrificium, potestas lectoris non solum ad excitandum auditorem exteriorem, verum eciam interiorem, et sic de aliis.*

I 2 Secundo sic arguitur: *Caracter est signaculum quod respicit vel habet imprimi in ymagine ad configurandum ipsam Deo; sed actus quorundam ordinum solum sunt circa ministeria inferiora, ergo cum talia non spectant ad configuracionem huius, videtur quod in illis nullus caracter imprimitur. Dicendum,* inquit, *quod caracter ordinis ut conservativus animam configurat Deo secundum ymaginem quasi assimilatam Deo, quod potissime fit in ordine supremo, vel dicendum quod magis proprie configuratur tale signaculum Christo. Unde cum Christus triplex habuerit officium, scilicet ministri in agendo, pugilis in paciendo, redemptoris in moriendo, triplex fuit sacramentum secundum quod homo configuratur sic Christo tripliciter; unde tantum est triplex sacramentum in quo fit caracteris impressio. Nam baptismus configuratur morienti et redimenti, unde sepelitur homo in mortem. Confirmacio vero configuratur pacienti et pugnanti, ideo signum crucis fit in fronte. Sed ordo configuratur ministranti et operanti, sicut magister ostendit in litera, et quia in omnibus ordinibus configuratur clericus Christo secundum plus et minus,*
3 *ideo in omnibus illis caracter imprimitur.* Tercio sic

2. A in marg.: Responsio. 15. A in marg.: Responsio. 18. In codd.: habuit. 22. A in marg.: Tantum in tribus sacramentis caracter imprimitur. 28. A in marg.: Utrum in singulis ordinibus caracter imprimitur (Below 197c without mark of reference).

14. Bonaventura l. c. ut est conservantis animam. 27. 28. magister ostendit. Bonav. l. c.: sicut recte ostendit.

arguitur: *Caracter est signum indelebile; ergo si* 197c I *collocat hominem in aliquo statu, impossibile est ab illo statu recedere, quin fiat contumelia sacramento, sed in minoribus ordinibus constituti possunt licite redire ad laycum, ergo in eis caracter non imprimitur. Dicendum,* inquit, *quod caracter omnium ordinum manet in anima sive revertentis ad laicatum sive morientis ut signaculum distinctivum et hoc vel ad gloriam si bene usus est, vel ad ignominiam si male.*

Quarto arguitur per hoc quod *caracter est signa-* 4
*culum perpetuum, manens in anima separata, ergo non debet imprimi nisi ad actum perpetuum; sed actus ministerialis istorum ordinum inferiorum non est perpetuus.* Ergo etc. *Dicitur,* inquit, *quod non oportet ut maneat semper quantum ad usum ministerii quod iste usus vel abusus convertitur in premium vel mercedem.* Unde secundo querit et tenet quod *in diversis ordinibus diversi imprimuntur caracteres distincti, et hoc specifice, sicut ordines, ut oportet eum dicere, et* arguendo quadrupliciter ad oppositum * 197d
respondet. *Dicendum,* inquit, *quod inter opinantes in omnibus ordinibus esse caracterem duplex opinio esse consuevit. Quidam enim dicere volunt quod omnes ordines in uno caractere uniuntur; differunt tamen secundum maiorem implecionem et minorem, sicut si sigillum imprimatur in cera tenui, deinde forcius vel amplius, paulative procedendo secundum plus et plus quousque perveniatur ad statum perfectum. Si autem queras que sit racio talis impressionis, respondeo breviter quod hoc est propter*

6. A in marg.: Responsio. 8. A $A_1$: signaculum destitutum; B: distinctum. 13. B: ministralis. 14. A in marg.: Responsio. 17. A in marg.: Opinio. 18. B: diversis imprimuntur. 23. A in marg.: Duplex opinio. 25. A in marg.: Prima.

25. Bonav. l. c.: minorem complexionem.

I 197[d] *caracteris imperfeccionem;* et tripliciter reprobat
istam opinionem satis vivaciter.
K a *Primo,* inquit, *si hoc esset, tunc esset impossibile pro-
moveri ad sequentem ordinem dimisso priori; quod est*
b *contra iura. Item, tunc non esset differencia inter ordines
nisi secundum maius et minus; quod est manifeste fal-
sum, cum potestates in diversis ordinibus sunt ad diversa*
c *ordinate. Et tercio, si caracter sic susciperet magis,
per idem posset suscipere minus, et per consequens
foret delebilis, et per idem caracteres aliquorum
sacramentorum magis et minus reciperent, ut dicatur
baptizatus vel confirmatus magis et minus; quod est*
d *omnino inconveniens.* Ergo et posicio. Alia possunt
fieri argumenta quod per idem caracter baptismi
crescere posset ad qualemcunque caracterem. Oportet
enim in casu concedere quod duorum acolitorum
caracter sacerdotalis fuit impressus in uno, et in alio
non, posito quod alter cresceret in posterum in
sacerdotem et alter maneat tantum acolitus, et foret
confusio in sacerdocio secundum magis et minus.
Ideo dicit secunda opinio melius quod *in diversis
ordinibus imprimuntur diversi caracteres, eo quod
non solum qui ad Dei cultum assumuntur, distin-
guuntur ab aliis, ymmo inter ministrantes est ordo
atque distinccio, et ulterius gradus illi et potestates
ministrandi, si simul dantur, nunquam auferuntur,
eciamsi ad alcius ministerium elevatur qui in
minori ministraverat; et ideo in diversis ordinibus
diversa sigilla debent imprimi secundum que nobis
diversitas potestatum ministrandi et perpetuitas in-
notescat; tale autem signaculum est caracter.*

2. A A$_1$: satis vivaciter deest. 11. B: reciperent — minus deest. 21. A in marg.: Secunda opinio. 26. B: sed simul. A A$_1$: licet semel. Ibidem codd.: eciamsi alterius. Correxi. 30. B: peccatum ministrandi.

23. Bonav. l. c. pag. 652 seqq.

*Ideo in diversis ordinibus imprimuntur diversi* 197[d] L
*caracteres, et concedende sunt raciones hoc ostendentes. Ad primum in oppositum quo sic arguitur:* 1
*in sacramento baptismi non imprimitur nisi unus caracter; similiter in sacramento confirmacionis, ergo pari racione in sacramento ordinis. Dicendum,* inquit, *quod non est simile pro eo quod non ponit ita diversitatem, sicut ponit ordinis sacramentum quod de sui racione implicat diversitatem graduum. Ad secundum quo sic arguitur sacramentum ordinis* 2
*essencialius respicit caracterem quam aliquod aliud sacramentum in quo caracter imprimitur; si ergo ordo unum est sacramentum quantumcunque plurificetur, videtur quod unus caracter in eo imprimitur. Dicendum quod verum est, sed nonnisi prout comparatur ad ulterius signaculum. Sicut ergo una litera est scripta et due et tres et quattuor, et tamen multarum literarum aggregacio ad unam sentenciam exprimendam non est nisi una scriptura: sic in proposito intelligitur quod omnis talis figuracio ordinatur ad hoc quod ei inscribatur signaculum secundum quod homo Dei minister perfectus esse iudicatur, et cum sacramentum dicat quid ad alterum, et eciam caracteres uniuntur secundum quid ad alterum, ideo plures caracteres unum faciunt sacramentum.* Tercio sic arguitur: *Si plures caracteres in* 3
*eadem anima imprimuntur, aut ergo differunt specie vel solum numero; non secundo modo, quia oportet recipiens denudari a natura rei recepte, nec primo modo, quia ex diversis secundum formam * et speciem* 198[a]
*manentibus non fit unum nisi unum materiale. Ad illud dicendum,* inquit, *quod dupliciter est loqui de*

6. A in marg.: Responsio. 13. 14. B: purificetur. 15. A in marg.: Responsio. 16. Operatur in codd. Ibid. si ergo in codd. 20. sciencie figuracio in codd. 23. A $A_1$: Sed quidem secundum quid — caracteres deest; ibid. Sed quidem ad alterum in codd. 27. A $A_1$: ac ergo differunt. 31. B: unum sit. 31. 32. Ad aliud in codd. 32. A in marg.: Responsio.

L 198ᵃ *caracteribus vel in se vel prout uniuntur in unitate et integritate subiecti. Si in se, sic differunt, sicut diverse species numeri, si secundo modo, tunc sicut binarius et quaternarius constituunt senarium et habent racionem partis constitutive et complementum ponitur in senario, sic intelligendum est in proposito suo* 4 *modo, licet non sit omnino simile.* Quarto arguitur per hoc quod *natura non facit per plura quod facere potest per unum, ergo autor nature non imprimit in ordinato multos caracteres, cum solum unus sufficit, sicut evenit in baptismo. Que ergo necessitas ponendi in ordine tam distinctos caracteres? Dicendum,* inquit, *quod hoc verum est, quando aliquid potest per unum ita complete fieri ut per plura; hoc autem non fit in proposito pro eo quod oportet ordinatos non solum distingui ab aliis, sicut fit caracter baptismi, sed oportet ipsos distingui plus quam materiali differencia in se ipsis.*

These quotations enable us to estimate our opponent's power of lying.

M Expergiscat rogo auditorium et consideret si iste locus et sermo doctorum dat efficax testimonium ad fantasiandum quod solum in ordine sacerdotali caracter imprimitur, cum tam spissim manifeste testatur oppositum. Et revera homo cui ars menciendi non foret laudabilis verecundaretur de tam patente mendacio. Ille autem qui vel intenderit omnia dicta sua capi yronice vel mendacium sibi ascriberet ad honorem, daret occasionem ut non credatur amplius allegacioni vel testimonio suo eciam quicquid iuraverit. Ex primo igitur commento colligitur quod doctor iste vel falsificat multipliciter testem suum, vel quod testificacio sequens sit omnino mendosa et nimis inutilis, cum ipse et testis suus tam crebro et tam patule contradicunt. Quomodo queso invocarem racionabiliter suffragium testimonii

Bonaventura either contradicts himself; or is falsely alleged.

4. In codd.: ternarius. 6. A $A_1$: sicut intelligendum. 13. A in marg.: Responsio. 16. In codd.: distigui. 20. A $A_1$: logicus et sermo. 28. B: primo ergo.

In either case he is valueless as an authority.

doctoris in eadem opinione et eodem libro quem in 198a M eadem opinione implico cencies esse mendacem? per inde quidem foret allegandus dyabolus in testem sentencie, cum notum sit quod ex cautela et subtilitate ingenii plurima vera dicit. Et hec racio quare quietor in allegacione scripture que mentiri non poterit et sanctorum doctorum quorum sentenciam volo ex integro sustinere. Alios autem doctores nolo sic allegare nisi arguendo ad hominem, cui foret talis doctoris testificacio argumentum, et sic allegarem contra mendacem oratorem dyaboli ipsum patrem mendacii, sed non ut sit mihi testis ydoneus.

In isto autem secundo commento absque tergiver- N sacione patet primo mendacium allegantis; patet secundo quod non solvitur argumentum quod feci supponendo descripcionem clerici, per hoc quod mendaciter allegatur quod solum in sacerdocio caracter ordinis imprimatur; et tercio quod ista sentencia conviccionis mendacii foret medium doctori isti mihi et aliis cavendi caucius de mendosis allegacionibus in futurum.

Scola quidem mendacii est per se a Deo et tota ecclesia detestanda dicente venerabili Anshelmo primo: Cur Deus homo cap. XII°: *Non,* inquit, *sequitur si Deus vult mentiri, iustum est mentiri* (supple si non ex possibili), *sed pocius sequitur dominum illum non esse. Nam nequaquam potest velle mentiri voluntas, nisi in qua corrupta est veritas, ymmo que deserendo veritatem corrupta est.* Quid ergo sequitur ex ista responsione mendacii? Revera mendacium mendacio cumulatum.

Tercium commentum est ficcio * testimonii sancti 198b Thome quod in solo ordine sacerdocii vel suo sub-

22. A in marg.: Anselmus; in codd. cap. X. 24. 25. Recte: si ex non possibili. 32. A in marg.: S. Thomas.

22. Anselmi Opp. tom. I, pag. 80. 32. Thomae lib. IV. Sent. Opp. tom. X, pag. 442.

N 198[b] dito caracter ordinis est impressus, et limitatur locus super distinccione XXIV[a] quarti Sentenciarum; et indubie tractat istam sentenciam ibidem, questione secunda, articulo tercio, recitandoque tres opiniones, ut doctor Bonaventura; quarum prima dicit quod in solo ordine sacerdotali caracter inprimitur; secunda quod in solis sacris ordinibus, *sed hoc,* inquit, *iterum nichil est. Unde,* inquit, *cum caracter sit signum distinctivum ab aliis, oportet quod in omnibus ordinibus imprimatur, cuius eciam signum est quod oportet quod caracteres perpetuo maneant et nunquam revertentur.* Et respondet ad tria argumenta in oppositum, sicut supra. Et patet quod nec hoc est conveniens testimonium ad probandum solum in ordine sacerdotali caracterem esse impressum, cum militat directe in oppositum; et revera cum mendacium in castris armorum corporalium tamquam eis contrarium sit oditum, (ut patet Machabeorum VII°), multo magis in castris scolasticis in quibus militarent solum pugiles veritatis.

Again my opponent quotes St. Thomas who is also adverse to him.

Sed instatur tripliciter: Videtur enim primo quod uterque istorum doctorum ponat caracterem omnino indelebilem, ego autem dixi superius quod caracter aliquis est tantummodo temporalis. Hic dico quod neuter eorum est mihi autenticus. Ideo non allego eos nisi arguendo ad hominem. Dico tamen quod glossari possunt intelligendo per caracterem esse vel fuisse deputatum ad aliquod sacrum ministerium in sancta ecclesia, et hoc non potest desinere esse, et ideo dicit prior doctor quod caracter manet perpetuo in officio vel premio; nam in predestinatis manet post miliciam quod illi fuerunt deputati ad officium

These doctors are alleged against me, but I do not admit their authority.

10. A $A_1$: quod careat; careat extinctum. 20. A in marg.: Triplex obieccio. Responsio. Auctoris sentencia.

8. Bonaventura lib. IV. Sent. dist. VI, pars II, art. I, quaest. IV et dist. XXIV, pars II, art. I, quaest. I, Conclusio Opp. tom. IV, pag. 651.

temporale propter cuius complecionem perpetuo pre- 198b O
miantur, sicut in prescitis manet perpetuo quod ipsi perpetuo puniuntur propter abusum sui officii, et ad istum sensum omnis caracter manet perpetuo in officio vel mercede. Ego autem loquebar de caractere ut dicit simpliciter deputacionem ad officium, nec credo quod ex scriptura vel racione improbabitur sensus iste. Non enim est caracter talis una res que poterit per se esse, sed subiectum taliter se habere. Sed secundo 2

The "stamp" or character is not a thing, but a relation. Every rank has its character.

videtur quod in omni homine, et per consequens in omni ordine caracter imprimitur, et sic reges et milites haberent gloriosum caracterem correspondenter ad suum ordinem. Hic dico quod extense loquendo de caractere (ut supra) est conclusio concedenda, nam omni homini deputat Deus officium ad profectum ecclesie. Ideo cum oportet omnem hominem esse servum Christi vel agendo vel paciendo, omnem hominem oportet portare de secta sua uno modo vel alio. Nec credo aliquem infringere quin, sicut milites spirituales Christi habent caracterem sui officii, sic et reges ac milites corporales (ut patet inferius). In tribus tamen sacramentis specialiter caracter imprimitur, scilicet baptismo, confirmacione et ordine, que tria sacramenta sunt initerabilia ut officia caracterum indelebilia quoad effectum vel fructum. Nam in baptismo recipit servus Christi distinccionem ab omnino infidelibus, in confirmacione roboracionem sue milicie, in ordine vero recipit singularem limitacionem supra laicos ad ministerium sacramenti. Et ita doctores palliant descripciones et applicant scripturam ad sensum quem asserunt, ut patet de caractere, de ordine et ceteris que vix habent corticem apparencie ex scriptura, ut ordinem militarem dicunt non habere caracterem, quia ille ordo non limitatur ad differenter a laicis ministrandum ecclesiastica sacramenta (de quo alibi).

Yet three sacraments: baptism, confirmation and orders imprint the character in a special way.

13. A in marg.: Responsio. 21. A in marg.: In tribus sacramentis caracter imponitur. 24. A: indelibilia.

P 3 Sed tercio dubitatur quomodo illi caracteres ordinum
198b unum constituunt. Et dicunt doctores predicti, quod nec sunt partes quantitative ordinis nec partes subiective
198c sed partes potestative, * ut patet prioris doctoris super d. XXIVa, ita quod ordines inferiores habent potestatem a sacerdocio ad quod finaliter ordinantur. Sicut ergo senarius constat ex partibus suis aliquotis que non sunt partes eius quantitative, sic sacramentum ordinis constat ex suis partibus, sed illud latinum videtur multis difficile. Nam signato Petro qui vicissim assumpsit septem ordines et maneat modo cum illis omnibus, patet quod si quilibet eorum fuit sacramentum quia ordo, per idem quilibet eorum est modo sacramentum quia ordo. Nam eiusdem racionis est quilibet eorum cuius foret quilibet huiusmodi per se sumptus, sed tunc foret ordo et sacramentum, ergo et modo. Si enim quilibet eorum sit ordo, ergo vel idem ordo in numero qui posterior, vel alius non idem in numero, quia sic foret ydemptificacio numeralis, et si alius, tunc forent septem ordines, et per consequens, cum quelibet multitudo priorum constituit unum ordinem, forent quatuordecim vel plures ordines distincti specifice. Nam sicut ordo inferior et ordo superior sunt disparis speciei, sic ordo sacerdocii constans ex sex ordinibus precedentibus et ordo sacerdocii simplex non habens partes vel causas huiusmodi forent disparis speciei, sicut simplex et compositum. In isto videtur mihi primo notandum
1 quod ordo sumi potest tripliciter satis equivoce. Primo analogice pro gradu in quo Deus ordinat quicquam constitui ad pulchritudinem universi, et sic quelibet res habet suum ordinem in tantum quod necesse est

Difficulties as to the grades of orders.

Either all orders are identical, or there are numerous orders specifically distinct.

I think orders may be taken in three senses; *a)* as the position which God assigns to each thing.

4. A $A_1$: ut — potestatem deest. 7. A in marg.: Hec est sentencia auctoris de potestate et caractere ordinis continue infra (Above 198c without mark of reference). 10. A in marg.: Casus. 29. A B in marg.: Nota quod ordo tripliciter accipitur. 31. B: habet ordinem.

5. Cf. Thomae Lib. IV. Sent. l. c. pag. 424.

peccatores ex hoc quod dissolvunt ordinem debitum ad 198c P quem ex institucione primaria ordinantur subire ordinem puniendi, sic quod (ut multis videtur) peccatum in quantum bonum habet racionem ordinis quoad penam, quia ordo et bonum quoad consequenciam convertuntur, unde congregaciones hominum in quibus ordinacior est unio vocantur ordines secundum quandam excellenciam inferioribus exemplarem (ut dixi alias).

*b)* as a rank assigned by God to clerics for ministering sacramentally;

Secundo modo accipitur ordo pro gradu a Deo 2 limitato clerico ad differenter a laycis sacramentaliter ministrandum, et sic sunt septem ordines scilicet hostiarius, ceroferius, lector, exorcista, subdyaconus, dyaconus et sacerdos (de quibus dixi superius). Illi autem ordines quandoque sumuntur limitate pro caracteribus subiectatis in anima et quandoque respiciunt signacula sensibilia extrinsecus distincta, cuiusmodi sunt rasio capitis et barbe cum similibus signis humanitus institutis. Isti autem sensibiles caracteres non sunt ordo clericalis, quia sic continue variarentur ordines ad crementum, decrementum vel aliam variacionem istorum signorum, et barbitonsor vel alius laycus frequencius conferret ordines; quod foret ridiculum.

and such orders are in the soul.

Ideo necessitantur loquentes ponere ordines subiectari in anima. Ex quo patet quod anima est persona que est ordinatus, ut puta, diaconus vel sacerdos. Iste ergo ordo manet quietus in anima corrupto episcopo.

*c)* as the sensible sacrament of ordination by the bishop.

Sed tercio modo sumitur ordo pro sacramento sensibili 3 Q quod est ordinancia episcopi ad sacrum officium supra laycos in ecclesia ministrandi, et si res abscondita huius sensibilis sacramenti est ordo vel caracter insensibiliter subiectatus in anima, et ordo est opus sensibile ab episcopo celebratum quod in verborum sacramentalium prolacione, in ritus, tactus aut unccionis ministracione et in circumcisione extrinsece, ut loci,

2. B: primaria obligantur. 34. circumcisione; ita codd. Rectius et intercisione. cf. pag. 511. l. 29. 32.

Q 198c temporis, persone ordinande et superiorum licencie attencione. Unde dicitur communiter quod regulariter in celebracione ordinum rite facta Deus graciose coas- 198d sistit dando graciam. Et * ideo necesse est peccatorem ordinandum conteri de peccatis. Deus enim dans potestatem ad ministrandum dat eciam graciam ad officium exequendum nisi indisposicio ordinati prepediat. Unde in baptismo et quocunque alio sacramento subducta assistencia Christi dantis graciam, que sit res sacramenti, fit ex indisposicione suscipientis sacramentum equivoce. Verumptamen Deus post sacracionem episcopi sepe facit ordinem reminiscere, ipse enim dat regulariter rem sacramenti, et sic facit sepe ordines nobis incognite.

God gives the grace of the sacrament unless hindered by unworthiness in the recipient.

Unde vacuum videtur mihi quod sollicitemur ad querendum quando, qualiter et quibus verbis Deus ordinavit apostolos vel beatum Paulum aut alios discipulos. Cavere tamen debemus solicite ne pseudoclerici fingant se esse ordinatos a Deo ad tale officium clericatus. Ad hoc enim ordinatur ordinandi examinacio, episcopi celebracio et signorum sensibilium figuracio, ut sic innotescat ecclesie discolorum exclusio; utrobique tamen sepe contingit illusio. Et (ut sepe dixi) credendum est precipue operi legitimo ordinati.

The purpose of formal ordination is to exclude unworthy pretenders.

R Istis premissis videtur mihi quantum ad primam conclusionem quod, sicut ordo acceptus tercio modo est aggregatum ex multis signis sensibilibus, eciam paulatim in diversis et intercisis temporibus celebratis: sic ordo superior acceptus secundo modo est aggregatum ex diversis caracteribus sive signaculis; quos Deus dat appropriate simul vel intercise, et sunt eius partes quantitative non quoad molem, sed quoad potestatem, ita quod, quotquot actus legitimos quis sufficit facere, tot caracteres habet datos a Deo com-

As outward orders are conferred by several rites, but are finally one, so spiritual orders are such powers as are gradually or at once given by God;

15. A in marg.: Nota. 26. A in marg.: Responsio.

who also gives a power which makes the ministration of the ordained effectual.

positos proporcionaliter cum se ipsis. Sed ne subditus 198d R diffidat de potestate sui prepositi, cum in cessacione cuiuscunque officii unus caracter extinguitur, Deus dedit caracterem superiorem, qui est limitacio ad sufficienciam dati generis ministerii indistincte, et talem caracterem non potest ordinatus deserere, quamdiu manet in eo potencia ad signa sensibilia ministrandum. Suspendi tamen potest a superiori propter causam racionabilem, ne ordinatus ponat tunc caracterem in effectum.

This variety of characters is declared in Scripture.

Et si queratur necessitas ponendi tot caracteres, dicitur quod admissa significacione quid nominis, et supposita ordinacione divina de dividendo diversis hominibus diversas gracias officii gratis datas, sequitur inevitabiliter predicta diversitas caracterum. Unde ad fundandum istam sentenciam oportet primo supponere fidem scripture I^a Cor. XII°, 4—7: *Divisiones graciarum sunt, idem autem spiritus; et divisiones ministracionum sunt, idem autem dominus, et divisiones operacionum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestacio spiritus ad utilitatem.* Et post in corpore ecclesie explicat novem gradus. Nec licet denegare talem ordinem concedendo corpus ecclesie vel eius ministros secundum iura canonica.

Unde notanda est trimembris divisio textus apostoli. S Aliqua enim donat Deus predestinatis que vocat gracias a spiritu sancto datas, quia predestinatis *timentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Unde quia cum istis donis stat mortale secundum * pre- 199a sentem iusticiam, ideo vocantur gracie gratis date ex benevolencia spiritus predestinantis. Ministraciones autem sunt in qualibet creatura racionali predesti-

7. B: in ea. 11. A in marg.: Questio. 12. B: signacione.

29. Rom. VIII, 28.

S 199[a] nata vel prescita, quam oportet servire domino libere vel coacte; ideo adiungit apostolus illud secundum membrum ad dominum. Sed tercio omnis natura creata saltem per se existens habet apud creatorem suum officium operandi. Ideo notat illud tercium generale sub habitudine ad Deum creantem. Istis suppositis patet quod omnis clericus habet a Deo secundum suum gradum limitacionem officii ministrandi, et illam voco ego caracterem quem oportet omnem fidelem admittere cuicunque membro ecclesie et nullum alium. Quod autem alii capiunt terminum striccius in uno sensu et alii largius in alio, non est magna vis, cum sit terminus magistralis, verumptamen loquendum est (ut plures loquentes scripture et racioni conformius), et patet responsio quomodo aliquis caracter cessat completo officio, et talis dividitur proporcionaliter ut eius officium. Et ille vocatur caracter in actu, et alius caracter dicit potestatem ad confuse faciendum ministerium, sive sequatur sive non, et ille non dependet ab opere sed a sufficiencia operis quoad speciem terminantis, et iste modus loquendi videtur facilior.

Every cleric has a duty assigned by God according to his degree, and this is what I call his "character".

Ulterius patet quod est dare septem ordines secundo modo dictos, distinctos specifice, sed nullus eorum est sensibile sacramentum, sed res vel fructus eius. Sacramentum autem ordinis quod sacerdos celebrat est quodammodo unum secundum magnam partem sui subiectatum in ordinante, quia finis a quo capitur eius unitas est totum sacerdocium tocius sacerdotis ecclesie, nec resisto quin sunt diversi ordines distincti specifice tam sacramenta quam res sacramenti; omnes tamen illi ordines sunt unus ordo, et sic sunt tantum septem sacramenta, licet sit tantum unum sacramentum, sicut Crisostomus, Omelia prima, dicit de septem ecclesiis.

There are seven orders, but they all combine to make one order.

7. A B in marg.: Quid est caracter. 8. 9. B: ministrandi deest; ibid. A $A_1$: ego deest.

Ordination to the priesthood confers the power of performing all spiritual ministrations.

Et patet primo quod ordinans hominem primo et 199a T immediate in sacerdotem eo ipso dat sibi vel ministerialiter signo sacramentali ostendit quod habet septem ordines sive caracteres. Patet ex hoc quod eo ipso limitatur ad potestatem septemplicem quod est ordo. Non enim foret sacerdos univoce nisi haberet potestatem ad ministrandum quamcunque speciem spiritualis ministerii quo sufficit ministrare clericus graduatus inferior. Immo quot sunt species officii in quas graduatus potestative sufficit, tot sunt ordines sive caracteres. Omnes tamen sunt unus ordo cuius partes integrales vocari possunt partes potestative, sicut pars senarius communis ad quamcunque unitatem eius vocatur prima pars eius aliquota, et pars eius communis ad quemcunque eius binarium vel ternarium vocatur secunda et tercia pars eius aliquota, ex quibus adequate constat senarius. Unde si Deus per impossibile daret clerico potestatem conficiendi et non absolvendi, ille non foret sacerdos, si non equivoce, et patet secundo quod sicut res sacramenti ordinis, sic res diversorum sacramentorum sese essencialiter consequuntur. Nam oportet recipientem efficaciter ordinem prius baptizari baptismo flaminis, sicut oportet eum confirmari aliquo gradu divine confirmacionis, sponsari capiti ecclesie, habere fructum penitencie, unionem eucaristie et unccionem gracie consummate. Verumptamen in * 199b sacramentis nostris sensibilibus est ordo per accidens ex institucione ecclesie, ad quem ordinem magis appreciando intendimus quam ad rem vel fructum sacramenti sensibilis, et ista irregularitas qua magis

As the various orders are combined in one, so the grace of each sacrament combines with the rest.

We are apt to attend too much to the outward sign.

1. A in marg.: Crisostomus. Prima conclusio. 7. 8. B: quamcunque spem. 11. A in marg.: Nota. 17. A in marg.: Secunda conclusio. 22. B: consequentur. 26. A $A_1$: fructum finem. 27. B: gracie confirmate.

24. baptismo flaminis; cf. Trial. p. 285.

T 199[b] attendimus ad folia quam ad fructus creditur facere in oculis Dei sacramenta nostra vilescere.

U Sic enim fuit tempore cessacionis legalium multipliciter ritibus humanitus adinventis, et patet via ad solvendum difficultatem qua queritur utrum, dyacono recipiente ab episcopo potestatem absolvendi et non conficiendi vel econtra per mortem aut infirmitatem episcopi vel causam aliam, utrum sit plene sacerdos. Dicitur enim communiter quod non imprimitur caracter sacerdocii ante complecionem verborum sacramentalium, sed veritas est quod ignoramus quando et qualiter Deus imprimit sacerdotalem caracterem nec habent evidencie facte ex legibus ecclesie et scriptura vix corticem coloris (ut patet alibi).

Question whether the ordination has any effect if the bishop is interrupted before finishing the words of commision.

We do not know how and when God imprints the priestly character.

Ex istis tercio potest convinci quomodo interpolata celebracio sacramenti ordinis potest sive bene fieri sive male. Nam in primitiva ecclesia Christus immediate fecit apostolos suos sacerdotes, hoc est, episcopos, et post ascensionem tempore apostolorum constituerunt dyaconos, nec alios ordines clerici seorsum exhibitos legi illas columpnas ecclesie celebrasse. Et Deus scit utrum ritus ille foret hodie solempnior, facilior et ecclesie Christi utilior. Omnia enim que faciunt clerici inferioris ordinis possunt clerici ex vi potestatis sacerdotalis perficere et a probabili efficacius et humilius quam fiunt modo. Christus enim summus sacerdos exercuit omnia ista officia (ut alias explanavi).

It would be better to do away with the minor orders which have no warrant in Scripture.

Ideo videri posset quod foret ad alleviamen ecclesie non habere tot ritus sacramentales et tot leges de clericis ordinatis per saltum, cum hoc quod foret ecclesie efficacius et brevius ministratum. Ex alio autem latere posset contingere quod episcopi postposito fastu de excellencia sui ordinis et cupiditate questus de sua preeminencia et necessitate ad re-

This would seem to be a relief to the Church; yet the bishops may honestly judge otherwise,

3. A in marg.: Questio. 14. B: corticem colorum. 15. A in marg.: Tercia conclusio. 25. 26. B: fuit modo. 31. A $A_1$: ministerium. 32. A: continguere.

gulandum ecclesiam in oculo puro et simplici considerent quod sincerius ministraretur ecclesie ordinatis clericis paulative. Sic enim foret examinacio discrecior, examinati appropriacio ex conversacione experta securior et omnino expulsio persone inhabilis et acceptacio persone habilis ad utilitatem ecclesie foret facilior. Illam autem potestatem ordinandi habent superiores prepositi ex dicto Apostoli, Romanorum XIV°, 19: *Que edificacionis sunt invicem custodiamus.* Debet autem supponi in istis prepositorum discrecio et per consequens acceptari eorum ordinacio, nisi fuerit ad oppositum vehemens suspicio. 199b U

*and should not be distrusted without reason.*

Quarto ex predictis potest colligi quomodo nomen clerici superaddit caracterem ordinis conversacionem exproprietariam. Nam habentes ordines inferiores coniugati et conversantes seculariter sunt laici, licet ex favore regni nostri habeant privilegium clericatus, et per consequens non sunt simul cum hoc clerici, cum status illi ex opposito distinguuntur (ut docet Hugo, De Sacramentis, libro secundo parte septima). Et potest confirmari ex decreto beati Jeronimi posito XII[a], q. I. *Clericus,* et infra, et I[a], q. II. *Si quis* et *Sacerdos,* cum multis legibus eis similibus. Et valet ad idem testimonium beati Bernardi libro ad papam Eugenium et testimonia sanctorum alibi sepius allegata. Sed efficacissime videtur mihi valere quadruplex testimonium de clericis veteris testamenti allegatum XIII° capitulo huius libri. Nec valet fingere quod leges veteris testamenti non obligant nos in novo; primo quia ille qui venit * non legem solvere sed 199c 1
implere, cuius factum est optimus interpres quomodo vetus testamentum debet intelligi et servari, docuit

*It is a "character" of the clergy to live in poverty.*

*This is proved by the Old Testament as interpreted by Christ's acts.*

10. Codd.: debent. 13. A in marg.: Quarta conclusio. 13. 14. B: quomodo nulla clerici. 28. A: 22 cap. corr.: 13. 30. A in marg.: Ficcio.

22. Decr. sec. pars, c. V, C. XII, qu. I, cap. V. 22. ibid. causa I, q. II, c. VIII et IX. 28. Vide supra pag. 284.

U 199[c] quomodo ipse, sui apostoli et eorum vicarii debent vivere pauperem vitam exproprietarie; quod duravit per trecentos annos et amplius usque ad venenosam dotacionem cesaream, ad cuius crementum proporcionaliter decrevit possessionata ecclesia in virtute.

*The moral laws of the O. T. are binding,*

2 Secundo confirmatur ex hoc quod omnia moralia iudicialium vel cerimonialium legis veteris sunt pro tempore legis gracie observanda; cum ergo conversacio pauper et exproprietaria sit moralis, videtur quod post Christum pauperem debet a suis clericis observari; sicut enim mater ecclesia est senior, sic debet esse specialiter in clero religiosior, et per consequens deserendo mundum sponso proprinquior.

*and we assert them for our tithes.*

3 Tercio confirmatur per deducens ad inconveniens vel per locum a simili; nam decimas et illa que sonant in lucrum clericis accipimus non expressa auctoritate legis nove sed veteris; cum ergo amplectimus minus religiosum legis veteris, videtur sequi quod magis religiosum sit servandum nobis ex integro vel minus religiosum sic racionabiliter auferendum. Non enim licet nobis modo paganico colare nobis placitum de utroque testamento et abicere quod visum est nobis durum, per quod ut clavem Christi religio servaretur et potissime periclitante mundo per venenum avaricie. Sic enim introducta est ex consilio Sergii monachi secta nepharia Machometi.

---

## CAP. XXII.

*The fourth false quotation, of Hostiensis.*

A Quartum mendacium est ficcio testimonii Hostiensis in Summa de oracionis suffragio pro dampnatis. Scribit enim in libro V°, De Penitenciis et Remissionibus,

27. Cap. XXII. A: cap. XXI.

30. Cf. Decr. sec. pars, causa XIII, q. II, c. XXII. Animae.

What the teaching of Hostiensis really is. He recites two opposed views;

a) of the theologanis, b) of the canonists,

capitulo *Quibus mortuis suffragia ecclesia prosunt,* 199[c] A quod quatuor beneficiis specialiter adiuvantur, scilicet missarum celebracionibus, sanctis oracionibus, amicorum elemosinis et ieiuniis cognatorum. Sed quibus mortuis prosunt hec suffragia scolastici varie opinantur. Quidam enim dicunt quod nullis qui sunt in inferno prosunt penitus vivorum suffragia, sed tantum hiis qui sunt in purgatorio. Secundi dicunt quod prosunt omnibus regeneratis qui dum viverent meruerunt ut eis mortuis prodessent suffragia; et quia non sufficimus discernere qui meruerunt et qui non, qui decesserunt in mortali et qui non, ideo oramus generaliter pro omnibus regeneratis. Et valet eciam pro dampnatis quodammodo, cum pro valde bonis sunt graciarum acciones, pro mediocriter bonis et malis sunt propiciaciones, pro valde malis prosunt ut tollerabilior sit eis dampnacio. Prima autem est opinio theologorum et secunda doctorum canonum; que licet sit magis pia, prima tamen est magis catholica. Hugucius tamen dicit quod opinio theologorum parum distat ab heresi, cum de quatuor generibus defunctorum eundem constituat simul et semel bonum et malum. Ideo dicunt decretiste quod Augustinus intellegit in illa divisione quadrimembri per excellenter bonos eos qui sunt in celo, per mediocriter bonos salvandos ad tempus spectantes in purgatorio, per mediocriter malos dampnatos leviter in inferno, et per excellenter malos dampnatos gravius. Et duobus

3. B: sacris oracionibus. 6. A in marg.: Oracionum suffragia an dampnatis prosunt (Below 199[c] without mark of reference). 17. In codd.: prima inquit. 20. A in marg.: Hugucius.

20. De Hugutio glossatore vid. supra pag. 225 et Fabricii Bibliothecam latinam VI, pag. 283. Cf. Schulte, Geschichte der Quellen und Literatur des Canonischen Rechts I, p. 156—170. De Hostiensi, ib. II, p. 123—129. 23. Augustinus in Enchiridio de fide spe et caritate cap. CIX. (Opp. tom. VI, pag. 238) and c. XXIII, causa XIII, q. II. *Tempus.*

A 199[c] generibus prosunt suffragia in tantum quod Judas in die dominico quievit a pena, licet non sit valde autenticum. Et sic nunquam dimittitur dampnatis pena simpliciter, sed proporcionaliter secundum partem cotam non quantam, et sic glossant dicta 199[d] sanctorum quod dampnatis non prosunt * suffragia, scilicet excellenter malis. Et post sequitur Hostiensis sentencia in hec verba: *Non est mihi tanta copia ut ista diffiniam quid debeat teneri precise.* Nec Innocencius III. qui tantus erat voluit diffinire sed reliquit disputacioni et discrete investigacioni (ut patet in De Celebracione misse, *Cum Marthe*). Tamen sentencia theologorum est celebrior et verior videtur.

and declares himself unable to decide;

but leans to the theologians.

Volve itaque et revolve sentenciam huius doctoris magni in iure canonico et vide si sit testis ydoneus ad confirmandum quod sunt facienda suffragia pro dampnatis ad penam perpetuam. Unde videtur mihi quod totum genus humanum debet concorditer detestari huiusmodi mendacia et dampnare istam blasphemiam quod licitum est mentiri. Cum enim mentiri sit ex equo peccare (ut dicunt sancti), si licet mentiri, sic licitum est peccare, sed dare illam licenciam non subest potestati divine. Quis ergo blasphemus extolleret se super omne quod dicitur Deus, quod ipse habet privilegium vel licenciam menciendi?

B Unde graviter fert doctor cum suis quod irridebam istam sentenciam dicendo me nescire quam laudem talis mentitor egregius reportaret, nisi forte ut pre omnibus aliis ferat cotem. Cum enim Deus non potest per se vel alium facere tam solempne mendacium, videtur quod omnes discipuli veritatis debent acui

The doctor is angry because I have laughed at him.

5. cotam, id est quotam. $A_1$: totam. 7. A in marg.: Hostiensis. 14. A $A_1$: Volve et revolve itaque. 23. A in marg.: Nota quomodo mendaces sunt irridendi.

10. Decret. Innocentii III. *Quum Marthae*; Decret. Greg. IX, lib. III, tit. XLI, cap. VI.

contra illos, et cum ille qui habitat in celis irridebit 199[d] B eos omnes, sui debent irrisione, exprobracione vel racione, ut Deus donaverit confundere istam scolam.

I have the precedent of Elijah;

Sic enim legitur III° Regum XVIII° quod Helias canus irrisit quadringentos sacerdotes Baal qui seduxerunt populum suis mendaciis; nam illis paciscentibus cum consensu populi quod credatur illi Deo qui fecerit ignem descendere super bovem divinitus comburendum, et cum prophete Baal invocassent nomen Baal de mane usque ad meridiem, et non erat vox que eis responderet, post meridiem illudebat eis Helias dicens: *Clamate voce maiori: Deus enim vester est et forsitan cum alio loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur.*

and, like Elijah, I challenge my opponent to shew the Divine sanction for his teaching,

Et correspondenter potest dici doctori mendacii cum omnibus suis complicibus quod scrutetur testimonia omnium scripturarum, ut lumen sciencie et fervor caritatis descendat ut ignis ad istam sentenciam mendacii illustrandam, et certus sum quod licet incidant se cultris et lanceolis quantumcunque super cotem acutis, donec perfundantur sanguine, ut ibi dicitur de sacerdotibus Baal, non invenient conveniens testimonium ad suum mendacium colorandum,

for God never approves lies.

solum in quantum unum adductum testimonium ex Psalmo V°, 7: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Et quia testimonium illud non est conveniens, ideo in dolo allegatur Augustinus pro indole (ut alias diffuse exposui). Sic eciam Jesus noster exprobrat scribas et phariseos Ve octuplici verbis asperis et irrisoriis, ut patet Matthei XXII°, ex cuius doctrina sumpsit Apostolus disciplinam ad dicendum principi sacerdotum: *Percuciet te Deus, paries dealbate* Act. XXIII°, 3, unde utile foret introducere et docere

5. A in marg.: Quomodo irrisit Elias quadringentos sacerdotes Baal.
20. A: inscidant. 29. A B: octiplici. 32. A B: deus peries.

27. Vide supra pag. 163, 164.

B 199ᵈ artem irridendi et exprobrandi, cum in illo homo potest nunc superhabundare, nunc deficere et nunc tenere medium virtuosum; non sic autem in arte mendacii. Quando autem quis ex caritate ad vindicandum Dei iniuriam et ad excludendum errores a sancta ecclesia prorumpit in verba exprobratoria et
200ᵃ irrisoria subducto zelo vindicte et laudis * proprie, fit opus laudabile quod si integre sensero in me ipso, dicerem ironice cum Apostolo, IIª Corinth. XII° cap., 13: *Donate mihi istam iniuriam.*

C Quantum ad exprobracionem Hugucii, patet quod fuit ignarus logice, philosophie et veritatis fidei, ideo non mirum si intulit contumelias veritatis catholice professori. Unde Hostiensis respondet ad obiectum suum fatuum: *Hii,* inquit, *qui sunt in purgatorio possunt dici boni et mali diversis respectibus. Boni vero sunt qui salvabuntur, mali autem sunt qui mala sustinent.* Nec dubium theologo quin idem in numero sit simul bonum bonitate nature et malum malicia culpe. Ymmo eadem persona est bona bonitate purgacionis sive iusticie et cum hoc mala malicia pene. Unde Augustinus Enchiridion XIV°, 17°: *Quapropter in hiis contrariis que bona et mala vocantur illa dialecticorum regula deficit qua dicunt nulli rei simul inesse duo contraria. Cum,* inquit, *bona et mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed eciam mala omnino sine bonis et nisi in bonis esse non possunt, quamvis econtra bonum poterit sine malo.* Constat quidem philosophis quod bonum et malum nunc dicuntur analogice, nunc equivoce et nunc contrarie, privative aut positive. Unde illi fuerunt ignari dyalectici de secta Manichei de quibus loquitur Augustinus. Con-

The objection of Hugucius is of no weight.

11. A in marg.: An dampnatis prosunt suffragia (Above 200ᵃ without mark of reference). 20. persona (?) in codd: pͦe. 22. In codd.: Enchiridion XVII. A in marg.: Augustinus. 29. B in marg.: Bonum accipitur tripliciter.

tingit enim specialiter sic sumere bonum et malum 200a C quod sint sibi ipsis contraria incompossibilia, ut loquitur propheta Isaie V° cap., 20: *Ve qui dicunt bonum malum et malum bonum.* Illi enim qui dicunt in facto bonitatem moralem esse maliciam viciosam sunt in illa malediccione prophetica.

Hostiensis tells us that indulgences cannot absolve in purgatory,

Item, Hostiensis infra, De Remissionibus, capitulo *Quibus prosunt,* loquens de indulgenciis episcoporum dicit quod mortuis in purgatorio caritate continuatis corpori Christi prosunt ad suffragia merita militantis ecclesie, sed non secundum racionem absolvendi. *Potestas,* inquit, *clavium non habet ibi locum, nec obstat quod ecclesia post mortem ligat et solvit* XXIVa, q. IIa. *Sane.* Nam ibi fit absolucio ad consolacionem vivorum fidelium et confusionem infidelium, et ut ecclesia oret pro mortuo absoluto, sic et equivoce absolvitur mortuus, id est, antequam morietur, absolutus fuisse contricione monstratur, et sic quoad mortuos nihil iam operatur. Nam ubi te invenero, ibi te iudicabo, et sive arbor cadat ad austrum sive ad aquilonem, ibi erit; sed ecclesia militans sepe fallit et fallitur, ut dicit decretalis, De Sentencia Excommunicacionis, *A nobis.* Nam non mortuos sed vivos astringit potestas clavium, cum solum illi subsunt ecclesie militanti; et sequitur in fine tituli difficinicio doctoris. In inferno vero nihil operantur iste indulgencie, quia ibi nulla est redempcio. Non enim est ibi aliquod bonum quoad penam sed omne malum. Ibi enim non est pena meritoria nec purgatoria nec transitoria sed tantum punitoria et eterna. Hugucius tamen dicit quod ibi est alleviacio pene,

since the power of the keys extends only to the militant Church.

17. B: moriretur. 23. A in marg.: Ecclesia militans sepe fallit et fallitur. 31. A in marg.: Hugucius.

14. Decr. sec. pars, causa XXIV, q. II, cap. VI. 20. Comp. Eccles. XI, 3. 23. Decr. Greg. IX. lib. V, tit. XXXIX, c. XXVIII.

C 200ᵃ in paradiso autem nihil operantur, quia anime ibi existentes non egent nostris suffragiis sed econtra.

The fifth and last false allegation is of Augustine.

D Quintum et ultimum mendacium est accepcio testimonii Augustini de refrigerio dampnatorum et primo per illud Enchiridion CX°, ubi dicit quod mediocriter malis qui sunt dampnati prosunt suffragia, et glossa exponit istam quadrimembrem divisionem quod non est orandum pro valde bonis nec valde malis; non pro valde bonis, quia statim advolant et (ut dicitur libro III°, De Celebracionibus Missarum,
200ᵇ *Cum Marthe*) iniuriam * facit martiri qui orat pro martire; nec pro valde malis, quia non meruerunt sic iuvari. Mediocriter vero bonis prosunt, ut cicius liberentur ab igne purgatorio et mediocriter malis prosunt ut micius puniantur, nunquam tamen liberabuntur. Ex quo patet quod orandum est specialiter pro illis qui decesserunt in mortali, dummodo non sint valde mali vel summe mali. Sed dictum est superius in quarto commento mendacii quomodo doctores tam theologi quam iuris canonici exponunt utrumque membrum mediocriter bonorum et malorum de predestinatis in purgatorio penitenciam expectantibus. Quamvis enim omnes illi sint tam boni quam mali et ad penam temporalem dampnati, tamen alia est racio qua sunt boni, et alia racio qua sunt mali, sicut alia est racio qua simpliciter liberantur et alia racio qua micius puniuntur. Nec valet dicta logica glosse communis, cum nihil sit summe malum nisi peccatum, vel forte primus apostata cum omnibus membris suis; quod si non sit orandum pro istis, non est orandum pro prescito; et idem apparet in eadem questione cap. *Pro obeuntibus*, ubi sub auctoritate beati Gregorii decretum sic loquitur: *Congruit ut pro mortuis catholicis sacerdos memoriam faciat et*

4. A in marg.: Augustinus. 5. In codd.: Enchirid. CXXIV.

31. Decr. sec. pars, causa XIII, q. II, cap. XXI.

The decretal forbids praying for suicides, and even for those slain when drunk.

*intercedat, non tamen pro impiis (quamvis christiani fuerint) tale quid agere licebit.* Super quo dicit eadem glossa: *Si est evidens aliquem decessisse in mortali, ut cum quis suspendit se vel precipitat aut alio modo se interficit, pro eo non est orandum, ut XXIII[a], q. V[a], Placuit, et q. VIII[a], Quicunque clericus. Secus est, si est dubium: unde pro occiso in ebrietate non oratur (ut Extra., De Reliquiis, Audivimus).* Quomodo queso ordinarentur tot leges ad non orandum pro mortuo in mortali secundum suspicionem fallibilem, si debemus specialiter orare pro illo quem scimus dampnatum perpetuo? vel quomodo specificaret ecclesia oracionem pro mortuis in missa dicendo: *Memento domine famulorum tuorum qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in sompno pacis,* si generaliter orandum est pro illis quibus pax ex perpetuitate vermis consciencie est incompossibilis? 200[b] D

Augustine asks if we are to pray for the damned, why not for the devil?

Item, Augustinus XXI° De Civitate Dei, capitulo XXIV°, tractans istam eandem materiam ponit primo evidencias discipulorum Origenis arguencium si ex precepto domini homines debent in via diligere et orare pro inimicis (ut patet Mathei V°): multo magis beati in maiori caritate plus exaudibiles orabant pro illis continue, et per consequens oportet quod sint finaliter exauditi. Unde totam scripturam de dampnacione perpetua glossant quod *homines digni sunt pati talia, si non assit Dei misericordia, non (inquiunt) quod passuri sunt talia, sed sicut nemo sane fidei hoc dixit, sic nec dicturus est. Alioquin,* inquit, *nulla foret nunc causa, cur non eciam nunc pro dyabolo* E

2. In codd.: tale in quid. 3. In codd.: glossa. Est evidens. Correxi e textu glossae *(Pro impiis)* ad caus. XIII, q. II. *Pro obeuntibus.* ibid.: suspendat. Correxi e textu glossae. Vide Decretum Gratiani una cum glossis (Venet. 1605) pag. 973. 18. A in marg.: Argumentum pro salvacione omnium. 18. In codd.: XXII de civitate Dei cap. XXIII. 23. In codd.: orabat.

18. Aug. Opp. tom. VII, pag. 641, 642.

E 200b *et angelis eius oret ecclesia. Hec ergo causa qua fit ut nunc ecclesia non oret pro malis angelis quos suos novit esse inimicos; eadem ipsa causa est qua fiet ut in illo tunc iudicio eciam pro hominibus eterno igni cruciandis, quamvis homo perfecta sit sanctitate, non oret. Nunc enim propterea pro eis orat quos in genere humano habet inimicos, quia tempus est penitencie fructuose.* Unde orat *(sicut dicit Apostolus), ut Deus det illis penitenciam et resipiscant* 200c *de dyaboli laqueis * a quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem. Denique,* inquit, *de aliquibus ita certa esset, ut qui sint illi nosset, qui licet in hac vita constituti sunt, tamen predestinati ire in ignem eternum cum dyabolo; tam pro eis non oraret quam nec pro ipso.* Ex istis patet quod nemo oraret pro illo specialiter quem scit perpetualiter ante tempus oracionis esse dampnatum perpetuo. Item, beatus Gregorius XXXIV° Moralium capitulo — dicit eandem sentenciam cum Augustino: *Ubi est, inquiunt, quod sunt sancti, si pro inimicis suis quos ardere viderint non orabunt. Sed respondemus: Orant pro inimicis suis eo tempore quo possunt ad fructuosam penitenciam eorum corda convertere. Sed quomodo tunc pro illis orabitur, quando iam non possunt ab iniquitate ad iusticie opera commutari? Eadem itaque causa est, cur tunc non oretur pro hominibus istis dampnatis, que causa est nunc ut non oretur pro ipso dyabolo.* Et multa similia ibi infert.

F Racio autem omnium istorum sanctorum doctorum stat in isto: Nemo debet orare Deum specialiter pro

18. A in marg.: Gregorius. 18. capitulo; sequitur lacuna in codd. 19. B: quod — suis deest. 24. In codd.: qui iam non. Correxi e textu b. Greg. 29. A in marg.: Racio. Non est orandum pro dampnatis perpetue, modicum supra vide (Above 200c without mark of reference).

11. II. Timoth. II, 26. 18. Gregorii Moral. XXXIV, cap. XIX [vet. XIII] in cap. XLI. b. Job. Opp. tom. I, pag. 1133.

*We ought not to pray for what we know God will not grant.*

aliquo impetrando, quod scit tunc fore irracionabile Deum sibi concedere et impossibile sibi ipsum adquirere, sed sic foret de quolibet scienter orante pro beatificacione hominis quem scit Deum ad dampnacionem perpetuam ordinasse; ergo conclusio. Minor patet ex hoc quod orans nedum sciret oracionem huiusmodi fore frustra, sed foret scienter contrarius voluntati divine, et per consequens ineptus ad dicendum ex animo oracionem quam Christus docuit Matthei VI°, 10: *Fiat voluntas tua in celo et in terra.* Quomodo queso subicit ipse humiliter voluntatem suam voluntati divine qui videt clare quod sit pulchrum et utile ut sic fiat ex ordinacione divina, et oppositum foret dampnosum et turpe, et tamen instat ut Deus faciat illud quod de facto foret irracionabile. Nam proinde foret ac si rogaret Deum mutare suum propositum et ordinacionem eternam vel meliorare mundum in infinitum ultra quam decrevit, vel orare ut Deus non permittat aliquod malum fieri quod iam est preteritum. Sed Petrus Matthei XVI°, 23 propter talem adversam peticionem vocatus est Sathanas ab illo qui Johannis XVII°, 9 dicit: *Non pro mundo rogo* (hoc est, pro prescitis quorum dampnacio est cum mundo), et a quo Johannes dicit: *Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, ut roget quis,* I[a] Johannis ultimo 16. Et hec racio, quare beati non rogant nisi pro dignis quos intuentur Deum velle iuvare; aliter enim forent miserrimi vel languide a peticione sua frustrati, vel aliter orarent frustra contra voluntatem suam pro illo quod de appetunt; quod foret in eis magna duplicitas. 200c F

*All right prayers are for the fulfilment of God's will,*

Ideo patet quod quidquid fidelis rite oraverit effectualiter ad hoc tendit quod Deus faciat in omnibus illud quod sibi videbitur expedire. Et sic omnes G

9. A $A_1$: dicendum quod animo. 22. 23. A B: Johannes didicit.
31. de appetunt; Verbum excidisse videtur.

G 200[c] debite oraciones sunt realiter graciarum acciones; quibus confitentes inmensitatem sue misericordis benevolencie dicimus: *Fiat voluntas tua undique. Nec aliud licet nobis petere nisi si et quatenus tibi placuerit.* Et hec racio, quare bona vita est optima oracio; Deus enim non potest expergisci vel precibus nostris flecti, ideo necessarium est orare pro vivis et mortuis, ut ex caritate mereamur nobis ipsis et dignificemur communicare meritum nostrum aliis. Deus autem distribuit secundum capacitatem eorum et non secundum limitacionem nostram, cum sepe oratur pro mortuis non ex hoc suffragium participantibus sed punitis, ut patet de multis prepositis ec-
200[d] clesie legem sacerdotum vetantibus, sicut * innuit decretum, XXI[a], q. III[a], *Ciprianus,* ubi sic dicitur: *Si hoc fecisset quis, non oretur pro eo, nec sacrificium pro dormicione eius celebretur. Neque enim ante altare Dei merentur nominari in sacerdotum prece qui ab altari sacerdotes et ministros volunt advocare.* Nec valet glossa dicens: *hoc esse dictum tantummodo ad terrorem,* quia sic diceretur ad omnem legem que in penam sonuerit. Ideo caveant episcopi et domini qui vel omissione correpcionis vel commissione continuacionis trahunt sacerdotes a vita clericali ad seculum, cum decedentes sine satisfaccione non debent redimi, eciamsi habuerint quotlibet cantarias, dicente decreto Jeronymi XII[a], q. II[a], *In presenti seculo: Cum,* inquit, *ante tribunal Christi venerimus, nec Job nec Daniel nec Noe rogare posse pro quoquam sed unumquemque oportet portare onus suum.*

and are really thanksgivings.

God distributes our suffrages as he sees fit.

11. B: nam nostram. 16. In decretali: non offeretur. 19. B: volunt avocare. 26. A $A_1$: etsi habuerint. A in marg.: Arguitur quod orandum est pro dampnatis et dissolvitur. 29. B rogare posset.

15. Dec. sec. pars, causa XXI, q. III, c. IV. 27. ib. causa XIII, q. II, cap. XX.

We pray for the foreknown while alive, but this is quite different from praying for the damned.

Sed ut clarius pateant sanctorum sentencie in [200d G] hac parte, obicitur multipliciter quod orandum est specialiter pro dampnatis. Primo quia orandum est [a] pro istis viventibus prescitis, sive sint amici in gracia secundum presentem iusticiam sive inimici secundum iniusticiam presentem dampnabiles. Cum ergo illi pro suo tempore sunt dampnati, videtur quod oportet orare pro dampnatis, eciam licet scitur eos esse tales, tum quia orans scit omnia in communi, tum eciam quia scit in particulari pro suo tempore quod prescitus huiusmodi est dampnatus. Sed illud sophisma non solvit difficultatem qua queritur utrum viator orans pro mortuis debet pro eodem tempore orare pro dampnato pro quo tempore scit particulariter et distincte quod ille tunc sit dampnatus ad penam perpetuam. Et contra hoc vadunt raciones et sophisticantur evidencie ad eiusdem oppositum colorandum.

It is argued that our prayers must cease if we may not pray for the damned.

Sed secundo arguitur quod oportet orare pro [b H] dampnatis perpetuo, quia de dampnatis temporaliter ad penam purgatorii non dubium quin debemus pro eis specialiter exorare, nam debemus orare pro omnibus christianis conviventibus nobiscum, et multi eorum sunt dampnati perpetuo quoad Deum; ergo conclusio. Aliter enim nullus oraret pro aliquo fratre suo, cum ignorat utrum sit predestinatus vel prescitus. Et eadem est consideracio de defunctis. Nam recepcio sacramentorum, manifestacio signorum et testificacio astancium in fine vite iam morientis, non faciunt nisi levem evidenciam topicam quod decessit in gracia. Quomodo ergo orarent sacerdotes annales pro suis mortuis vel religiosi possessionati pro suis patronis, si non liceret orare pro dampnatis? Unde Augustinus, XXI° De Civitate Dei, capit. XXIII°

2. A in marg.: Obiectus. 10. A $A_1$: scit impertiri. 12. B: salutat solvit; A: salutat correxit in solvit; $A_1$: salutat. 28. morientis. Conieci. A: iam mori. Locus rasura corruptus. B: utor iam mori. $A_1$: vita sine moritis. 30. B: ergo orare.

H 200d (ubi supra) sic loquitur: *Quia ecclesia de nullo certa est, orat pro omnibus; sic enim orat in die Parasceues pro perfidis Iudeis, paganis et aliis cunctis barbaris.*

Distinctions in prayer:

Hic dico supponendo sensum proximo limitatum quod trimembris est distinccio oracionis ad propositum. Alia enim est oracio confusa et alia distincta, quod oportet mensurare penes suum primum subiectum, vel secundarium pro quo oratur; ut orando distincte pro cunctis animabus in purgatorio oratur confuse pro Petro vel alio inibi ignorato; et sic dicunt logici quod eadem oracio est respectu diversorum simul confusa et distincta.

1. general or distinct;

Secunda distinccio oracionis est quod alia est absoluta et alia condicionata. Absoluta qua beati petunt illud quod intuentur in verbo esse ab eis petendum et a domino concedendum, nam sic Christus et angeli necessitati sunt petere pro membris Christi viantibus et sunt regulariter exauditi. Oracio autem condicionata est oracio qua nos ignari 201a petimus quod reputamus * esse nobis utile subintelligendo condicionem, si Deo placeat.

2. absolute or conditioned;

Tercia distinccio oracionis capitur penes illud pro quo oratur, ut alia est oracio pro beatitudine et alia oracio pro bono aliquo citra ipsam, sive fuerit perpetuum, sicut est remissio pene eterne, sive bonum aliquod temporale; sed oracio pro homine quoad Deum sumitur communiter pro primo membro famosiori.

3. for bliss or for less good.

I Istis premissis dico quod orare debemus isto ultimo modo pro prescitis nobiscum conviventibus, intendendo illis bonum in communi, quod secundum illum modum ultimum contingit nos eis mereri, cum contingit nos inorare eorum demeritum et, sic quoad eos nec nostra racio nec nostra correpcio foret cassa; verum tamen scito a nobis distincte ante oracionem quod forent

We may pray for good less than bliss on behalf of the foreknown;

5. A in marg.: Responsio. Nota trimembrem distinccionem oracionis. 27. A in marg.: Quomodo est orandum pro mortuis continue infra (Above 201a without mark of reference). 30. B: cum continue. 33. B: an oracionem.

*but if we knew they were in hell our prayers would be useless.*

tunc mortui eternis ignibus deputati cessaret pro eis 201ᵃ I tunc efficacia deprecandi, et ita, sicut ignoramus qualiter oremus pro vivis ex ignorancia qualitatis sui exitus, sic ignoramus qualiter oremus pro iam mortuis propter ignoranciam conformem. Ideo optimum est nobis sacerdotibus vivendo sancte porrigere Deo oraciones generales et condicionales pro nostris benefactoribus, quia tales ex maiori caritate plus eis proderunt, si capaces fuerint (ut patet in De Consecratione d. Vᵃ *Non mediocriter);* et supposita eorum incapacitate plus proderunt ecclesie et oranti. Nec est licitum orare pro vivis vel mortuis, specialiter condicione orandi exposita pretermissa. Ille ergo qui orat specialiter absolute pro beatificacione patroni sui iam mortui cum hoc quod iam revelatum sit sibi ipsum iam eternis ignibus mancipari, et hoc propter cupidinem temporalium, debet eis privari tamquam orator inutilis, cum debet congaudere cum Deo et beatis in celo de iusto Dei iudicio et materiali gaudio beatorum, eciamsi fuerit alter parentum carnalium vel specialissimus amicorum, quia, sicut non rogamus Deum ut revocet tempus preteritum, sic nec rogamus eum ut revocet tale iudicium. Et quantum ad dictum Augustini, patet quod intelligitur ecclesiam rite orare pro omnibus capacibus, de quanto sunt tales. Unde iste textus suus orat pro omnibus dumtaxat hominibus, inimicis suis in hoc corpore constitutis, nec tamen pro omnibus exauditur; pro hiis enim solis exauditur qui etsi adversantur ecclesie, ita sunt tamen predestinati ut filii efficiantur ecclesie. Si qui autem usque ad mortem habebunt cor impenitens nec ex inimicis convertentur in filios, non pro talium defunctorum spiritibus orat ecclesia, quia in parte iam diaboli

*We do best to pray generally and conditionally.*

*The Church prays for all men, but her prayers are effectual only for the elect.*

15. B: cum hoc — mancipari deest. 19. In codd.: gaudii. 27. A: in hoc in hoc. 29. B: isti sunt tamen.

10. Decreti tercia pars, dist. V, cap. XXIV.

I 201a computatur, qui cum esset in corpore non est translatus ad Christum. Eadem itaque causa est cur non oretur tunc pro hominibus eternaliter puniendis, que causa est ut non oretur neque nunc neque tunc pro malis spiritibus.

It is said that we may pray generally but with a special intention for a friend, who may be damned.

K Sed tercio principaliter arguitur per hoc quod homo potest meritorie orare generaliter pro defunctis, immiscendo intencionem orandi specialiter pro patrono vel alio amico cum hoc quod ipse sit dampnatus, in quo casu orat licite pro dampnato, ergo hoc licet. Confirmatur tripliciter: Primo per hoc quod oracio condicionata est oracio qualem oportet concedere esse licitam pro dampnato, cum sit ex gracia, et per consequens necessitat ad orandum pro talibus. Secundo confirmatur per hoc quod beatus Gregorius oravit specialiter pro Traiano quem scivit esse dampnatum, quia Johannis IIIº, 18: *Qui* 201b *non * credit iam iudicatus est.* Imperator autem Traianus fuit infidelis decedens in mortali, ergo cum beatus Gregorius fuit pro illo exauditus a domino, videtur quod pro talibus licitum est orare; ergo sanctus potest mereri ut tales resuscitentur, potest mereri ut salventur. Tercio confirmatur per hoc quod licet orare pro quolibet cui oracio foret utilis vel malum tolleret, sed sic est de omni merito militantis ecclesie quoad dampnatos, ergo licet orare pro illis saltem tollendo magis malum quod eis aliter eveniret. Nam sepe dictum est quod totus mundus adquirit perfeccionem secundam ex merito Christi, cum aliter forent dyaboli penalius cruciati, eo quod aliter haberent maius consorcium conpunitum, plus demerentur amplius seducendo, et careret perfeccione secunda, qua modo consolacione sanctorum miseri-

The example of Gregory and Trajan is cited,

and it is urged that even the devils profit by Christ's merit.

3. A $A_1$: eternaliter promerendis. 19. B: infidelis deest. 22. in codd.: $resusci^{tur}$. 27. A in marg.: Nota causam. Christi passio perficit omnia. 32. B: careret scil. mundus; sunt puniti scil. diaboli. Locus iste haud dubie corruptus est.

corditer sunt puniti. Bonum ergo quod dyabolus facit 201^b K predestinatis per accidens fit in virtute meriti Christi; quod videtur de tanto illis proficere. Et per idem videtur quod viator de quanto victoriose resistit dyabolo, confortando fratres ecclesie, mitigat de eius malo, et per consequens facit ut tolleracior sit eius dampnacio et de tanto effectualiter orat pro illo; membra enim sua maxime nocent sibi, quia sicut *timentibus Deum omnia cooperantur in bonum,* sic prescitis omnia cedunt in malum, et potissime que videntur eis magis utilia.

I reply that in the case put the intention is for the man if he is capable.

Hic dico quod minor est falsa, nam in casu posito homo intendit orare pro dato mortuo, sed non orat pro eo ex eius incapacitate, sed intencio sicut oracio generalis est in casu meritoria. Unde ad hoc quod quis oret Deum pro aliquo requiritur eius capacitas, ut puta, quod sit creatura racionalis, capax boni pro quo racionabiliter oratur.

All prayers are conditioned by the divine will and the capacity of the subject.

Et ad primam confirmacionem dico quod contingit L intelligere oracionem condicionatam dupliciter; vel quoad voluntatem divinam, ponendo in eius voluntate quid et qualiter decreverit succurrendum, et talis debet esse oracio viatorum; vel secundo quoad capacitatem subiecti pro quo orare intenditur, et sic supposita eius incapacitate ipsum subiectum non est persona pro qua sic oratur, sed vel ipse orans vel alia capax persona ecclesie. Quod autem vulgariter dicitur orari pro tali intento suffragari, licet sit inhabilis, equivocatur in nominetenus oracione, sicut forte oracio indigni non est aput Deum univoce oracio pro quocunque; licet ergo orare pro viatore prescito, cum sit capax meriti ut micius puniatur, sicut est de prescitis qui ad oracionem alterius faciunt nedum

1. A $A_1$: quod deest. 4. B: de quarto viatori. 10. 11. A $A_1$: qui videntur. A in marg.: Responsio.

9. Rom. VIII, 28.

L 201b multa bona de genere, sed meritoria secundum presentem iusticiam, racione cuius micius dampnabuntur et interim ecclesie merebuntur. Sed cum certum sit quod dampnati sunt, amplius orare pro illis foret omnino inutile, ymmo oracio catholici non est pro illis, cum impossibile sit ipsam illis proficere; contendens vero quod ipse orat pro tali mortuo potest mortificare oracionem propriam contendendo. Nec contendo contra volentem defendere quod licet particulariter orare pro dampnato, dum tamen orator hoc ignoraverit, quia talis oracio nonnisi equivoce est pro illo, sed intendens quod sit pro illo faciliter meretur veniam; nec valet iuramentum oratoris, quo
201c obligat se ad orandum annaliter temporaliter * pro defuncto, sed amici defuncti debent appetere quod generaliter oretur pro mortuis in purgatorio, et talis oracio tantum vel plus sibi valet sicut oracio specialis, supposito quod sit ibi; et nulla oracio valet sibi dummodo sit dampnatus. Ideo utrimque non mediocriter peccant qui errando postponunt melius et eligunt minus bonum. Quando ergo dicitur quod oratur pro dampnato, intelligitur quod pretenditur orare pro eo, quod fit nunc licite et nunc male.

Prayers should be said generally for the souls in purgatory and the special intention would profit no less.

Ad secundum confirmacionem admitto cronicam et dico quod nec beatus Gregorius nec Deus ipse scivit Traianum fuisse dampnatum ad penam perpetuam, quia Deus eternaliter predestinavit Traianum ad gloriam; et sicut eternaliter ordinavit eum ad penam purgatoriam, sic eternaliter ordinavit quod mediante intercessione beati Gregorii salvaretur, quia debemus credere quod nec beatus Gregorius nec beatus in celo potest mutare divinum consilium vel per preces mutare vel flectere suum propositum (ut dicit decretum beati Jeronimi

As to the example I say that Trajan was predestined to be saved by the intercession of Gregory.

5. 6. B: non pro illis. 12. Codd.: quo sit. 24. A in marg.: Nota de Traiano quem Deus per oracionem Gregorii de dampnacione liberavit. 28. A B: sic eternaliter.

ubi supra). Et patet quod Traianus decessit in gracia 201c L predestinacionis, nec audivi suasum quod non decessit in gracia secundum presentem iusticiam. Multi enim extra iudaismum erant catholici (ut patet de Job, de Nabugodonosor et eis similibus), et sic est de multis quos propter solempnitatem ritus nostri decernimus esse foris. Nam corde creditur ad iusticiam, et in tali iusticia decedens est vere ecclesie filius et flamine baptizatus.

Men may be Catholics whom we judge to be outside.

Nec vidi suasum quod beatus Gregorius peccavit M in quantum hoc peciit, cum factum Dei in concedendo ostendit hoc fuisse iustum et Deo beneplacitum. Ideo si sanctus papa peccavit in sic orando, hoc fuit quia defecit in modo, ut puta, affeccione singulari suum studium occupando, suffragia ecclesie magis utilia dimittendo, vel in alia tali circumstancia, propter quod ad sui meritum temporaliter est punitus. Unde sepe contigit hominem mereri in volendo et orando pro illo quod Deus non vult fieri, ut patet de stimulo carnis pro cuius decessu apostolus rogavit ter dominum (ut patet IIa Cor. XIIo), et sepe contingit hominem laborare, orare et facere illud quod Deus vult fieri, et tamen peccare graviter propter defectum modi agendi, sicut meminit Augustinus, XXIIo De Civitate Dei, capit. IIo: *Multa,* inquit, *volunt fieri sancti eius ab illo inspirata sancta voluntate, nec fiunt; sicut orant pro quibusdam pie sancteque, et quod orant non facit, cum ipse in eis hanc orandi voluntatem sancto spiritu suo fecerit.* Et videtur equivocando de velle, Deum velle in aliis quod non vult in se ipso. Movet ergo Deus corda hominum ad nunc modeste orandum pro illo quod ipse vult fieri, et nunc pro illo quod ipse non vult fieri;

It may be right for a man to ask what God will not grant.

21. B: II deest. 28. B: non faciunt. 25. A in marg.: Augustinus.

25. Aug. Opp. tom. VII, pag. 656.

M 201c semper tamen talis oracio habet fructum suum et est peticio racionalis ac voluntati divine conformis.

Prayer may profit those for whose intention it was not made.

Ad terciam confirmacionem negetur assumptum, cum multe oraciones tollunt mala de bestiis pro quibus non orant homines Deum suum. Ymmo si fiat oracio pro omnibus melioratis occasione illius, tunc oraciones sanctorum pro adventu Christi in carne fierent pro toto mundo, nedum pro omnibus bestiis et dampnatis, ymmo pro cunctis inanimatis et singulis creaturis. Omnia enim ista recipiunt perfeccionem et melioracionem, ymmo et ipsum peccatum 201d virtute passionis Christi, et tamen theologi * non tam extense loquuntur sicut nec scriptura sacra, ut dicant orandum esse pro talibus ut percipientibus fructum oracionis intentum, licet posset dici eos orare pro talibus tamquam per accidens consequentibus ad fructum per se intentum. Conceditur ergo quod dyabolus et omnes dampnati recipiunt quoddam bonum ex merito ecclesie; videtur tamen mihi quod non sit bonum eis expediens vel utile, sed bonum tollens eis fugibile; dampnacio enim tollit quodlibet bonum honestum et utile in dampnato.

N Conceditur tamen (ut tangitur in secundo commento mendacii) quod Deus misericorditer punit dampnatos. Et notat Augustinus XXI°, De Civitate Dei, cap. XXIV°. Sic enim secundum Augustinum. *Deus non continet in ira sua miseraciones suas eciam dampnatis, sed facit eos non tanta quanta digni sunt penarum atrocitate puniri, non ut eas penas vel nunquam subeant vel ante finiant, sed ut eas miciores quam merita sunt eorum lenioresque paciantur; sic enim ira Dei manebit et in ipsa ira sua misera-*

Augustine says that God punishes the damned mercifully,

17. B: Qua ergo. 23. A in marg.: Huius contrarium habetur in decalogo. 25. A in marg.: Augustinus. A: civitate cap. 30. A $A_1$: antea finiant; in Augustino: aliquando.

25. Aug. Opp. tom. VII, pag. 640.

but he abhorred the notion that there would be an end to the punishment of the damned.

*ciones suas non continebit.* Sed quia dixit sacrum 201d N
Psalmum intelligere de membris suis predestinatis in quibus peccatum est mutacio dextere excelsi, ideo prosequitur dicens: *Hoc quidem non ideo confirmo, quoniam non resisto.* Hoc autem utrobique detestatur iste sanctus cum aliis quod vel pena membrorum dyaboli pro instanti temporis finiatur, vel postquam fuit intensior per ecclesie suffragia remittatur, licet credi posset probabiliter quod omne peccatum est minus malum et minus punibile propter meritum Jesu Christi. Unde quia Augustinus, cap. XVII°, libri XXI[i], recitat quomodo quidam commendant istam sentenciam, quia pia, sed (ut arguit, cum non habet auctoritatem ex scriptura sed eius oppositum), *tunc foret melior et verior, si misericordior. Extendatur ergo fons huius misericordie ad dampnatos quoslibet* quod punientur pena solummodo temporali, vel dicatur misericordius quod pena illa erit brevissima, vel tercio misericordissime quod omnino non erit alia pena post mortem, sed tota scriptura est in ista parte conminatoria sed non vera. *Si quis,* inquit, *audeat ista asserere, tanto invenitur errare deformius et contra recta Dei verba perversius, quanto videtur sentire sibi clemencius.* Non seducat nos ergo ceca pietas que, cum sit veritati et fonti iusticie ac pietatis contraria, est blasphema impietas; nam per eius oppositum fides catholica integratur, conversacio militantis ecclesie timore pene melioratur et spes maioris beatitudinis confirmatur; et correspondenter illi qui videntur magis placere dyabolo magis nocent, et hinc indubie possunt expectare amplius nocumentum. Non ergo oramus pro dyabolo vel sibi

12. A in marg.: Contra sentenciam que ponit nullum perpetue dampnari. 20. alia; A: aliter; $A_1$: alicui; B: alie; Correxi. 23. B: contra recia. 24. B: sibi sor (sequitur lacuna).

11. pag. 637.

Christians will be punished more severely than others.

N 201d proficimus quamvis per accidens facimus sibi bonum; nec valet fingere quod nulli christiani sencient istam penam, quia (ut dixi secundum sentenciam beati Gregorii) illi sunt pessimi. Unde Augustinus, XXI° De Civitate Dei, XXV° cap. dicit quod a sana doctrina foret nimis contrarium ut heresiarche qui receperunt in ecclesia baptismum, eucaristiam et alia carismata, post vero ingrate acucius impugnant ecclesiam quam alii infideles, quia non adeo sunt ingrati. *Peior,* inquit, *est desertor fidei et ex desertore obpugnator eius effectus, quam ille qui non deseruit quam nunquam tenuit.* Ex istis potest colligi alius
202a sensus * dictorum beati Augustini Enchiridion CX°, que ponuntur in decretis XIII[a], q. II[a]. *Tempus.* Ponit enim primo quod in hoc meditulio temporis inter mortem hominis et diem iudicii contingit mereri vel iuvare spiritus defunctorum. Ponit secundo quod *eis prosunt suffragia qui, cum viverent hec sibi ut postea possent prodesse meruerunt.* Tercio dicit quod de quatuor generibus mortuorum merita superstitum sunt *pro valde bonis graciarum acciones, pro mediocriter bonis propiciaciones, pro valde malis sunt vivencium consolaciones,* sed mediocriter malis faciunt *dampnaciones tollerabiliores,* sic quod utrobique valent pie oraciones intente pro mortuis, quia beatis vertuntur in graciarum acciones, purgandis in propiciaciones, dampnatis vero *licet non sint adiumenta,* prosunt tamen ecclesie militanti et dampnatis qui

4. A in marg.: Augustinus. In codd. cap. XXIV Correxi. 8. A: inpungnant. 13. A A$_1$: sensus doctorum. 13. A in marg.: Augustinus. 22. Hic locus in decr. sic habetur: Cum sacrificia altaris sive quarumcunque elemosinarum pro baptizatis omnibus offerunter, pro valde bonis graciarum acciones sunt, pro non valde malis propiciaciones sunt, pro valde malis, eciamsi nulla sunt adiumenta mortuorum, tamen vivorum consolaciones sunt. A in marg: Nota quomodo et quibus mortuis prosunt suffragia (Above 202a without mark of reference).

11. pag. 646. 14 Decreti sec. pars, causa XIII, q. II, c. XXIII.

superstites per bona opera meruerunt sunt causa quare 202ª N micius puniuntur (ut tetigi ultimo capitulo libri V$^{ti}$).

We may see how the world is deceived,

Ex istis potest colligi quantum mundus decipitur O in elemosinis perpetuis et exequiis ac ritibus solempnibus mortuorum de perpetuacione elemosine; dictum est hoc cap. XVI$^{o}$ et XXII$^{o}$ cap. libri V$^{i}$. Ymmo cum debet esse certum catholico quod modus quo

as to perpetual alms,

Christus fecit et fieri ·precepit elemosinas sit quocunque alio modo elemosinandi perfeccior, et est undiquaque facilior, patet quod non mediocriter peccant sed ex superbia et negligencia se accusant qui contempnunt sermonem Christi et adherent prudencie proprie et opinioni seculi. De exequiis vero

and as to funeral ceremonies.

et aliis ritibus factis pro mortuis patet quod vel sunt purgandis contraria vel neutra vel minus utilia; contraria si sapiunt peccatum, minus utilia si in istis omissis contraria magis profecerint, et neutra supposito quod neque sint bona neque mala moraliter. Primum et tercium fiunt communius, unde prima particula ex hoc patet quod, sicut omnia meritorie

False works injure the dead as good works profit them.

facta pro mortuis capacibus eis prosunt, sic omnia demeritoria pretensa pro ipsis fieri profectui suo obsunt; non enim prodest corpori mortuo talis solempnitas, cum deficiat sibi sensus, nec prodest anime nisi sub racione qua meritum; aliter enim foret profectui suo indifferens, sicut est indifferens utilitati dyaboli vel beati. Illud ergo suppono ut maximam, et patet per Augustinum in De Cura agenda pro mortuis, et ponitur in decretis XIII$^{a}$, q. II$^{a}$: *Non estimemus,* inquit, *ad mortuos pro quibus curam agimus pervenire nisi quod pro eis sive altaris sive oracionis sive elemosinarum sacrificiis supplicamus.*

4. A in marg.: Exequie pro mortuis quomodo prosunt et quomodo nocent illis. 6. A $\mathbf{A}_1$: Dictum est hoc cap. . . . . et 22. 17. B: et neutra — unde deest.

29. Decr. sec. pars, causa XIII, q. II, cap. XIX.

O 202[a] Et sequitur: *Corpori autem humando quidquid inpenditur, non est presidium salutis sed humanitatis officium.* Sed et idem videtur per se notorium considerando quomodo proveniret profectus corpori mortuo vel spiritui separato.

*Hence the folly of those who care more for solemn rites than true prayers.*

P Et ex isto sequitur vivorum stulticia qui magis dolent pro morte corporali quam pro morte anime per peccatum, magis solicitantur pro solempnitate exequiarum proximi vel amici quam pro assiduitate conversacionum meritoriarum per quas solum suffragia insunt sibi. Unde decretum beati Gregorii XIII[a], q. II[a], *Anime defunctorum. Curacio,* inquit, *funeris, condicio sepulture, pompa exequiarum magis sunt vivorum solacia quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa, oberit pio*
202[b] *vilis * aut nulla.* Crisostomus super epistolam ad Hebreos, ut ibi exponitur: *Ubicunque sepeliamur, domini est terra et plenitudo eius; secundum quod oportet fieri efficiatur. Lugere autem, deplorare et lamentari eos qui de hac vita decedunt ex pusillanimitate contingit. Hoc autem ex desperacione future resurreccionis intelligitur. Unde Apostolus non simpliciter ait: Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sed addit: Sicut et ceteri qui spem non habent.* Et eadem sentencia patet in duobus capitulis sequentibus. Item, videtur quod murmur tale sit contra dominum quem debemus credere omnem hominem velle mori, sed voluntati Dei non est licitum taliter contrariare. Si enim scio quod est de Dei beneplacito et sic iustum, faciens ad ordinem

2. A $A_1$: humanitatis — corpori deest. 6. A in marg.: Correlarium. 11. Codd.: XII[a]. 13. A: pompe. 19. B: efficaciter. 29. B: contraire.

11. Decr. sec. pars, causa XIII, q. II, cap. XXII. 12—16. Curacio — nulla is a quotation from Augustine De Cura agenda pro mortuis Cap. II. 17. ibid. cap. XXVI. 23. Cap. XXVII. *Habent forsitan* and XXVIII. *Qui divina.*

et pulchritudinem universi quod Petrus nunc per dominum occidatur, quomodo licet mihi remurmurare contra istam iusticiam et pulchritudinem que adeo placet Deo. Unde XIII[a], q. II[a] sub auctoritate Cypriani sic scribitur: *Quam preposterum est, quamque perversum, ut cum Dei voluntatem fieri postulemus, quando evocat nos et accersit de hoc mundo, non statim voluntatis eius imperio pareamus et pervicacium more servorum ad conspectum domini cum tristicia et merore perducimur, exeuntes isthinc necessitatis vinculo, non voluntatis obsequio, quomodo volumus ab eo premiis celestibus honorari ad quem venimus inviti. Preceptum est,* inquit, *a domino ut contester assidue et publice predicarem fratres non esse lugendos accersione divina de seculo liberatos, cum sciamus non amitti sed premitti, recedentes de seculo.* 202b P

Cyprian tells us that we ought not to mourn for those who have gone before.

In isto dicto videtur innuere triplicem racionem: Q Prima ex hoc quod nemo debet orare sibi ipsi contrarie, sed oramus Deum: *Fiat voluntas tua undique,* ideo non debemus velle huic contrarie. Secunda racio est ex hoc quod oportet salvandum meritorie et per consequens voluntarie pati mortem. Tercia racio stat in isto quod diligens se vel alterum debet gaudenter acceptare accessum eius proprium, sicut est mors cuilibet salvando, et prescito eciam est ad bonum, cum continue plus nocet ecclesie et amplius demeretur. In oppositum sunt consuetudo et leges ecclesie de cura agenda pro mortuis et ecclesiastica sepultura, unde oblaciones Jude Machabei laudat ecclesia, Machabeorum XII[o], et sepultura mortuorum computatur inter opera misericordie, pro

Yet the Church teaches us to care for the dead,

7. A: accerscit: scil. Deus ut habet decret. 11. In decretali: et volumus. 13. In decr. preceptum est ut contestarer assidue ut. 16. In decret.: recedentes precedere . . . 19. A B in marg.: Nota contra lugentes mortuos. 30. A: XII. deest.

4. Cap. XXV.

Q 202b quo laudatur Tobias Tobie. Unde decretum recitat Augustinus De Cura agenda pro mortuis sub hiis verbis: *Quamvis* cure pro mortuis *non* pro *omnibus pro quibus fiunt prosint, sed hiis tantum pro quibus dum viverent ut prosint meruerant; sed quia non discernimus qui sint illi, oportet illa pro regeneratis omnibus facere.* Et assignat causam eius triplicem: Prima est profectus mortuorum capacium, secunda est excitacio affectus superstitum, et tercia est naturalis instinctus et meritorius, dum fuerit caritate formatus curam talem agencium. Pro prima sic scribit: *Melius enim supererunt ista hiis quibus nec obsunt nec prosunt, quam eis deerunt quibus prosunt.* Vult dicere quod oportet intendere orare generaliter pro cunctis fidelibus, subintelligendo et Deo limitante suffragium capacibus. Pro secunda causa patet quod ex hoc excitatur devocio superstitum et provocatur occupacio circa actum meritorium. Unde Augustinus: *Diligencius facit hoc quisque pro amicis suis, ut pro*
202c *illo fiat * similiter.* Et quoad terciam causam patet, cum necesse sit evacuare cadavera bestiarum, multo magis cadavera hominum, magis carorum et plus inficiencium.

and to pray for all the faithful.

R Unde Augustinus: *Humanitatis,* inquit, *hoc est officium secundum affectum quo nemo unquam carnem suam odio habet. Unde oportet ut quam potest pro carne proximi curam gerat, cum spiritus inde recesserit qui hoc gerebat. Et si hoc faciunt qui carnis resurreccionem non credunt, quanto magis*

1. Num. cap. deest in codd. 3. A: quamvis cura . . . . prosunt. 4. In decret.: Quibus dum vivunt cooperantur ut prosint. 6. A $A_1$: decernimus; B: decrevimus; in codd.: qui sunt. 18. A in marg.: Augustinus. 24. A in marg.: Nota pro sepultura proximi si et quomodo obligamur.

3. Decreti sec. pars, causa XIII, q. II, cap. XIX et Aug. in libro De Agenda Cura pro mortuis cap. XVIII. Opp. tom. VI, pag. 530.

*debent facere qui credunt ut corpori resurrecturo* 202ᶜ R *et eternaliter mansuro impensum officium sit quodammodo evidens eiusdem fidei testimonium.* Et patet cum talis operacio non sit per se virtuosa, sed valde per accidens quod contingit eam nunc bene nunc male fieri. Cavere autem debemus de malicia ne fastui seculi principaliter intendamus, nec magis necessarium omittamus; nichil enim est magis necessarium obsequium agendum pro mortuis quam vivere virtuose. Ille ergo inordinate agit curam corporalem pro suo mortuo qui plus attendit ad illam quam ad superhabundanciam virtutis in animo. Vis ergo affectuose proficere anime defunctorum, exercita te ipsum in scola virtutum; quod quanto plus feceris, tanto cum paribus facis mortuis plus profectum; oportet ergo iuxta caritatis regulas quod superstes misereatur anime proprie placens Deo, et ad illud consequitur efficacissime suffragium mortuorum.

Burial of the dead may be done in a wrong way,

Ad primum obiectum patet quod beatus Gregorius a intendit quod talia obsequia non prosunt mortuis nisi forte per accidens. Unde sequitur in textu Gregorii: *Nec ideo tamen contempnenda et abicienda sunt corpora defunctorum maximeque iustorum, ex quo illud salubriter discitur quanta possit esse remuneracio pro elemosinis; quas viventibus et sencientibus exibemus, sed neque hoc apud Deum perit quod ex animis hominum membris officii diligencia persolvatur.* Ex quo videtur quod racione elemosine prosunt defunctis talia obsequia, et obsunt eis de quanto excitant affectantes ad affectandum splendenciam in mundi gloria, accusantque mortuos, de

as by too much care for show.

13. A in marg.: Nota efficacissimum suffragium mortuorum. 20. A in marg.: Nota pro exequiis et sepultura circa ecclesias. 25. B: salubriter dimittitur. 28. diligentiaeque persolvitur in decret.

23. Decret. sec. pars, causa XIII, q. II, cap. XXII.

R 202c quanto ostendunt illos affectos ad secularia desideria. b Et quoad dictum Crisostomi, patet quod ipse intendit istam eandem sentenciam, unde sequitur in textu suo: *Pietatis namque affectu et humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur, sicut nonnullos sanctorum aliorum exequiis legimus pias lacrimas impendisse.* Unde quod quis sepelitur iuxta martirem in ecclesia vel ubicunque solempniter, nunc obest et nunc prodest, sed tantum per accidens obest, si accumulant peccata originata ex mortuo decedente in mortali. Prodest, si sit occasio diligencius orandi pro mortuo in gracia decedente, unde decretum (ubi supra) sub auctoritate sanctorum Augustini et Gregorii sic loquitur: *Quibus peccata dimissa non sunt, a sacris locis post mortem adiuvari non possunt, quia quos peccata graviora deprimunt, si in sacris locis sepeliri se faciunt, restat ut de sua presumpcione iudicentur, quia eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat.*

Solemn burial in holy places may do good or harm.

S Et quoad secundum partem sequitur decretum beati Gregorii: *Cum gravia peccata* dimissa sunt et 202d *non deprimunt, tunc prodest mortuis* * *si in ecclesia sepeliantur, quia eorum proximi, quociens ad eadem loca veniunt, suorum quoque sepulturam aspiciunt, recordantur et pro eis domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt, ad maiorem cumulum dampnacionis pocius quam absolucionem eorum corpora in ecclesiis reponuntur.* Quantum ad racionem terciam, quomodocunque glossamus, non dubium quin murmuraciones plurime pro mortuis sunt inique;

5. A $A_1$: nonnullorum. 7. A: sp sepelitur. $A_1$: semper sepelitur. Errorem scribentis A imitatus est $A_1$. 18. In decret.: quoniam eos. 22. ibid.: in ecclesiis. 28. A in marg.: Nota quomodo licet deplangere (superscriptum est: flere scil. deflere) mortuum et quomodo non licet.

3. Causa XIII, q. II, cap. XXVI. 13. Causa XIII, q. II, capp. XVI and XVII.

As to grief for the dead we must distinguish between natural affection and deliberate judgment.

dicitur enim quod alius est amor vel affeccio naturalis, 202ᵈ S quali Christus voluit vivere et non mori, cum Matthei XXVIº dicit: *Verumptamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Et tali affeccione naturali doluit mater eius pro morte filii naturalis. Nec evidens quod in hoc peccavit, sicut nec Christus, quando pro Lazaro ploravit. Alia autem est affeccio deliberativa qua non est dolendum sed gaudendum de mortibus propinquorum. Sic enim Christus, sic Paulus et ceteri martires gaudebant de pena et morte propria, et sic oportet omnem salvandum gaudere. Ideo necessarium est christianis discere quomodo debent mori; quando ergo quis plus dolet propter amissionem boni utilis vel boni delectabilis temporalis in morte proximi quam propter amissionem boni utilis anime defuncti et utilitatis ecclesie, tunc peccat indubie plus vel minus, sicut ille peccat gravius qui propter amissionem amoris quem habet ad seculum dolet de morte propria.

Natural grief should be controlled by reason.

Et patet quod debemus secundum racionem superare impetum anime naturalem, sicut est mihi verisimile quod mater domini mitigavit ex integro, et Christus non directe ploravit pro morte Lazari quem necessitavit ad gloriam suam mori, sed doluit pro peccato humani generis, pro quo oportuit talia et tot pati. Unde ex concilio Toletano *Qui divina* sic scribitur: *Prohibet nos sanctus Apostolus dicens: De dormientibus nolo vos contristari sicut et ceteri qui spem non habent. Et dominus Joh. XIº non flevit Lazarum mortuum, sed ad huius vite erumpnas ploravit resuscitandum. Si autem potest hoc episcopus omnibus christianis prohibere, non moretur.*

1. A: quod aliquis. 11. A: et sicut. 22. A B in marg.: Nota de fletu Christi. 23. 24. A: nunciavit ad gloriam. 31. agere non moretur in decret.

26. Causa XIII, q. II, cap. XXVIII.

1. The clergy should thus teach about funeral rites.

T 202[d] Ex istis colligo conclusionem triplicem mihi notabilem: Prima quomodo ista sentencia est a prepositis populo predicanda, eo quod instruit eum in moribus, evacuat errorem fidei et precipitur ab ecclesia fieri. Quod si multiplicamus leges de sepulturis et eas solempnizamus atque pro porcionibus et substancia defuncti contendimus et illud cum aliis suffragiis defunctorum omittimus, quis dubitat quin Deus huius seculi usque ad infidelitatem cecavit oculos mentis nostre? Et cum in vigilia Pentecostes post communionem concinimus quod Deus per os omnium prophetarum docuit nos temporalia relinquere, et alibi cantantes oramus ut Deus doceat nos terrena despicere, quia certum est quod spiritus sanctus effugit cohabitare cum spiritu hominis sic affeccione temporalium deturpato. Ad probandum autem si sumus huiusmodi, sollicitudines nostre cum actibus sequentibus iudicabunt. Nam pater spiritualis qui 203[a] animo preponderat oracionis suffragia et elemosinas * providas faciendas pro mortuis plus quam lucri temporalis commoda, manifeste demonstrat quod plus amat temporalia defuncti quam anime sue spirituale suffragium.

They must not let the desire of gain outweigh the desire to benefit souls.

Secunda conclusio: Nullus ritus ecclesie ab eius capite approbatus de suffragiis vel memoriis faciendis pro mortuis repugnat sentencie supradicte. Patet ex hoc quod nulla veritas repugnat veritati. Procuret ergo homo, quantum prudenter sufficit, per se vel alium, remedium animarum in purgatorio oblacionibus vel stipendiis annalibus sacerdotum aut precibus sanctorum, aut carorum elemosinis aut ieiunio cognatorum et secundum supradictam Dei sentenciam approbatur.

2. All rites approved by the Church agree with this rule.

1. A in marg.: Contra avariciam cleri. Prima conclusio. 23. A in marg.: Secunda conclusio. De variis ritibus approbatis in suffragiis et memoriis mortuorum.

6. porcio i. e. pensio annua.

Reasons for various observances.

Et hiis quatuor modis secundum decretum beati 203[a] T Gregorii, XIII[a] q. II, *Anime defunctorum,* contingit animabus in purgatorio suffragari, ymmo (ut sepe dixi) per omnem vitam vel operam meritoriam viatoris. Unde ritus quem approbat beatus Ambrosius in De Officiis, positus in conclusione predicta, plurimum est laudandus: *Quia,* inquit, *alii tercium diem, alii septimum diem, alii tricesimum, alii quadragesimum observare consueverunt in officiis mortuorum, quid doceat leccio consideremus. Defuncto quidem Jacob precipit Joseph pueris suis ut sepelirent eum et sepelierunt sepultores Israel, et completi sunt quadraginta dies luctus,* ut patet Genesis L°. *Sed eciam in Deuteronomio,* capitulo ultimo, et Numeri XX *scriptum est: Quia planxerunt filii Israel Moysen triginta diebus et consummati sunt dies luctus.* Illi autem qui servant diem tercium respiciunt trinitatem vel triduum resurreccionis Christi; qui autem observant septimum observant perpetuam quietem anime, que est tercia cum copulacione corporis, quod est quatuor; ex quibus autem constant septem; qui autem observant trigenarium considerant quomodo ex duobus quindenariis secundum corpus et animam ille constat, quindenarius autem resultat ex septenario patrum legis veteris et octonario legis nove: Nam hos duos numeros quadam proprietate colunt specialiter isti patres. Qui autem observant quadrigenarium expectant fructum resurreccionis per mortem Christi qui totidem horis dicitur fuisse mortuus, licet arca triginta sex horas iacuit in sepulcro, et sic de quinquagenario, centenario vel anniversario secundum racionem cui devocio populi est affecta.

5. A in marg.: Ambrosius. 12. A B: sepultores deest; luctus ut patet Gen. L deest in decret. 15. cap. ult. et Num. XX deest in decretali.

2. Decr. sec. pars, Causa XIII, q. II, cap. XXII *Animae defunctorum* and cap. XXIV *Quia alii.*

T 203[a] Omnes enim affectant suis mortuis beatitudinem circularem, ut notat Hostiensis in Summa (ubi supra).

V Tercia conclusio: Dimissis istis ritibus foret purgandis animabus utilius, populo superstite dante sollicitudinem et operam ex integro ad virtutes. Patet ex hoc quod ista variacio rituum fuit omissa a Christo et suis apostolis; ymmo precepit Matthei VIII°, 22: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos* et in moribus sequi ipsum. Ista autem variacio introducit sectas et gildas et consequenter errores multiplices, mundialibus infideliter opinantibus quod proporcionaliter habent ipsi suffragia singulariter a se ipsis et beatis in patria, sicut ipsi coniunguntur federe temporali, et sic credunt de suis mortuis quoad ipsa suffragia que impendunt. Illud autem improbatum est hic et capitulo ultimo libri quinti. Omnes enim predestinati vivi vel mortui citra beatitudinem constituti participant suffragiis utriusque ecclesie precise secundum quod digni sunt meritis quoad Deum. Tales ergo lige superfluunt et periculose seminant dogma falsum sepeque gignunt sedicionem in populo. Nec moveat
203[b] quod sepe bonum ex ipsis evenit, * quia Deus non sineret dyabolos vel aliud nefandum collegium congregari, nisi exinde disponeret utilitatem ecclesie provenire. Et sic dicitur de sepulcris et aliis construccionibus sumptuosis quod bonum exinde evenit, ut puta, devocio confluencium, sustentacio egenorum et multa bona similia; malum eciam communius, ut puta, distraccio et ocium sensus hominis dissoluti et inordinata conglobacio tam temporalium quam eciam personarum, et difficile foret iudicare quid istorum foret matri nostre utilius, si facta et dicta Christi et

3. It would be better to aim wholly at a virtuous life and give up these ceremonies,

which bring in gilds and other causes of mischief.

3. A in marg.: Tercia conclusio. Contra ritus supra positos. 7. Matth. VIII, 22: Sequere me et dimitte . . . 13. B: fidere. 16. A in marg.: De solempni sepultura et sumptuosis sepulcris (Above 203[b] without mark of reference). 18. precise; A: $p^e$; $A_1$: p̃e. 28. B: eciam deest.

The example of Simon Maccabeus cannot outweigh that of Christ.

apostolorum suorum non darent fidem de inutilitate 203ᵇ V
fundamenti. Non enim est causa evidens: Si Symon, summus sacerdos construxit sibi et suis edificium altum super sepulchrum eorum et mirabiliter sumptuosum (ut patet I Macchabeorum XIII°), ergo bene, sicut est evidens: Si Christus et eius apostoli illud omiserant, ergo bene; nam regimen illorum sacerdotum fuit presagium destruccionis synagoge que fuit ecclesia Judeorum; et fundamentum aliud cum suis domesticis fuit indefectivum principium perpetue ecclesie christiane; nichil ergo valet nobis fidelibus nisi de quanto fuerit fundabile ex lege Christi; sed cum ex lege Christi et lege ecclesie patet quod observancie de quanto plus accedunt ad statum innocencie et minus intricantur cum mundo, imitantes voluntatem Dei, direccius preponderantes in amore bonum communius, patet quod observancia opposita ritui quem mundus in istis exigit est ipso melior. Unde (ut tetigi) talia memorialia post mortuos derelicta vel nocent eis vel minus eis proficiunt quam purgandis pauperibus in gracia ampliori, ymmo minus quam ceteris paribus eorum destruccio. Si enim tales mortui sunt presciti, tunc talia memorialia derelicta sunt fructus peccati sui in spiritum sanctum; si sunt predestinati, tunc sunt fructus sue affeccionis proprietarie expurgande, et indubie pauper decedens in maiori gracia, cum melius usus fuit temporalibus istis quibus verius dominatus est, plus participabit in purgatorio eorum fructu, dominio devoluto ab utroque ad dominum, aput quem non potest esse accepcio personarum. Quomodo excusatur peccatum quo propter affeccionem mundialem vel affeccionem proprietariam carnalem ritus talis preponitur et modus faciendi exproprietarie vivencium, et bonum communius plus diligencium stulte postponitur?

2. B: tam evidens. 5. B: ergo — omiserant deest. 7. B: regnum illorum fuit. 12. ex deest in codd. 26. B: expurgande — fuit deest.

## CAP. XXIII.

A 203b Restat consequenter tractare de indulgenciis et absolucionibus a pena et culpa, in quibus videtur esse error apud simplices istam materiam ignorantes. In primis ergo suppono significacionem quid nominis huius signi indulgencia. Est enim omnis indulgencia actus indulgentis, ita quod indulgencia non sit aliud nisi habentem ad hoc potenciam indulgere, et est indulgere gratis concedere, operam dare sive remittere, et componitur de *inde et algere* (quod est frigere vel mortificari), sicut est de commissis oblivioni traditis quoad expeticionem vindicte. Et sic loquitur scriptura Judith VIIIº, 14: *Indulgenciam domini cum lacrimis postulemus,* et sic sumitur Isaie XXVIº, LXIº et LXIIIº. Sic autem indulgere peccatoribus est 203c Deo proprium, sicut et peccata * dimittere (ut patet capitulo ultimo quinti libri); sed ab istis sensibus extractus est terminus et baptizatus in sensum alium partim per doctores theologie et partim per canonistas; quandoque enim secundum eos connotat remissionem pene, ut secunda questione tercio capitulo *Indulgencie,* ut notat Archidiaconus, quod quandoque signat active concessionem, ut dominus papa indulsit subdito hoc vel illud, id est, concessit; aliquando autem signat dispensacionem, aliquando ius, ut notat Johannes, XXXIIIª, q. IIª. *Interfectores;* et aliquando accipitur pro remittere vel condonare, in De Peni-

Indulgence to sinners belongs to God alone.

The canonists have given it another sense: of remission of punishment.

1. A: Cap. XXII. 2. A in marg.: De indulgenciis (Below 203b without mark of reference). 5. B: signacionem. 9. B in marg.: Quid est indulgencia? 9. 10. B: remittere componitur. 18. B: baptizatus deest. 20. B: convecat. 20. A: Nota quid est indulgere vel indulgencia; supra vide. 21. ut sec. q. III. cap. Indulgencie. Recte: Sexti decretalium, lib. V, tit. X, cap. III. 25. 26. Johannes; sic in codd. Legendum: Nicolaus papa.

5. Cf. Hus, Opp. tom. I, 175ª. Loserth, Hus u. Wiclif, p. 209. 21. Sexti Decret., lib. V. De Penitenciis et Remissionibus, cap. III, Glossa. 26. Decr. sec. pars, causa XXXIII, q. II, cap. V.

Such indulgences are reserved to prelates under certain limitations.

tenciis et Remissionibus, cap. *Indulgencie* in principio 203c A per Archidiaconum; unde omnes istas indulgencias trahunt et limitant ad prelatos ecclesie. Unde statuunt sibi pro regula quod solus papa potest dare quoad locum et tempus indulgencias generales, episcopi autem habent potestatem limitatam faciendi indulgencias. Nam cum dedicant ecclesias, non extenditur eorum indulgencia ultra annum, eciamsi a pluribus episcopis dedicetur. In aliis autem ultra numerum quadraginta dierum non potest episcopus indulgere, verumptamen episcopus confirmatus antequam sit sacerdos, sicut et legati non sacerdotes faciunt indulgencias, quia hec potestas magis eis ex iurisdiccione quam ex ordine. Inferiores autem ut abbates et presbiteri non possunt indulgencias tales concedere publice ex auctoritate iurisdicionis, sed private in foro penitencie (ut patet in De Penitenciis et Remissionibus, capitulo *Indulgencie);* super vero conceduntur per Innocentem et Archidiaconum: *licet,* inquit, *restricta sit potestas de indulgenciis que fiunt publice, non tamen in foro penitenciali in quo sacerdos potest indulgere annos et dies dummodo discrete faciat et penitenciam iniunctam per superiorem non remittat.*

So much time of indulgence may mean *a)* the equivalent of so much temporal penance; *b)* so much shortening of time in Purgatory.

Istis premissis restat videre expressius quid sonat verbum prelati: *Remitto tibi tantum tempus indulgencie pro peccatis,* et dicitur communiter quod virtute talis indulgencie per tantum tempus minus pacieris in purgatorio, et hoc intelligi potest dupliciter, vel quod indulgencia habeat efficaciam tantam, quantam tantum temporis pro penitencia huius vie quoad statum purgatorii, vel secundo quod de tanto

3. A in marg.: Indulgencia < pape / episcoporum. 13. potestas; $A_1$ in marg. addit: convenit. 14. B: Inserentes autem. 14. B in marg.: Potestas indulgendi est ex iurisdiccione et non ex ordine, ut hic patet. 22. A: discreta. 24. A B in marg.: Nota quid sonat (B: hoc): Remitto tibi tantum tempus indulgencie pro peccatis. 25. B: Remitto tibi tempus.

A 203c brevius pacieris secundum penam purgatorii, et ista glossa est sentencie decretistarum pertinencior et dictis eorum conformior (ut patet in De Penitenciis et Remissionibus; cap. *Quod autem)* in verbo, sed queres quid sonat?

*The latter meaning is favoured by the decretists.*

a Sumitur autem fundamentum huius sentencie ex ista ymaginacione fantastica: Ponitur enim primo quod sunt supererogata merita sanctorum et specialiter Christi in celis infinita numero et valore, ultra quam requiritur ad eorum beatitudinem, et omnia ista vocantur spiritualis thesaurus ecclesie in capite eius reconditus.

*The opinion rests on an invention which supposes a) a store of supererogatory merits;*

b Ponitur secundo quod dominus papa, cum sit vicarius Christi in terris, habet plenam potestatem distribuendi thesaurum illum fidelibus, sed quod libuerit plus vel minus, nec licet diffidere quin potestas imperciendi ista spiritualia suffragia remaneat continue inexhausta, quia aliter deficeret Christus dando potestatem clavium suo vicario hic in terris.

*b) that the store is inexhaustible and is at the disposal of the Pope;*

c Tercio dicitur quod quando papa vel suus episcopus dispensat subditis de isto thesauro, commutando meritum beati loco meriti quo peccator mereretur remissionem peccati, tunc concedit indulgenciam plus vel minus.

*c) that when the Pope makes over a share in such merit, he gives an indulgence.*

B Et ex isto fundamento dicuntur hii vendere peccata sua et isti emere eciam pro pecunia et seductus est populus de cambio impossibili et infundabili propter fastum et questum adquisibilem sacerdoti. Et isti sentencie videtur sanctum Thomam annuere, super Quarto Sentenciarum, distinccione vicesima, questione

1. B: Brevius paciens. 4. In verbo (?); in codd. A B: in v̄. 6. A in marg.: Fundamentum indulgenciarum secundum communem opinionem. 9. A: numero et valere. 11. B in marg.: Spiritualis thesaurus ecclesie. 14. A: in terra. 17. A: remaneant.

4. Decret. Greg. IX, lib. V, tit. XXXVIII, cap. IV. 30. Thom. Aq. Comment. in lib. IV. Sent. Opp. tom. IX, pag. 374.

St. Thomas says that indulgences are not simply remissions of temporal penance but avail in purgatory.

tercia: *Ab omnibus*, inquit, *conceditur indulgencias* 203^c B *aliquid valere, quia impium esset dicere quod ecclesia aliquid vane faceret. Sed quidam dicunt quod non valent ad absolvendum a reatu pene* * *quam quis in* 203^d *purgatorio secundum iudicium Dei meretur, sed valent ad solvendum ab obligacione qua sacerdos obligavit penitentem ad penam aliquam vel ad quam eciam ordinatur ex canonum statutis. Sed hec opinio non videtur vera; primo quia est expresse contra privilegium Petro datum, ut quod in terra remitteret et in celo remitteretur, unde remissio que fit quoad* [1] *forum ecclesie, valet eciam quantum ad forum Dei. Item, ecclesia huiusmodi indulgenciam faciens magis* [2] *dampnificaret quam adiuvaret, quia remitteret ad graviores penas, scilicet purgatorii, absolvendo a penitenciis iniunctis.* Et manifeste patet deduccio, eo quod iuxta opinionem indulgencia non facit ad remissionem in purgatorio, sed subducta indulgencia in pleno penitencie faceret ad remissionem in purgatorio, quod foret infinitum prestancius quam aliqua penitencie vie remissio. Ideo iuxta hanc viam omnis indulgencia foret impeditiva fructus penitencie et nociva, ideo prudenter dicunt canoniste quod propter indulgencias non est dimittenda iniuncta penitencia

1. indulgencias; in codd.: indulgencia. Correxi. 2. B in marg.: Sentencia sancti Thome et Bonaventure super materia indulgenciarum hec est: Concipiunt autem quod dominus papa ad votum suum potest distribuere et impertiri viatoribus de peccatis saltem suis conterentibus merita Christi et suorum sanctorum, que vocant opera supererogata et thesaurum ecclesie, sic quod potest illa merita loco meritorum rudorum (sic) ponere ad remissionem peccati rudi, et quia illa merita excedunt omnem penam viantibus debitam, ideo habent efficaciam delendi omne peccatum et tollendi omnem penam debitam pro peccato magno. Ergo et mirabilis est petentis (sic) dominus papa, qui potest hec merita taliter impertiri et gracia illorum peccata remittere, penas tollere et ea loco plurimorum aliorum commutare. Sed revera non video quomodo sanctorum communio tantum dependet ex pape voto, cum magnam habuit illa communio efficaciam ante adinvencionem istius distribucionis aut imperticionis papalis preassumpte. 4. A in marg.: Opinio falsa. B: a reatu — solvendum deest. 6. B: ab deest. 8. A in marg.: Arguitur contra communem opinionem indulgenciarum. 16. B: quod deduccio.

B 203d pro peccato, nec haberent colorem indulgencie de multis millibus annorum quoad nudam mitigacionem penitencie hic pro via, cum certi sumus quod non subibitur eciam a Matussale tanta penitencia hic in via. *Ideo,* inquit doctor, *aliter est dicendum quod valent indulgencie et quantum ad forum ecclesie et quantum ad iudicium Dei et quantum ad remissionem pene residue post contricionem, confessionem, absolucionem, sive sit iniuncta sive non. Racio autem quare valere possunt est unitas corporis mistici in qua multi in operibus penitencie supererogaverunt ad mensuram debitorum suorum et eciam multas tribulaciones iniuste sustinuerunt pacienter, per quas multitudo penarum poterat expiari, si eis deberetur. Quorum meritorum tanta est copia quod omnem penam debitam nunc viventibus excedunt et precipue propter meritum Christi; quod et si in sacramentis operatur, non tamen efficacia eius in sacramentis includitur, sed sua infinitate sacramentorum efficaciam excedit. Ideo cum unus pro alio satisfacere potest, sancti autem in quibus superhabundancia operum satisfaccionis invenitur, non determinate pro isto qui non remissionem indiget, huiusmodi opera fecerunt (quia alias absque omni indulgencia remissionem consequeretur) vel communiter fierent pro tota ecclesia, sicut apostolus dicit se implere ea que desunt passioni Christi in corpore suo pro ecclesia, ad quam scribit Corinth. I°. Et sic predicta merita* quamvis *sint communia tocius ecclesie,* tamen papa distribuit ea dispariter, sicut ea *que sunt communia alicuius multitudinis distribuuntur singulis de multitudine secundum arbi-*

10. 11. In textu s. Thomae: multi operibus. 23. huius in codd. sic et in pluribus locis seqq. 25. A: nihil communiter. 27. $A_1$: II. Cor. I. 31. A $A_1$: singularia.

6. Thomae Aquinat. super IV. Sent. l. c. pag. 374. 26. Ad Coloss. I, 24.

*trium eius qui multitudini preest. Unde si quis con-* 203ᵈ B *sequeretur remissionem pene ac si alius pro eo satisfecisset ita quod satisfaccio alterius sibi per eum qui potest distribuatur;* sic de indulgenciis est censendum.

Bonaventura's opinion.

Item, doctor Bonaventura super eadem distinccione, 3 C questione secunda, primo reprobat opinionem de indulgenciis dicentem quod tantum valent ad forum ecclesie militantis sic quod non ad forum ecclesie triumphantis. *Si,* inquit, *prelatus relaxat et Deus non relaxat, tunc est pocius decepcio quam relaxacio, pocius crudelitas quam pietas.* Et patet quod non foret dispensacio sed rebellio. Ideo ad excludendum ab ecclesia Christi fallaciam dicit quod indulgencia sic potest fieri: *Obtinemus,* inquit, *bonum ex triplici merito, scilicet ex merito proprio, ex merito capitis et ex merito ecclesiastice unitatis. Et correspondenter ad istud triplex meritum bonum obtinendi est triplex meritum a malo liberandi, scilicet meritum proprium, ut puta *, meritum contricionis, quo meremur liberari a* 204ᵃ *pena eterna et ascribi ad gaudia sempiterna, sic quod hec duo sunt simul, sicut in angelis gracia et gloria.*

*Secundo modo meritum Christi cooperatur in sacramentis et potestate clavium, et per hoc remittitur pars pene. Et tercio modo fit meritum ad fugiendum malum ex vi unitatis ecclesiastice. Et correspondenter fit triplex pene condonacio, ut sic currat misericordia cum iusticia. Et in qualibet tali condonacione est commutacio maioris in minus, unde pena eterna primo*

6. B in marg.: Nota quomodo percipias teriam (sic) indulgenciarum secundum fautores earum. Numerus distinccionis deest in codd. 15. A in marg.: Bonum obtinemus ex merito proprio, ex merito capitis, ex merito ecclesie unitatis. 17. A in marg.: Bonaventura de indulgenciis (Below 203ᵈ without mark of reference).

10. Lib. IV. Sentenciarum dist. XX, pars II, art. I, quaestio II. Conclusio. Sancti Bonaventurae Opp. tom. IV, pag. 556 (ed. Ven. 1754).

C 204ª *mutatur in temporalem in remissione pene et culpe. Secundo pena temporalis magna et supra vires mutatur in penam viribus competentem in sacerdotis absolucione. Tercio vero commutatur pena ad quam pertinet iudicio ecclesie in minorem relaxacionem in virtute residui meritorum ecclesie.* Et omnia ista originantur ex merito passionis et satisfaccionis Christi, nullibi preiudicando iusticie. Et ita dicit quod *indulgencie fiunt de meritis supererogacionis membrorum ecclesie, quem thesaurum pertinet ad solos episcopos saltem publice dispensare, quia illi sunt vicarii succedentes in loco Christi fratris senioris mortui, ut suscitent semen suum generando sibi filios spirituales.* Et uterque istorum doctorum respondet ad obiectus in contrarium.

The commutation of punishment is due to the satisfaction made by Christ.

Indulgences are to be dispensed only by bishops.

Et illam sentenciam sepe inculcant doctores decretorum ponentes quod indulgencia est liberalis et graciosa donacio de thesauro ecclesie, facta per vicarium Christi peccatoribus pro suis penis ad quas de iusticia obligantur. *Thesaurus iste,* inquiunt, *est habundancia meritorum que multi sancti ultra mensuram debitorum erogaverunt et tribulaciones quas iniuste sustinuerunt; quorum meritorum tanta est copia quod excedit omnem penam debitam viventibus, et precipue passio et meritum Christi, cuius minima gutta sanguinis vel sudoris sufficeret ad expiacionem omnium peccatorum, hec et cetera bona supererogat, que omnia ponuntur in scrinio pectoris Christi tamquam thesaurus ecclesie.* Ista sentencia patet per Willielmum in De Reliquiis et Veneracione Sanctorum, capitulo V°. Et patet

Other decretists maintain this opinion of a treasure doled out by Christ's vicar.

4. commutatur; in codd.: commutacio; Fortasse legendum: commutacio pene. 16. B in marg.: Indulgencia quid sit. 20. B in marg.: Thesaurus ecclesie. 27. supererogata in codd.

8. Dist. XX, pars II, quaest. III (pag. 558). 29. An Wilhelmus Autissidorensis, W. de Monte Laudano, Durantis, de St. Amore, alterve, non video.

quomodo a theologis decretiste sumpserunt istam sen- 204[a] C
tenciam que, si sit infundabilis et principium erroris fidelium, patet gravedo peccati in auctoribus illius ficticie.

I propose to give 1. Arguments in its favour; 2. Arguments against it; 3. My own judgment.

In ista materia sic procedam: Primo fundabo vel D
colorabo possibilitatem et probabilitatem illius sentencie, secundo obiciam multipliciter contra illam et tercio dicam quid videtur mihi probabiliter sustinendum.

In its favour:

a) One man may make satisfaction for another.

Quantum ad primum sic arguo: Deus nedum potest a
de sua absoluta potestate quecunque peccata eciam sine satisfaccione remittere, sed unus potest de communi cursu pro alio satisfacere, et per consequens, Deus potest committere suo vicario potenciam contra quecunque peccata taliter dispensandi. Quo habito suadetur tripliciter quod sic facit, primo quia caput ecclesie pro quo *Christus oravit* Luce XXII°, 32, *ut non deficiat fides sua*, sic pretendit se facere de facto; sed foret error intollerabilis si in isto a fide exorbitet, sicut maxime dampnabilis fatuitas foret membris ecclesie hoc sibi imponere, ergo presumendum est factum istud esse catholicum.

b) Christ gave to Peter full power of binding and loosing.

Item, Matthei XVI°, 19 concessit Christus Petro et b
cuilibet eius vicario singulariter plenitudinem potestatis dicens: *Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celis, et quodcunque solveris super terram erit solutum et in celis.* Cum ergo dominus papa sic solvit et ligat in terris, videtur ex evangelio quod proporcionaliter fit in celis; aliter enim titubaret fides ecclesie.

c) The Pope's acts shew that he declares it catholic.

Item, Deus reliquit unum caput in ecclesia * pro 204[b] c
dubiis decidendis, quod non potest poni nisi Petri vicarius; ergo sibi restat difficultatem istam decidere; sed cum factum suum sit manifestissimus interpres sensus sui, videtur quod in facto docet hoc esse

5. A in marg.: Arguitur pro possibilitate indulgenciarum. 9. A in marg.: Racio. 10. B: absolutus. 17. sic; sicut(?).

D 204$^{b}$ catholicum. Quis rogo iudicaret papam cum conventu suo errare?

Assumptum ergo primi argumenti sic docetur: Oportet ex fide credere quod Christus satisfecit pro omnibus membris suis, sicut ex vi communionis sanctorum quodlibet membrum ecclesie satisfecit pro altero, cum apostolus dicat Gallatis VI$^{o}$, 2$^{o}$: *Alter alterius onera portate;* ergo per idem contingit ecclesiam beatam satisfacere pro viante.

We believe that Christ made satisfaction for all his members.

Item, contingit unum condempnare alterum, ut patet de primis parentibus et multis aliis ex suis capitibus et consociis accusatis. Cum ergo Deus sit pronior ad premiandum quam puniendum, videtur quod contingit unum satisfacere pro alio. Sic enim brachium naturaliter se exponit pro capite; multo magis in corpore Christi mistico, ubi est ligatum forcius, videtur quod unum membrum debet satisfaciendo supportare pondus alterius iuxta istud Apostoli II$^{a}$ Corinth. XI$^{o}$, 29: *Quis infirmatur et ego non infirmor?*

Since one man's sin may hurt another, one may atone for another.

E Item, Deus est liberior ad recipiendum satisfaccionem de suis debitoribus quam servus suus de debitoribus suis, sed homo sepe racionabiliter recipit debitum unius per puram satisfaccionem alterius, ergo contingit Deum liberrimum hoc facere. Si ergo creditor benigne accipit talentum debitum a Petro ex pura satisfaccione Pauli hoc solventis pro eo, multo magis Deus misericors. Si ergo unus in gracia impetrat alteri remissionem culpe, quod maius est, ipse evidencius potest impetrare sibi remissionem pene, quod minus est. Pia ergo consolativa fidelium et honorificativa cleri est ista posicio.

Even men let one man acquit another's debt, much more will God.

Primo ergo concedenda est ista conclusio quod contingit unum satisfacere pro alio. Sed notandum

10. B: contingit e. 13. A: quam ad; ad extinctum est. 32. A in marg.: Responsio conclusio. 33. A in marg.: Quomodo contingit unum satisfacere pro alio. Conclusio concedenda.

Three kinds of satisfaction:
1. Where one does his separate share.
2. Where one helps another to do his part.
3. Where one satisfies entirely for another.

quod hoc intelligi potest tripliciter, primo participative 204b E satisfaciendo pro suo contento, secundo iuvative concausando totam satisfaccionem in omnino altero et tercio per se sine concursu alterius satisfaciendo pro toto debito. Exemplum primi est in assumpcione nature humane per Christum in attomo et complecione primiciarum tocius debiti humani generis pro peccato. Exemplum secundi est quomodo nedum Christus sed alia membra iuvant ad plenam satisfaccionem confratrum; et tercio modo unus satisfacit pro debito particulari alterius particulari creditori. In utraque primarum satisfaccionum oportet debitorem concurrere, ut quamvis Christus fecit se naturam humanam que debuit Deo satisfaccionem pro peccato primi hominis, tamen illa satisfaccio non potuit membris proficere, nisi ex adiutorio capitis se disponentibus active ad suscipiendum medicinam vel saltem ad consolvendum ministracionem debitam, in tantum quod infans unius diei decedens in gracia primo baptizatur flamine, secundo servit Deo meritorie et sic tercio participat fructum celestis medicine.

Christ made satisfaction, but to the profit only of those who join in his work.

Et patet ad primum quod concedenda est conclusio, sed non credamus quod Christus satisfecit pro debito illius ad salutem qui non vult iuvare Christum ad suam satisfaccionem, quia Psalmo LXI°, 13 dicitur: *Tu reddes unicuique iuxta opera sua.* Sic ergo tam militans quam triumphans satisfacit pro viatore indebitato quoad Deum, sed oportet ipsum indebitatum omnimode se ipsum iuvare, quia aliter ipse non solveret quod debebat, et per consequens non fuit

2. contento; in codd. A: $co^{to}$ (cotitato? cf. partem cotam p. 519, l. 6); B: $to^{to}$. 3. B: totalem satisfaccionem. 4. B in marg.: Satisfaccio pro alio tripliciter fit. 6. B in marg.: Christus assumpsit naturam nostram in athomo. 10. confratrum; B: consivium (sic). 18. B in marg.: Apparet quod si infans discedens absque baptismo flaminis adiudicabitur eterne pene propter culpam primorum parentum ipso in persona propria non demerente: per idem posset beatus pro peccante satisfacere peccatore, pro commisso nullatenus satisfaciente. 25. In codd. LXXXI.

E 204b apud Deum illo debito exoneratus, sed unus alius a quo Deus debitum illud exigit, non ab illo. Ideo videat homo si potest esse beatus pure per procuratorem, 204c et tunc * concipiet si potest satisfacere pure per procuratorem; oportet enim percipientem premium persolvere meritum. Unde non foret onus meum, ad quod supportandum alius me iuvat nisi ego debeam satisfacere pro illo. Ideo dicit Apostolus: *Unusquisque onus suum portabit* Gal. VI°, 5. Sic ergo ex vi communionis sanctorum habemus reciproce adiutores, in tantum quod *Dei adiutores sumus* secundum Apostolum I[a], Corinth. III°, 9 seu oportet quod cum adiutorio isto simus cooperatores.

As to the second argument one man's sin cannot cause another's damnation without fault of his own.

Ad secundum argumentum patet quod conclusio est concedenda, sed nunquam potest unus dampnare alium quoad Deum, nisi ipse superaddat proprium delictum, ut patet in materia de originali peccato, et ideo canit fidelis ecclesia quod *nulla ei nocebit adversitas, si nulla dominetur iniquitas*. Quomodo, queso, posset Deus dampnare non reum et per consequens non dampnabilem? Et patet bonitas Dei in hoc quod neminem salvat, nisi quem prevenit adiuvando, nec aliquem dampnat, nisi a quo preveniente occasionem accipit ex peccato. Et patet quod licet brachium se exponat pro capite, tamen oportet caput quodammodo se iuvare. Ideo quamvis quodlibet membrum iuvet aliud ad agendum, tamen nullum membrum supplet omnino alterius membri officium, sed iuvando satisfacit; et sic est de corpore Christi mistico, quia aliter posset Deus omnino eximere hominem a debito servitutis quoad Deum, quod notum est claudere repugnanciam formalem. Ideo sicut Deus in opere creacionis non potest habere naturam coadiu-

14. B in marg.: Istud ut videtur obviat eis qui ponunt infantem discedentem absque baptismo flaminis fore inevitabiliter dampnatum. 20. A in marg.: Soluciones utiles argumentorum supra positorum (Above 204c without mark of reference).

vantem propter solitudinem sue supereminencie, sic creatura non potest opus quodcunque perficere nisi cum iuvamine alterius nature propter per se subieccionem servitutis et essencialem dependenciam a suo principio. Et per hec patet responsio. 204c E

As to the third argument a debt to man is different in nature from our debts to God,

Ad tercium dicitur negando minorem, nam oportet Deum in omni satisfaccione creature sue concurrere et est in racione debiti hominis ad hominem ac in racione debiti hominis ad Deum neganda differencia. Homo enim potest omnino solvi a corporali debito sui ad hominem, quia non est essencialiter debitor sui pro omni bono quod possidet, quia tunc alius foret Deus suus, sed nemo potest omnino eximi a debito Dei sui, quia tunc non teneretur Deo pro esse suo, sed foret Deus simpliciter par cum illo. Ideo ista est condicio obligacionis hominis ad Deum, quod de quanto copiosius et complecius solvit sibi debitum de tanto est obligacior quoad eum, quia de tanto plus boni ab eo recipit. Et hec racio quare homo potest recipere satisfaccionem debitoris sui in vita vel morte eius per procuratorem ipso non cooperante ad hoc. Deus autem non potest recipere a servo suo satisfaccionem pro debito nisi ipse in persona propria satisfaciat adiutus per Deum, et hoc testatur immensitatem libertatis Dei et excellenciam sui dominii, ut non oportet, si homo potest libere ac meritorie exuere se a dominio servi sui subiciendo se sue servituti, quod deitas sic potest quoad servum simpliciter; homo potest relinquere domini superioris vindictam offense non vindicando in persona propria, ergo Deus sic potest; homo potest dimittere culpam non expetendo sibi emendam satisfactoriam, ergo Deus sic potest, et sic de infinitis exemplis attestantibus infirmitatem humani dominii et invincibilitatem dominii divini. Et patet F

which increases the more we pay.

3. B: alterius nec. 8. B in marg.: Raciones debitorum hominis ad hominem et hominis ad Deum differunt.

F 204c quod ista sentencia est pia fidelibus sese consolantibus in domino et non blaspheme exigentibus honorem debitum soli Deo, unde qui putat peccatum com- 204d mutari vel vendi * pro nudo numismate implicat quod Deus vendit a se dominium parificans sibi creaturam a qua non exigit servitutem, et per consequens Deus venderet se ipsum, quia insuperabilem iusticiam, pro vili precio proprio, ut puta, pro minuta, cum pro qualibet parte precii venderet indivisibilem iusticiam que est Deus. Sed quid rogo blasfemius? Ideo si quis peccat in Deum, oportet quod ipse in persona propria expectat satisfaccionem vel satispassionem ab eadem persona, qui in eum peccaverit. Et patet quod primum assumptum est falsum, videlicet quod Deus potest peccata sine satisfaccione dimittere vel communicare vicario suo potenciam vel peccata taliter remittendi vel contra peccata taliter dispensandi. Hoc enim est de regalia propria deitati.

The pardon of sin for money would imply that God sells righteousness,

i. e. himself.

God cannot remit sin without satisfaction.

Et per hec patet responsio ad primum argumentum quo suadetur dominum papam de facto sic facere; non enim pretendit vicarius Christi aut Petri vel sic se posse facere, nisi forte blasphemet et postea resipiscat. Unde signum infallibile foret homini quod sit extra regulam quam Christus suis instituit, nec sit de numero illorum pro quibus Christus tunc oravit, si potestatem talem sibi usurpaverit, nec sollicitor circa facta talia particularia dominum papam vel confratres suos temere accusando, sed scio quod si finaliter consummat in ista sentencia, nec fuit Christi vicarius nec eciam christianus, quia non intravit

Certainly then the Pope cannot,

and he cannot be a Christian if he claims such a power.

1. B: de se consolantibus. 5. A in marg.: Nota de usurpata auctoritate pape. 18. B in marg.: Quid per hoc intelligit, cum dicit: Hoc enim est de regalia propria deitati? cum prius fit responsio de potencia dispensandi contra peccata per satisfaccionem alterius non per sentenciam suam est tenendum quod Deus ipse aut papa aliquis potest contra peccatum aliquod dispensare nisi persona delinquens satisfaciat in persona propria? Quid ergo est illud quod est de regalia propria deitati?

19. Cf. pag. 556, 9.

humiliter per ostium Christum ad tale officium, sed ascendit aliunde violente per tractum regis superbie, et per consequens est, si factum suum sic se habuerit, fur et latro. 204d F

To have Peter's power the popes must follow Peter in humility and service.

Ad secundum argumentum captum ex dicto Christi Matthei XVI° patet ex sepe dictis quod quicunque sic extollitur, vel ad eum de potestate data Petro et eius vicariis, ideo necesse est papas addiscere scolam Petri specialiter in humilitate et ministerio spirituali, quia aliter non est ille qui sic pretenditur, ut patet quadragesima distinccione. Oportet ergo dominum papam circumspicere ut teneat se in limitibus sancti Petri, et specialiter quod notet verba scripture sacre, non usurpando quod ligat et solvit in purgatorio subter terram nec ascendit in celum imperciendo premia beatorum, cum sint insolubiliter limitata, sed oportet quod teneat se virtuose in medio super terram. Et patet quod minor argumenti est falsa, nam unus apostata potest pretendere se sic solvere vel ligare, sed non exhinc sequitur quod sic facit. Ideo (ut sepe dixi) oportet dominum papam cavere de modis sophisticis. G

The head of the Church is Christ's divinity;

Ad tercium argumentum dicitur quod minor est falsa, cum deitas Christi, scriptura sacra et beatus Petrus relicti sunt in ecclesia militante ad ipsam regulandum et eius dubia decidendum, que tria secundum singulum non sunt vicarii sancti Petri. Christus enim in ascensione sua dereliquit humanitus deitatem suam in terris, sed non divisit, cum copu-

1. Per ostium Christum; conferas Johannis X, 7. B in marg.: Ex hiis verbis innoscit (sic) quis dicendus sit Christi vicarius secundum eum. 8. et eius vicariis. Hoc loco aliquot verba excidisse videntur. 8. addiscere; B addicere. 21. A $A_1$: Ideo — sophisticis deest. 23. A in marg.: Nota quis debet dubia ecclesie decidere? 27. singulum; A B: singlm. 28. B in marg.: Christus in sua ascensione dereliquit humanitus deitatem suam in terris sed non divisit.

5. Cf. pag. 556, 22. 11. Decreti prima pars, dist. XL, capp. VI et VII. 23. Compare pag. 556, 30.

G 204[d] latus est sibi ypostatice, ubicunque fuerit humanitus, et ipsa deitas est caput ecclesie. Christus autem humanitus reliquit testamentum suum in terris per quod voluit suam ecclesiam regulari, nec voluit quod crederetur alicui Petri vicario, nisi de quanto vivit et docet conformiter illi legi.

*And Christ has left his testament to guide us.*

Unde quicunque sacerdos ecclesie post mortem Petri vivens et docens testamento illi conformiter potest racionabiliter dici Petri vicarius, sed specialiter ille qui vivit Petro conformius et ad istam doctrinam testamenti Christi similius; et ille supponitur esse Romanus episcopus, sed in synodis pro dubiis decidendis non est credendum cuicunque vianti, nisi de quanto dictum suum fundaverit in scriptura. Unde 205[a] non est credendum quod fides catholica * vel in veritate que creditur vel in habitu ecclesie catholice dependet ab ista persona, cum sit errabilis et de possibili non membrum ecclesie. Ego autem non sollicitor quid papa facit vel loquitur, cum scio quod nec sibi nec alicui istorum doctorum credendum est nisi de quanto se in scriptura fundaverit, cum in ipsa sit omnis veritas proporcionaliter, ut est necessarium ipsam nosci (ut patet secundo De Doctrina Christiana in fine). Unde sepe miratus sum quomodo aliquis istorum trium doctorum fundaret supradictam sentenciam in scriptura. Scimus autem quod papa cum cetu cardinalium eciam in materia fidei sepe errat, sed supponendum est quod scriptores bullarum papalium vel examinatores aut falsi suggestores sepe falsificant bullas suas, sicut noverunt auctores scripture de multis indulgenciis, de multis collacionibus

*In things doubtful the only authority is Scripture.*

*The Pope and Curia err, and their bulls are often falsified.*

13. B in marg.: Quale est premium accibile bonorum? 24. A in marg.: Augustinus. 24. A $A_1$: sepe deest. 25. B in marg.: Sanctus Thomas, doctor Bonaventura et Wilhelmus de reliquiis et veneracione sanctorum. 27. B: cum cet.

24. Aug. Opp. tom. III, p. I, pag. 44.

prefecturarum et de multis privilegiis et terroribus 205a G censurarum; ideo tales apud Deum incurrunt penam falsarii et sunt apud potentes, scientes et ordinate volentes notabiliter renotandi. Caput ergo ecclesie Christus cum scriptura sua et sanctis doctoribus debet esse regula ecclesie in dubiis decidendis.

Secundo principaliter restat obicere contra fictas H indulgencias, et primo contra sentenciam que imponitur sancto Thome, quia in ista materia concordant doctores alii, tam decretiste quam theologi.

The merits of Christ and his Saints are things past,

Primo (inquam) videtur quod supererogata merita 1 Christi et membrorum suorum olim transierunt, et per consequens vel non sunt vel, si sunt pro suo tempore, sunt extra potestatem ordinariam iam superstitis Romani pontificis. Quid (queso) valet fingere quod iste Gregorius XI. ordinavit et instituit ut ymmolacio Ysaac et cetera merita patrum tantum precedencium in utroque testamento valeret ad ordinacionem suam cognato suo iam mortuo? Non enim valet fingere mendacia infundabilia propter extollenciam potestatis. Quomodo (rogo) est copia meritorum que non sunt,

and so beyond our power.

aut quomodo tam determinate lapsa in preteritum cum omnibus suis appendiciis sunt in potestate nostra, cum omnis actus quem nos ipsi fecimus preteriit potestatem nostram? Quomodo ergo distribuit ipse ista opera que non sunt in potestate sua? Nec valet fingere quod distribuit fructus istorum operum, quia illi non sunt nisi premia que sunt beatitudines quas non est in potestate sua a beatis auferre vel peccatoribus donare, quia tunc bonificaret eos, quod foret deliramentum asserere.

Item, omnibus beatis diffinitum est a Deo premium 2 beatitudinis correspondenter ad omnia merita sua,

1. A (ut saepius): pravilegiis. 5. A $A_1$: sciencia doctoribus. 7. A in marg.: Secundum principale. 11. A in marg.: Hic arguitur contra fictas et falsas indulgencias. 12. B: transierant. 18. B: ad ordinacionem — propter deest. 32. A $A_1$: districtum est a Deo.

H 205a que adhuc manent in fructu, sed aliqua merita, requisita ad beatitudinem patriarcharum, non subiacent potestati huius Gregorii sic distribuere racione premii ex eis limitati; ergo nec alia. Assumptum patet, tum quia nihil est ociosum in meritis beatorum, tum quia beati habent gaudium et sic premium accidentale de quocunque bono quod fecerint. Minor autem sic ostenditur: In facta distribucione meriti stricte requisiti ad beatitudinem essencialem dimineretur de illa beatitudine correspondenter, quam iniuriam non potest papa facere, sicut nec Christus potest concives suos sic depauperare. Sed dicitur quod meritum beatorum, cum sit spirituale, non excommunicacione tali minuitur sed pocius perficitur. Sed (rogo) ad quid limitantur tunc merita supererogata ultra mensuram debitorum suorum vel superhabundanciam meritorum, cum merita stricte ad beatitudinem requisita eque sufficerent ad distribucionem huius faciendam, aut quomodo est necessarium ponere 205b nunc * tantam copiam talium meritorum? Videtur multis fidelibus quod non est modo numerus talium meritorum, vel aliter omnia illa et longe plura si fierent non sufficerent ad aliquem gradum beatitudinis promerentis, nisi quod Deus ex infinitate gracie sue acceptat merita illa de congruo.

God has rewarded the Saints according to their merits.

To distribute the merits would be to diminish the rewards.

Merits would not suffice to the Saint himself but for God's grace.

I 3 Item, iuxta istam sentenciam sequitur quod potestas iudiciaria cuiuscunque pape se extendit ad omnes animas in purgatorio et omnes beatos in celo; consequens impossibile, et consequencia sic probatur: papa eciam prescitus habet potestatem ad imperciendum merita bonorum cuicunque et quandocunque voluerit, ut dicit posicio; sed longe minor potestas sufficit ad fundandum iudiciariam potestatem, ergo papa habet iudiciariam potestatem super beatos eciam super Christum. Potest enim facere quod beatus

The power claimed makes the Pope judge of all souls, even in purgatory and heaven;

2. B: requisita — potestati deest.

mereatur cuicunque affecto suo quantumcunque 205b I
voluerit, quia potest dare sibi meritum alterius, quod est idem. Ille enim qui habet potestatem super tam secretum thesaurum anime habet potestatem super personam quoad inferius corporale; in cuius signum Deus dedit dyabolo potestatem primo super substanciam beati Job, secundo super corpus. *Verumptamen,* inquit, *animam eius serva,* Job II°, 6. Et multo evidencius sequeretur quod papa preest cuicunque spiritui in purgatorio vel dampnato, et hoc videtur doctorem intendere, cum dicit quod bona communia multitudinis distribuuntur singulis de illa multitudine secundum arbitrium eius qui illi multitudini preest, et multo evidencius sequitur quod papa preest dampnatis, cum preest personis dignioribus, ut puta, purgandis spiritibus et beatis; qui enim habet potestatem cassandi opus dyaboli et tollendi ab eo predam quam tantum appetit, habet potestatem in eum, sed papa habet potestatem ad dandum quantamlibet indulgenciam captivo dyaboli, ne sufficiat amplius valere in eum, ut dicitur. Dicitur et Luce IX° quod Christus dedit discipulis potestatem super omnia demonia, sed nimis ampla foret pape iurisdiccio, qui instar Christi habet potestatem super multitudinem celestium, terrestrium et infernorum.

much more in hell.

Ex istis colligitur, cum tot inconveniencia sequuntur 4
ex dicta palliacione potestatis papalis, quod radix istorum inconveniencium foret fidelibus venenosum. Quod autem ista sint inconveniencia, patet primo a
ex hoc quod secundum apostolum Roman. XIII°, 1 *non est potestas nisi a Deo.* Ipse autem non reliquit in lege sua papis huiusmodi potestatem, ergo non est fingenda, nam per idem foret infinitum amplianda.

All powers are of God, who has left no such power to the Pope.

Secundo per hoc quod pape singuli citra Christum b
sunt paris potestatis; cum ergo par in parem non

8. In codd.: Job primo. Correxi. 21. B: Et Luce IX° dicitur.
32. huius in codd.

I 205b habet imperium, videtur quod papa superstes non habet potestatem super omnes papas in purgatorio et in celo. Illi enim sunt excellenciores quia Deo propiores et cariores. Ideo oportet quod papa superstes serviat eis et non imperatorie concedat quod Petrus vel alius beatus mereatur amico suo quantumcunque sibi placuerit limitare.

An undue power is claimed for the actual Pope over his predecessors.

K c Et tercio per hoc quod papa superstes non habet tantam potestatem super corpus vel opus proprium, ergo multo magis non super opus Dei tam sibi alienum; homo enim quadam naturalitate dominatur super actibus et operibus propriis, nec autor nature dedit pape potestatem adversantem ordini naturali.

The Pope might appropriate all merits to himself;

Assumptum patet ex hoc quod tunc posset facere opus suum esse quantumcunque meritorium sibi 205c placuerit, quia limitare beatis quod sibi assisterent * quantumcunque voluerit promerendo. Stultus enim foret qui propter fastum vel questum plus benefaceret alteri minus digno, quam eciam benefaceret sibi ipsi, et si dicatur quod potestas non datur ut sic benefaciat sibi ipsi, patet quod Deus dat potestatem solum ad bonum suo predestinato. Ideo daret suo vicario potestatem, ut sibi retribuat tantum bonum. Sed Hostiensis (ut recitavi superius) horrebat istam ficticiam, quia certum videtur quod, si haberet tantam potestatem super demonia et super cunctos subditos suos quoad corpus et animam, haberet eciam potestatem super eorum substanciam, et tunc multi pape (ut creditur) fecissent miracula, mandando spiritibus afferre sibi thesauros absconditos et acquisivissent sibi dominia adeo affectata. Sed (ut innuitur Act. III, 6), quia Petrus non habuit possessionem auri vel argenti, ideo habuit potestatem sanandi

and would have demons at his service.

10. B in marg.: Item, difficile videtur dicere quod talia merita bonorum in patria que dominus papa pretendit se impertiri secundum votum suum adhuc remaneant irremunerata, saltem cum dominus premiat ultra condignum et punit citra.

infirmum, sed Simon, quia affectabat temporalia, 205[c] K caruit apostolica potestate (ut patet Act. VIII°). Apostoli enim denudati ab affeccione temporalium habuerunt super eis spiritualem potestatem atque dominium.

We do not know that these merits have not been assigned;

Item, secundum doctorem beati non fecerunt determinate huiusmodi superhabundancia opera satisfactoria pro isto vel isto qui remissione indiget, ideo restat ut Deus derelinquat vicario suo in terris distributivam potestatem illius thesauri egenis ecclesie; sed illud videtur multipliciter palliatum, ergo posicioni deficit fundamentum. Minor probatur primo, per hoc quod eque probabiliter contingit sompniare quod tales beati determinate fecerunt ista opera supererogacionis pro illo qui eis participet, sicut quod reliquit papam, quod ipsa distribuat; ideo videtur peti ignotum per ignocius. Secundo quia dicti sancti fecerunt opera sua ex maiori gracia quam fuit illa in qua communiter vivunt pape, ideo verisimile est quod fecerunt ipsa principaliter pro ecclesia, relinquendo distribucionem divino arbitrio; hoc enim est habilitatis, sapiencie et necessitatis. Sed tunc fecissent determinate pro illis ad quos Deus limitat, ergo verisimile est quod meruerunt determinate pro illis, et hoc est certum quoad determinacionem divinam cui oportet stare.

as indeed they probably have been by God.

God has preordained who is to profit by them, so the Pope's decree is superfluous.

Tercio, quia beati vident continue in verbo quibus L merita sua proficient, sicut eternaliter Deus necessario limitavit quibus proficient. Sed Deus nichil facit superfluum sive inconsonum, ergo non reliquit potestatem suis vicariis ad ista suffragia distribuendum. Superfluum dico, quia eo ipso quo Deus ordinat vel limitat quod isti vel isti proficiet sancti suffragium, eo ipso sic proficiet et aliter non, quomodocunque papa decreverit. Ideo foret omnino superfluum relinquere pape huiusmodi distributivam potestatem; non enim sapit quod super decreto pape

6. and 34. huius in codd.

L 205c in talibus dependet ordinacio Dei eterna, intuicio benefica vel premiacio Dei iusta; superflua itaque foret potestas propter cuius officium nec maius nec minus contingeret.

6 Item, Deus propter nullam magnificenciam papalis potencie preiudicat sue iusticie, sed hoc contingeret data ista potencia, ergo illa non est fingenda. Minor sic probatur: Papa sicut tota ecclesia militans errat in multis que concernunt divinum iudicium et statum ecclesie triumphantis, sed inter alia archana huiusmodi hoc est unum, quis quante sit dignus ecclesiastico suffragio quoad Deum, ergo stat papam communiter errare in talibus. Ideo ergo * oportet

The Pope cannot judge worthiness in God's sight; therefore either

205d concedere quod eo ipso quo papa concedit alicui tantam indulgenciam eo ipso sic habebit, vel aliter non obstante concessione pape precise tantum participabit quantum dignus fuerit aput Deum, vel aliter quod papa generaliter intelligit istam condicionem in concessione sua qualibet, ut oportet. Prima pars est omnino impossibilis, implicans papam illum non posse peccare vel errare, et sic papa per se habilitaret et iustificaret subditum quoad Deum; quod foret blasphemum dicere. Ideo restant secunda via et tercia concedende; sed constat non oportere sumptuose acquirere tales bullas, quia illis subductis homo precise tantum participabit de merito quantum fuerit habilis apud Deum. Et quantum ad clausulam positam in bullis, quod datur tantum spirituale suffragium vere contritis et dignis apud Deum, vel de tanto absolvitur de quanto claves ecclesie non errantes permiserunt, videtur quod quilibet fidelis haberet hoc privilegium sine bulla, et quod quilibet sacerdos posset tante absolvere, et sic absolucio a

*a)* his indulgences take effect without worthiness in the recipient; *b)* the recipient profits simply according to his worthiness; *c)* this condition is implied in the indulgence.

*a)* is blasphemous *b)* and *c)* make indulgences useless.

So the conditional clause in bulls makes them merely superfluous.

10. huius in codd. 14. sic habebit sc. si dignus sit ecclesiastico suffragio quoad Deum. 15. non non in codd. 18. B: in concesso est sua. 23. Codd.: concedenda. 32. B: caute absolvere.

4. Cf. Hus, Opp. tom. I., 183b.

pena et culpa introducta in opinione populi foret 205[d] L simplicium seductiva, et sequeretur utraque conclusio quam doctor reliquit ut inconveniens, scilicet quod absque omni tali indulgencia dignus apud Deum remissionem proporcionaliter sequeretur et indulgencie communiter fierent pro tota ecclesia. Profectum enim tocius ecclesie debet papa primo intendere et distribucionem premii iudicio divino relinquere, ut oportet.

*It follows that a man is not the better for soliciting indulgences.*

Ex quibus videtur quod non est altrinsecus valde M meritorium instare penes papam pro indulgenciis huius acquirendis, quia vel oportet dicere quod racione huius occupacionis fit homo dignior apud Deum, quam foret omittendo talem instanciam, vel aliter quod ad habendum affectatam indulgenciam foret concessio vel bulla papalis indifferens. Primum non dabitur propter tria: Primo quia apostoli, quos spiritus sanctus docuit omnem veritatem, culpabiliter omisissent occupacionem tam meritoriam pro indulgenciis impetrandis; secundo quia tunc papa prorogaret concessiones huiusmodi, ut subditus diucius continuet in vita tam meritoria; et tercio facta tota diligencia tantum valeret petenti nec habere concessionem pape vel bullam sicut papam concedere vel bullare, et sequeretur tercium membrum quod multa officia clericorum papalium condempnarent. Tales multas evidencias cogitare possumus per quarum obiecciones et soluciones veritas catholica declaretur.

*The power ascribed to the Pope is infinite.*

Ulterius fiunt argumenta communia contra omnem theologorum et decretistarum sentenciam in hac parte. Videtur enim, primo quod potestas pape sit potencia infinita; nam papa habet potestatem ad concedendum indulgencias infinitis personis per infinitum tempus duraturas, ergo infinitum maioris potencie est quam episcopus, qui solum quadraginta dies solum finitis subditis potest concedere.

11. B: hius. 27. B: obiecciones soluciones.

M 205[d] Consequencia patet ex hoc quod penes hoc est potestas maior, cum omnes ille sint univoce consimilis speciei; et antecedens videtur, tum quia super totum thesaurum ecclesie dominatur papa, qui thesaurus est quodammodo infinitus, tum quia non est dare quot personis potest papa thesaurum illum distribuere nec ad quantum.

He should use it freely or he is guilty of the death of those whom he might save.

2 Item, videtur quod papa debet ex consciencia facere generaliter illud opus misericordie spiritualis, 206[a] nam potens relevare * fratrem suum et inexcusabiliter differens usque ad mortem corporalem fratris sui est reus homicidii, ergo multo magis differens liberare fratrem a morte spirituali, cuiusmodi est quicunque papa avarus de indulgencia generali; nec valet dicere quod potestas prelati in isto vilesceret, quia generaliter potentatus ex beneficii percepcione fit carior. Quam ergo excusacionem haberet qui a dampnacione perpetua posset proximum liberare quem debet diligere ut se ipsum, et tamen sine racione omittit? Numquid ille cui preceptum est eciam in sabbato extrahere bovem fratris de puteo non incurret prevaricacionem, si negligit liberare animam proximi ab inferno? Si ignorancia voluntatis divine excusat, quomodo alicui concedere talem indulgenciam papa temptat?

N Item, posito quod dictus papa Gregorius laxet ad tantum plenitudinem potestatis quantum Deus permiserit, et potestas sibi data suffecerit ad iuvandum spiritus in inferno, in purgatorio et hoc mundo, et sic concedat cuicunque presbitero plenitudinem vicarie potestatis ad absolvendum et indulgendum generaliter tam vivos quam mortuos, quantumcunque claves ecclesie permiserint, casus non videtur ne-

8. B in marg.: Quid sonat verbum legistarum, scilicet quod dominus papa non remittit regulariter secundum partem quantam sed quotam. vid. pag. 752, l. 30. 13. B: fratrem deest. 29. B: Et dic.

8. Cf. Hus, Opp. I, 184[a].

gandus, quia tunc dictus Gregorius non foret precise tante potestatis quante foret papa alius post vel ante, ymmo non precise tante potestatis quante ipsemet foret, quia non foret dare in eo maximam potestatem nec aliquam parcialem potestatem (ut patet in materia De Maximo et Minimo). Admisso ergo casu videtur quod omnes spiritus liberarentur de inferno et purgatorio, et omnes viantes forent in gracia finalis perseverancie confirmati. Nam thesaurus ecclesie cuius accepit plenam dispensacionem est infinitum plus bonus quam habitus sibi oppositus est malus, et limitatur secundum sui ultimum ad agendum; ergo extingueret totum malum. Quis ergo argueret talem papam de imprudencia qui destrueret totam mundi maliciam, restituendo seculum aureum, ut in statu innocencie? Et cum quo Deus tam efficaciter concurreret approbando? Excitandus ergo foret papa ad tam instanter proficiendum ecclesie, si non diffidit, sed confidit in plenitudine potencie quam pretendit. 206ª N

*With full use of his power he might restore the golden age.*

Item, dominus papa potest remittere medietatem vel terciam partem tocius penitencie aut quamcunque partem eius aliquotam (ut dicit ista posicio et perdoniste preconizant) in patria, sed si hoc potest tunc potest totalem penitenciam omnino remittere, et sicut de una persona, sic de totali ecclesia; ergo potest preservare totalem ecclesiam ab omni pena purgatorii vel inferni. Hic dicunt decretiste communiter quod papa non remittit regulariter secundum partem quantam sed quotam, ut tetigi per Hostiensem superius et recitat glossa in decretis, XIIIª, q. IIª, super capitulo *Tempus;* et ista scola videtur

*If the Pope can excuse a part of penance he can excuse all.*

8. A $A_1$: forent magna. 13. Quis; codd.: quia. 17. approbando (?); A B: app(ı)ndo. 28. A B in marg.: Responsio decretistarum.

31. 32. Decreti sec. pars, causa XIII, q. II, cap. XXIII.

N 206[a] sompniata ut populus habeat continue aliquid redi-
mendum. Contra istud queritur, primo utrum papa
potest de plenitudine potestatis sue pro quocunque
opere eque meritorio in persona habente tantum de
culpa et eque capaci venie tantum peccatum remittere?
Si potest, pono quod concedat cuicunque vere confesso
et contrito facienti elemosinam ut quatuor, remis-
sionem peccati ut quatuor, et indulgenciam ut qua-
tuor, et pono insuper quod quilibet peccator iam
militantis ecclesie multiplicet elemosinas, quousque
206[b] totum peccatum suum sit dimissum et pena remissa, *
sicut faciliter hoc ordinato posset contingere. Illo
ergo statuto pro lege perpetua faciliter excluderetur
dyabolus a punicione hominum in inferno et tolleretur
omnis punicio in purgatorio, et per idem liberarentur
per tales indulgencias mortui puniti vel in purga-
torio vel inferno.

*To say that the remission must always be partial derogates from the divine power.*

O Si dicatur quod papa non potest statuere talem
legem, sed oportet ipsum proporcionaliter semper
a remittere, videtur primo quod hoc derogat potestati
divine, quod Deus personis eque dignis non potest
tantam mercedem tribuere pro meritis paribus, ut
Petro habenti peccatum ut octo in purgatorio vel
inferno potest dare remissionem pene et culpe ut
quatuor pro elemosina viatoris dantis pro eo dena-
rium. Paulo autem ibi detento pro peccato ut quatuor
non posset dare cum illis paribus remissionem pene
et culpe ut quatuor pro tanta elemosina in via facta
pro ipso, quia tunc posset Deus communicare pote-
statem talem eius vicario, ut omnino absolveret a
pena et culpa tam vivos quam mortuos. Sed constat
quod primum assumptum sequi ex opinione claudit
b contradiccionem; secundo videtur istam sentenciam
derogare potestati papali, quia, si lex ligat papam

1. A: habeant. 2. A in marg.: Questio. 18. A in marg.: Responsio quedam.

*The Pope cannot assign arbitrary value to certain alms.*

quod potest facere maius et non minus, quomodo concederetur legi sue, quod taxat ad votum pro quantumcunque parva elemosina remitti quamcunque partem aliquotam pene vel culpe? Numquid eo ipso quo ipse dicit terciam vel quartam aut quamcunque aliam partem penitencie indultam pro denario sequitur quod sit ita? Numquid oporteret quod previe subsit racio apud Deum? Ubi ergo est evidencia maioris racionis laxandí, est evidencia maioris potestatis ad hoc et econtra de irracionabilitate, ut repugnat prime racioni, per quam oportet omnes indulgencias fieri, quod hic sint infiniti puniti; quorum primus est aliqualiter capax venie secundum dignitatem habitam a Deo, secundus vero in duplo capacior et sic in infinitum, et tamen proporcionaliter ut fit maior elemosina pro magis capaci quoad Deum, habet ex taxacione pape minorem efficaciam ad peccatum vel penitenciam remittendum. Tales multe conclusiones impossibiles sequuntur ex potestate pape taxandi penas et peccata hominis suffragandi ad suum placitum et ex casibus calculatoriis quos ista scola habet admittere. 206b O

*If each indulgence can remit a part, a succession must remit the whole.*

Tercio videtur quod subiacet potestati pape omnino absolvere tam vivos quem mortuos a pena et a culpa, et pono quod sint infiniti homines et infiniti denarii sive simul sive successive creati et adnichilati de Dei potencia absoluta, et iniungat papa primo illorum quod det primum denarium pro delenda prima parte penitencie Petri; secundo autem iniungat quod secundus det secundum denarium pro delenda secunda parte sue penitencie, et sic in infinitum. Et patet quod in fine foret tota penitencia Petri deleta.

Et si dicatur quod tales casus sunt ymaginarii solum possibiles de Dei potencia absoluta, revera sic potestas ficta de concessione indulgenciarum est P

2. A $A_1$: crederetur. 7. 8. B: prime subsit. 33. B: casus sunt ymaginum.

P 206[b] imaginaria non colorabilis, nisi Deus specialiter assistat iuvando iuxta suam potenciam absolutam, et sibi foret facile dare potenciam vel subito vel successive laxandi peccata vel penam capacibus pro merito maiori vel minori; nec est viator cercior de uno quam reliquo, ut si Deus statuat quod per primam partem proporcionalem dati meriti remittatur prima 206[c] pars proporcionalis pene date * vel peccati, et per secundam secunda, et sic infinitum, tunc papa faciens isti conformiter ex sciencia et potestate sibi data posset absolvere quemcunque peccatorem a pena et culpa, et eque probabiliter posset unum fingi ut reliquum, cum toti isti materie deficit fundamentum.

Our cases are said to be fanciful, but all this papal power is a mere fancy.

Item, videtur quod quilibet sacerdos potest facere indulgencias, nam quilibet sacerdos habet parem potestatem ordinis cum quolibet et ipso existente in gracia habet potestatem super thesaurum ecclesie. Ergo cum aliter populo digno preest, videtur quod ipse et ex parte sui et ex dignitate potest eis aliquam indulgenciam impertiri. Nam quadraginta dies quos dat episcopus non limitant minimum gradum indulgencie, quare ergo non posset inferior curatus dare unus viginti dies et alius decem vel varie secundum quod Deus decreverit?

Every priest should have power of indulgence.

a Confirmatur primo ex hoc quod ante publicacionem huius materie habuerunt ecclesiastici potestatem ut modo, sed tunc non fuit racio, quare papa potest pro infinitum magno tempore indulgere; quicunque autem episcopus pro anno vel quadraginta diebus et non aliter; ergo nec modo subest racio quoad Deum, nec potest fundari racio huius variacionis nec est vicarius Petri istius potestatis ut generaliter sit dignus dicere:

*Sic volo, sic iubeo; sit pro racione voluntas.*

Formerly the Pope did not claim this excessive power.

10. B: possent. 33. B in marg.: Versus. 33. Recte: Hoc volo, sic iubeo.

34. Iuvenal. Sat. VI, 223.

**The power of absolution implies the power of indulgence.**

Non ergo sequitur: Ecclesia non decrevit tali curato 206c P licenciam indulgendi, ergo non habet licenciam, quia tunc nunquam incepisset ecclesia habere talem licenciam; similiter quilibet habens licenciam absolvendi habet licenciam commutandi penam temporalem pro pena perpetua quam confitens aliter supportaret, sed cum hoc sit indulgere, videtur quod quilibet sacerdos habet infinitam potenciam indulgendi. Non enim videtur racio quin in foro penitencie abscondito fiunt indulgencie, sicut fiunt extra in foro arbitrii per bullas publice proclamate. Nec est racio quin tantum valeant, cum fiunt utrimque devocius, humilius et legi Christi conformius; absolvens ergo preest ecclesie, et ad utilitatem ecclesie intendit efficaciter quod certa persona habeat remissionem grandis debiti pro parva satisfaccione. Sic enim potest diaconus, vel legatus secundum potestatem iurisdiccionis que est inferior potestate ordinis subditis indulgere.

**The laity may give indulgence to the clergy.**

Et ex istis tercio videtur quod quilibet de populo Q potest indulgere suo prelato, quia debita largissima sibi dimittere, et hoc est secundum modum loquendi scripture indulgere. Nam sicut apostolus dicit Rom. I, 14, quod *Grecis vel Latinis est debitor,* ita videtur quod dominus papa sit debitor ad serviendum et spiritualiter proficiendum cuilibet christiano, et illud debitum videtur eo maius quod Deus ad hoc obligat sub pena gravissima, et illud quod debetur foret preciosius debito corporali. Si igitur ille potest in debito isto deficere, et Christus docet Matthei VI, 12: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris,* videtur quod subditi possunt eciam pape copiosius indulgere. Ymmo videtur quod prelati maxime indigent indulgenciis laycorum, nec est indulgencia tantum sacramentum, quin laicis possit com-

3. B: ecclesiam. 17. B: iurediccionis. 22. Ad Rom. I, 14 Grecis ac Barbaris. 34. totum sacramentum.

Q 206c petere, quomodocunque fundabiliter terminus sit descriptus, quod laici possunt eis relaxare debitum spiritualiter ad utilitatem ecclesie, racione cuius rela-
206d xacionis * Deus graciose coassistet, dimittendo peccatum et pene debitum, quod contingit Deum facere ad instanciam layci efficacius quam ad instanciam istius prelati qui blaspheme aut sacrilege vendicat aut vendit vel saltem pretendit se facere quod Deo non potest competere. Nam danti pecunias vel eis equivalens datur indulgencia quantumcunque laxa sive pro vivis sive pro mortuis quantumcunque incapacibus, sed egeno vel pauperi evangelice non dant indulgencias pro opere virtuoso, cum tamen quelibet virtus vel meritum sit infinitum prestancius quam totus thesaurus huius mundi et plus dignificat hominem ad habendum indulgencias quoad Deum, quia illa per se et alia solum per accidens.

God may pardon rather at the instance of a layman than of a wicked prelate.

b Item, videtur quod vel forma indulgenciarum est falsa vel indulgenti ambigua; nam indulgencie indifferenter conceduntur vivis et mortuis, sed sepe contingit quod non valeant illis vel non tantum valeant, eo quod sunt inhabiles quoad Deum. Ergo forma indulgenciarum sepe implicat falsum; et idem patet de impetrante indulgencias eciam plus quam centum millia annorum, quam largicionem vel oportet esse falsam vel diem iudicii adeo prorogari vel indulgencias valere in inferno post diem iudicii. Sed due posteriores partes sunt inopinabiles, ideo relinquitur prima pars, videlicet quod forma indulgenciarum sepe sit inutilis et falsa.

R Nec valet dicere quod subintelligende sunt condiciones capacitatis personarum quoad Deum pro quibus indultum est, quia talem promissionem posset quilibet de vulgo secure facere cuicunque, ut certum est quod omnis dampnatus habebit plenam remis-

If remission depends on worthiness, bulls are superfluous.

15. B: plus significat. 18. 19. A: forma falsa vel.

sionem si dignus fuerit et habilis ad tantam veniam 206[d] R quoad Deum, et aliter indubie propter concessionem Petri vicarii non habebit indulgencie plus vel minus. Ymmo videtur quod talis arroganter presumens dare tales indulgencias non sit procurator idoneus, ut ad sui peticionem Deus sit debitori magis propicius, quia in re concedit servus Dei, sepe sibi odibilis ex peccato quod Deus indulgebit suo affecto remittendo culpam et relaxando penam. Sed quomodo faceret Deus misericordiam ad tam luciferinam et tam infundabilem concessionem unius servi tam indigni? Revera melius foret quod vel doceret in hoc vicariam potestatem vel teneret se in limitibus sancti Petri. De Petro autem non plus sequitur: *Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celo,* ergo Petrus habuit potestatem ad taliter relaxandum penas tam in vivis quam mortuis in purgatorio vel dampnatis, quam sequitur: Christus dedit Petro illam potestatem ligandi et solvendi, ergo si Petrus voluisset insurgere contra Christum et membra sua, excommunicando eos et plene indulgendo membris dyaboli, ergo oportuit fuisse in celo apud Deum taliter diffinitum. Unde omnes fideles concedunt quod omnis potestas concessa Petro vel eius vicario limitata est quod humiliter et conformiter pareat Deo; ex cuius conformitate capit de tanto virtutem et ex eius deformitate capit tam prepositus quam subiectus seduccionem. Et hec racio quare Petrus et alii divinitus inspirati non magnificarunt potestatem suam ultra limites quos Deus instituit, sed precise ad tantum solverunt et ligarunt ad quantum docti sunt Deum solvere vel ligare. In ambiguis vero vel tacuerunt * vel 207[a] condicionem secundum quam oportet Deum princi-

Even Peter could bind and loose only in accordance with God's will,

which he knew by divine inspiration.

26. B: et eius. 30. solverant in codd.

13. Cf. Hus. Adversus indulgencias papales Opp. I, fol. CLXXXVI[b]

R 207ª paliter solvere expresserunt. Unde sanctus Thomas conclusione secunda articuli tercii, d. XX, quarti libri movet dubium, utrum indulgencie tantum valent quantum pronunciantur, et arguendo ad partes recitat opinionem quadruplicem. Quarum prima dicit quod indulgencie non tantum valent quantum pronunciantur, sed ecclesia ad hoc ita pronunciat, ut quadam pia fraude homines ad beneficienciam et honorificenciam alliciat, sicut mater promittens false filio pomum vel aliud delectabile ad ambulandum provocat.

St. Thomas enumerates four opinions as to the value of indulgences.

The first makes them a pious fraud,

S Sed (ut dicit) periculosum est sic dicere, primo quia scola ista est patris mendacii, sed Job XIII°, 7 dicitur: *Numquid Deus indiget mendacio vestro, ut pro eo loquamini?* Item, sic dicens peccaret in se mortaliter et daret occasionem diffidendi de quocunque dicto vel facto prelati ecclesie. Nam Iª Corinth. XV°, 14 dicit Apostolus: *Si inanis est predicacio nostra, inanis est et fides nostra.* Talis autem falsum predicans dampnabiliter evacuat a se fidem. Et pro secunda parte beatus Augustinus epistola decima nona probat beato Jeronymo quod, si in scriptura sacra deprehenderetur aliquid falsitatis, robur auctoritatis scripture periret. Item, cum promittens donum spirituale magis obligatur ex promissione quam promissione corporalis pecunie, sequitur quod episcopus literatorie sic false promittens indulgencias obligat se ad solvendum thesaurum Deo. Caveat ergo episcopus de indiscreta et presumptuosa obligacione ad dandum thesaurum domini, quia hoc videtur magis dampnabile quam talentum Dei abscondere,

and is to be rejected.

17. A B: Cor. XV. 21. A in marg.: Augustinus ib. in codd. epistola IX. Correxi. 28. A $A_1$: thesaurum domini.

2. S. Thomae Summa theol. Supplem. tertiae partis, questio XXVII. Opp. tom. VI, pag. 76. 21. Opp. Aug. tom. II, pag. 190. Epistola LXXXII (alias XIX).

quia sic false promittens superbe mentitur de Christo, 207a S cum Corinthiis dicit Apostolus: *Si quid donavi in persona Christi.* Quilibet ergo episcopus dicit in literis suarum indulgenciarum implicite quod Christus de thesauro domini tantum donat. Et patet ex dictis de mendacio quod non maior posset esse prelatorum defamacio vel ecclesie scandalizacio quam dicere quod in causa Dei ad seduccionem fidei populi prelati tam alti tam patule menciuntur.

The other three agree that their value depends on their being rightly given.

Ideo tres alie opiniones vere dicunt quod omnes T indulgencie tantum valent quantum sunt rite promulgate. Sed una dicit quod valor earum attenditur penes fidem et devocionem indulti. Alia vero dicit quod valor indulgenciarum attenditur penes iustam estimacionem valoris rei date. Tercia autem dicit quod bonitas indulgencie cum predictis respicit causam pro qua datur indulgencia. Sed doctor dicit quod attenditur penes quantitatem meritorum ecclesie, que applicantur ad indulgenciam faciendum. Et sic oportet quod ex parte dantis sit auctoritas, ex parte recipientis caritas, et ex parte cause pietas, penes que omnia simul attenditur indulgencie quantitas, quia omnia ista respiciunt honorem Dei et utilitatem ecclesie. Et penes utrumque istorum attenditur valor indulgencie, et sic (ut dicit) nec per tales indulgencias peccatum remittitur nec pena remittitur, sed unius pena alteri commutatur. Sed contra ista dicta videtur primo quod non generaliter excusantur a litere indulgenciarum a mendacio, quia sepe in causa et devocione omnino consimili, quantumcunque dispariter conceduntur indulgencie, ergo vel oportet concedere quod absolute valent indulgencie proporcionaliter ad intencionem concedentis, et sic mentiri

St. Thomas says that it depends on the amount of merit applied to them.

This does not account for different values arbitrarily assigned to indulgences.

3. quilibet; A: quilt. $A_1$: qualiter. 21. penes; B pu'.

2. II Cor. II, 10: *Si quid donavi, propter vos in persona Christi.*

T 207 non posset in istis ut Deus, vel aliter valor indulgenciarum non simul attenditur penes omnia ista tria, ymmo sepe, ubi causa est minus pia caritasque 207b magis remissa, maior * indulgencia est concessa; ut unus papa concedere posset indulgencias exercitantibus se in torneamentis, ubi alius papa prius excommunicavit omnes artem huiusmodi exercitantes. Nec oportet quod immineat sic varie necessitas ecclesiam Christi defendendi per gladium; patet factum in Extravagante Johannis XXII[i] *Quia in futurorum* b *eventibus*. Item, videtur istam posicionem restringere potestatem pape in donando indulgencias, cum dacio dependet ex pietate cause et caritate persone cui sunt indulgencie conferende. Sed papa non regulariter rectificat istas causas sicut nec potest, ergo nec iustificat omnes suas indulgencias, et per consequens, ex timore excessus prodigi non foret tam laxus indulgencias concedendo. Non enim videtur racio quare Romanus pontifex posset concedere in generalibus indulgenciis centum millibus cuilibet septem annos, quin per idem uni persone tantum temporis simul, quia si noticia dignitatis requiritur, nunquam procederet talis indulgencia generalis. Ymmo videtur, cum merita triumphantis ecclesie sint connexa, quod omnia simul applicarentur ad penam tollendam, et specialiter meritum Christi in cuius virtute oportet alia operari; quod cum sit agens naturale, agit secundum ultimum sue potencie infinite; videtur c quod tolleret generaliter omnem penam. Si dicitur quod Deus regulat, tunc stat quod papa indulgens non applicat, sed quod Deus ad rogatum unius laici egeni copiose penam dimittat.

The Pope's general indulgences cannot be given with regard to the capacity of the recipient.

U Item, si non dimittitur pena, sed commutatur (ut dicit sanctus doctor), tunc omnis pena que ante indul-

2. penes; B pu'. 10. In codd. false: Equidem in futurorum eventibus. Correxi. Vide Extravag. Joann. XXII. tit. IX De Torneamentis. 24. B: ecclesie con$^{v}$ua. 29. B: Si dicatur.

*If penalties are only commuted, they must still be to pay.*

gencias foret debita est futura, quia data pena que 207b U non videtur, quod illa pena virtute indulgencie est dimissa. Ad istum enim sensum Deus dimittit penam, et per consequens, per indulgencias nec relaxatur pena nec alleviatur ille cui fit indulgencia. Nam si aliqua pena caret quam aliter haberet, tunc sibi dimitteretur illa pena, et cum pena individuatur a tempore et consistit in successione, videtur quod non est commutacio pene pro pena, tum quia quod non est non commutatur; pena autem pro qua fit indulgencia nec fuit nec est nec erit, et pena beati non est modo, nec potest subiectari in eo cui fit indulgencia. Videtur insuper, cum pena et peccatum sese inseparabiliter consequuntur, qui dimittit vel relaxat unum relaxat et reliquum, ut qui extinguit

*If the Pope destroys punishment, he must destroy sin.*

risibilitatem extinguit humanitatem; cum ergo papa extinguit penam extinguit et peccatum, quia aliter remaneret peccatum ineque punitum vel penitus inpunitum, vel aliter dans indulgenciam supplet satisfaccionem, quod non faceret nisi secundum racionem meriti, et sic oporteret omnem indulgentem esse in gracia, sicut oportet omnem cui facta est indulgencia

*Absurdities in the laws about indulgences.*

quod leges impugnant. Alie autem sunt consideraciones de irracionabilitate legum multiplicatarum in ista materia, ut centum episcopi in dyocesi Petri non sufficiunt concedere Paulo de dyoecesi Petri nisi eosdem quadraginta dies quos Petrus diocesanus concedit, quia aliter (ut inquiunt) forent iurisdicciones permixte, et quilibet episcopus haberet potestatem super totalem ecclesiam sicut papa; sed Paulo vagante per illos centum episcopatus et deteriorato continue apud Deum accrescerent sibi de quadraginta diebus cum suis ratificacionibus quatuor millia dierum.

1. que: superfluum; recte: quia data pena non videtur quod. 6. A $A_1$: quam alter. A in marg: aliter. 16. risibilitatem; racionabilitatem (?) ita codd. 17. A B: extiguit. 28. B: iuredicciones. 30. B: debet Paulo.

U 207[b] Sed que racio (rogo) huius? vel que diversitas quod episcopus Nullatensis non sufficit concedere alicui indulgenciam quantumcunque digno apud Deum, episcopus autem dotatus sufficit concedere parem indulgenciam quantumcunque dispariter indispositis de sua dyocesi? Numquid talia dicta sonant quod indulgencia est pure ex arbitrio prepositi post dotacionem ecclesie adinventa et irracionabiliter ac fallaciter ad 207[c] illusionem ecclesie sepe ficta*? Et revera qui videntur defendere libertates, privilegia, honores ecclesie, ut amici, sunt ex adulacionis oleo inficiente mendacio et defensione fallaci in peccato diu abscondito eiusdem ecclesie nequissimi domestici inimici.

*Wyclif's final conclusions:*

*1. God alone grants indulgences and only to those whom he has made worthy.*

X 1 Ideo premissa humili protestacione de ecclesie veneracione, de humili subieccione et de suarum libertatum constanti defensione dico primo quod nemo est capax indulgencie, nisi fuerit et de quanto fuerit dignus vel dispositus per graciam apud Deum. Patet ex hoc quod nemo si non Deus dat tales indulgencias qui non dat nisi caris suis quos sic prius habilitat.

*2. Each receives according to his worthiness.*

2 Dico secundo quod omnis recipiens tales indulgencias de tanto copiosius eas recipit, de quanto fuerit habilior quoad Deum. Patet ex hoc quod precise de tanto Deus dat sibi copiosius tales indulgencias, sed ipse facit quicquid facit ad regulam.

*3. No bishop's indulgence profits save as the recipient is worthy.*

3 Dico tercio quod nullius episcopi indulgencia prodest homini, nisi de quanto prius se disposuit apud Deum. Patet ex hoc quod Deus non dat sibi talem indulgenciam nisi ad tantum ex proposicione proxima, sed precise de tanto cuiuscunque episcopi indulgencia prodest.

1. B: rogo hoc. 2. episcopus Nullatensis, id est, episcopus qui sedem episcopalem nonhabet. 11. B: amici sint. 28. A $A_1$: se deest.

16. Cf Hus adversus indulgencias papales Opp. I, CLXXV[b] seqq.

4. And so far as the bishop's instruction has fitted him.

Dico quarto quod episcopi indulgencia de tanto 4 X recipienti proderit, de quanto episcopus eum in fide 207c Christi instruxerit, in devocionem et amorem Dei accenderit vel quomodocunque habilem ad indulgenciam Dei fecerit. Patet totum ex dictis.

5. Priests have no power to give indulgence for a specified time unless by revelation.

Dico quinto quod sacerdotes Christi non habent 5 potestatem donandi indulgencias secundum quantitatem temporis, nisi eis specialiter fuerit revelatum. Patet ex illo morali Judith VIII°, 13: *Posuistis vos tempus miseracionis domini, et in arbitrium vestrum diem constituistis ei.* Ille ergo cui non fit ad hoc revelacio, qui spondet indigno apud Deum ex sibi dubio quod infra tantum tempus Deus miserebitur eius, donando sibi plenam remissionem, stulte pangit, cum non habet evidenciam quod Deus illud concesserit.

6. Christ's vicar may not give indulgences of days or years.

Dico sexto quod ex fide scripture in qua est 6 omnis veritas non fundabitur quod licet vicario Christi cui non fit ad hoc specialis revelacio, ut donet diurnas indulgencias vel annales. Patet ex hoc quod ex scriptura que non obviat sibi ipsi foret talis indulgencia temptacio Dei et seduccio populi.

7. The bishops should be careful to teach this to their flocks.

Dico septimo quod prelati ecclesie debent in ista 7 Y veritate catholica subiectos instruere, ne laici infideliter occupati circa minus utilia attendant superbiam et avariciam sacerdotum? Patet in simili de lege questorum, quibus limitatum est quod non dicant populo nisi quod in literis episcoporum eis fuerit limitatum, ut patet libro septimo de Penitenciis et Remissionibus, capitulo *Abusionibus.* Multo magis ergo Christi vicarii debent docere populum secundum limites literarum spiritus sancti quas eis tradidit ad docendum.

10. In codd.: arbitrio vestro. Correxi e textu Iud. VIII, 13.

30. Clementinarum lib. V, tit. IX, cap. II.

8. Priests (unless by special revelation) ought not to give unconditional absolution.

Y 8 Dico octavo quod sacerdotes Christi, licet habeant 207c potestatem ad absolvendum subditos a pena et culpa, non tamen debent absolvere sub hac forma nec subiecti illud expetere, nisi hoc eis specialiter fuerit revelatum. Prima pars patet ex hoc quod sacerdos potest sacramentaliter ostendere sibi confitentem taliter absolutum, qui ad tantum conteritur quod statim decedens sine pena purgatorii advolaret, et hoc est sacerdotem absolvere. Nec est potestas alicuius sacerdotis in casu ultime necessitatis sic ligata quin, quantum Deus revelans permiserit, possit absolvere; foret autem nimia presumpcio aliquem Christi vicarium absolucionem talem pretendere, nisi Deus hoc sibi revelaverit faciendum, ne forte incurrat blasphemum mendacium. Quid ergo valet subiectos inoportune absolucionem talem expetere, cum certe debent credere quod correspondenter ad sua merita vel demerita taxabuntur? Licet autem sufficiat apud Christum ubique presentem contricio, tamen sacra-

The sacrament of penance is needful though useless without contrition.

207d mentum * penitencie est valde necessarium, licet non proderit sine illa. Ideo foret stulticia sacerdotem cui non fit ad hoc revelacio diffinire quod penitencia vel aliud sacramentum suo suscipienti proderit ad salutem. Sic enim vetaret ut pro absoluto suo a pena et culpa in mortis articulo fieret suffragium ecclesie, sicut non facimus pro quocunque mortuo quem constat nobis iam esse beatum. Istam sentenciam de suffragiis et indulgenciis dixerim ad instruccionem inferiorum ecclesie, et exposicionem correccioni, supplecioni et approbacioni superiorum secundum regulas scripturarum et leges humanas ac decreta potentatuum precise ad tantum apprecior.

Z Sed ad materiam de peccati purgacione quam tetigi in proximo argumento videtur mihi probabile quod quilibet purgandus tam diu habet peccatum

18. B: autem afficiat. 33. B: inpurgacione.

*Sin lasts as long as punishment.*

in purgatorio, quam diu inibi subit penam. Nam sequitur: Hec est pena peccati, ergo est aliquid peccati, cum omnis pena sit res iusta per quam peccatum bonificatur, et per consequens illud peccatum est. Similiter, si quilibet in purgatorio purgatus est omnino sine peccato, tunc est ita mundus sicut beatus in celo, cum solum peccatum causat talem inmundiciam, et per consequens foret tam amabilis in purgatorio ab ecclesia triumphante, sicut ipso beato, quia tam pulcher. Similiter, quilibet existens in purgatorio propter peccatum suum preteritum deficit a plena dileccione Dei et ecclesie, ymmo a pleno profectu sibi et aliis quem debuit tunc habere. Ille ergo defectus purgandus est peccatum, ideo videtur penam purgare illum defectum et satisfacere pro defectu preterito, et quando lux amoris primo inducitur, tunc primo obscuritas peccati educitur. 207d Z

*For all sin there is an appointed punishment, with which God cannot dispense.*

Videtur ulterius quod pro quolibet peccato in quo decedit predestinatus Deus statuit certam penam, cum quo non poterit illo peccato supposito dispensare. Nam per idem posset dispensare cum quolibet peccato in purgatorio vel in inferno, et dimittere homini peccatum sine hoc quod voluerit converti ad dominum, sine amore faciendo ipsum beatum, cum nulla pena essencialiter consequeretur peccatum; sed foret tantum per accidens arbitraria quoad Deum. Sicut ergo pena essencialis est per se iusta, sic est tanta iusticia in pena accidentali, sed meritum ecclesie facit esse aliud peccatum totale in purgatorio quam foret merito illo dimisso.

*How the blessed gain reward for themselves and others,*

Videtur tercio quod sicut beati in celo merentur sibi continue usque ad diem iudicii premium accidentale, aliis autem utrumque, sed existentes in

1. A in marg.: Conclusio. 18. A in marg.: Conclusio. 21. B in marg.: Apparet quod tenet predestinatum posse decedere in peccato. 23. B in marg.: Quam vocat penam essencialem et quam accidentalem? 31. A in marg.: Conclusio.

